ℂ Ariſtotelis phyſicę auſcultationis liber ſcdus: qui eſt de
ꝑncipijs: eodē Auguſtino Nipho īterprete ꝛ expoſitore.

Eorūʒ q̄ ſunt: alia quideʒ nā ſūt. alia vero alias ob cāas. nā qdē ſūt ꝛ aīalia ꝛ ipſoruʒ partes: ꝛ plantae: ꝛ ſimplicia corpa: quēadmodū ſunt terra: ꝛ ignis: ꝛ aer: ꝛ aqua. haec. n. ꝛ caetera id genus natura eē dicimus. vident̃ vō ea omnia quae dicta ſunt ab his quae nō natura ꝯſtant differre. nam haec oīa quae natura ſunt. hēre videntur in ſeipſis principiū motus atq; ſtationis. Alia quidē ſm locū: alia ſm incrementū ꝛ decrementū: alia vō ſm alterationē. At lectica ꝛ veſtis: ꝛ caetera id gen⁹: quaten⁹ quidē appellationē eiuſmodi ſortiunt̃ atq; inquantū ab artificio ſunt: mutationis inſitae principiū hñt nullū. quatenus vō ipſis accidit vt ſint lapidea aut terrea aut ex his mixta: eatenus hñt.

Expō ℂ De intētione ſecūdi libri expoſitor recte ſentit. ſunt. n. ꝛ
ꝑncipia ſubi ſcientię nālis vtpote mā forma ꝛ priuatio: ꝛ
ſunt principia ſciētię. vʒ. ſubm cauſę ꝛ paſſiones. hęc enim
tria. vt dr̃ in pͥmo poſterioꝝ. ſcientiā conficiunt. Ariſtote.
igit̃ intentio hic eſt nūc agere de ꝑncipijs ſcientię natura-
lis. vʒ. quid ſit ens nāle: qđ hic ſubm eſt: quid natura ſiue
cauſę nāles: ꝛ qui ſunt motus ꝛ affectiōes entis naturalis.
Sed ꝯtra hęc ambiges: qm̄ eadeʒ vident̃ ſubiecti princi-
pia ꝛ ſcientię. igit̃ nō differunt. Dici pōt ꝙ q̄cūq; ſunt prin-
cipia ſubiecti ſunt ꝑncipia ſciētię: nō tamē ecōtra. nā queſi-
tum ꝛ cauſa ſunt ꝑncipia ſciētię: nō tamē ſubiecti: vt dicit̃
pͥmo poſterioꝝ. Sed hęc res in cōmento dicet̃. Tractatu-
rus igit̃ de his pͥmo definit quid ipa natura ſit: ꝛ ante hoc
quid habens naturā per differentiā a re nō naturali: ꝛ ꝓ-
ponit diuiſionē dicens. eorū quę ſunt: alia quidem natura
ſunt: alia vō alias ob cauſas hoc eſt per artē ꝛ fortunā. vt

ait Themiſtius.exponit mēbra. ⁊ inquit. nã quidē ſunt ⁊ aialia ⁊ ipſorũ:ſiue ptes ſiue mēbra:⁊ plãte ⁊ ſimplicia corpora: que ſunt ceu ⁊ plãtarũ ptes: vti mēbra aialiũ. ¶ Et in hoc vt Themiſtꝰ notat: regulã talē īnuit:ꝙ quorūcꝫ tota nã cõſtãt: ptes quoqꝫ nã cõſtabũt in naturalibꝰ ipſis dico:vt qm̃ aialia tota nã cõſtãt: partes ⁊ mēbra ſilr.⁊ qꝛ plãte nã ↄſtãt:que ipſorũ vt ptes ſe habēt elemēta:etiã nã ↄſtãt. ſecus eſt in his q̃ arte aut manu fiũt.domus.n.p artem fit:lapides nõ fiũt. ¶ Adiecit ⁊ cetera id genꝰ:vt lapides:metalla:⁊ talia. Inter res nãles ⁊ res artificiales talē ponit differētiã.ꝙ nãlia motꝰ ⁊ getis inq̃tũ talia pnm habent:nõ vna rõne:qm̃ alia habēt pnm motus localis: alia incremēti:alia alteratiõis.q̃ vo ab arte ſunt: quatenꝰ artificioſa nõ habēt eiuſmodi pnm:ſꝫ quo ad eorũ materiã. Inquit. videnť vo ea oia q̃ dicta ſunt ab his q̃ nõ nã cõſtant differre.nã hec oia q̃ natura ſunt habere videnť in ſeipſis pnm motus:atqꝫ ſtationis.Sed nõ vna rõne:qm̃ alia qdē ſm locũ:alia ſm incremētũ ⁊ decremētũ: alia vo ſm alterationē.at lectica ⁊ veſtis: quatenꝰ qdē appellationē eiuſmodi ſortiunť.hoc eſt veſtis vt veſtis:⁊ lectica vt lectica. atqꝫ inq̃tũ ab artificio ſunt. (hoc eſt expoſitiuũ pcedentis.)mutatiõis inſite pncm habnet nullũ. hec pticula principiũ grece eſt ormyn.latine ĩpulſuꝫ:ſiue trabiculũ. hic tñ ad ſenſuꝫ trãſtuli pnm. ¶ Quatenꝰ vo ipſis accidit vt ſint lapidea:aut terrea:aut ex his mixta. eatenꝰ pnm motꝰ habent.Ex his colligiť qd ſit habēs naturã.vꝫ.ꝙ eſt illud qđ in ſe hꝫ pnm motus ⁊ ſtationis inq̃tũ tale.hec eniꝫ vltima pticula facit differre a re artificiali. naꝫ res artificialis hꝫ qdē motus pnm:nõ tñ quatenꝰ talis.

Com. pm ¶ Quia quii. Proponit intētionē ⁊ cauſaꝫ intētõis:⁊ in generali ⁊ in ſpeciali. In gnãli qdē vult intētionē libri eē tractandũ de pncipijs extrinſecis ⁊ fundamētis.hoc eſt pncipijs intrinſecis ſcientie nãlis. ⁊ cũ nõ poſſit hoc fieri : niſi agať de ſubiecto.ideo hec expoſitio cõuenit cũ illa expoſitoris. In ſpeciali vo incipit declarare qd ſit res ipſa nãlis: q̃ eſt ſubꝫ ſciētie nãlis.nã hoc eſt manifeſtꝰ ipſa nã.

¶ Et intēdit. Themiſtꝰ p alias cauſas voluit artē ⁊ fortunã. Auer.volũtatē ⁊ caſuꝫ:q̃ parũ dñt.reliq̃ patēt.

¶ Et in hoc. Ponit exēpla:vt ex Themi.pꝫ:⁊ vult p hñtia pnm ipſiꝰ motꝰ localis:elnta:aialia:⁊ celeſtia corpa.

¶ Et ſi pnm. Cõtra arguet gs.qm̃ hec nõ cõueniũt. igiť nõ poſſunt cõtineri ſub vno mēbro. Rñdet ꝙ cõtinenť ſub vno mēbro analogice.habēt.n.pnm motꝰ ⁊ ſtatꝰ fere equiuoce:excuſat tñ Ariſt. qꝛ in deſcriptionibꝰ nullus põt facere plus Ariſt. ipſo.q.d.ꝙ hec definitio danda de nã per pnm motꝰ:lꝫ videať pma fronte mala:qꝛ dať per analogiã: nemo tñ põt facere plus iſto. vꝫ.Ariſt.in deſcribēdo. ideo nõ eſt incuſanda : ⁊ per ea q̃ habēt pncipiũ motus auctionis intelligit vegetabilia.

¶ Et qdã in alteratõe. Vult p alterationē cõe quoddã ad generationē in ſubia:⁊ alterationē in qualitate. igiť p mobilia in alteratiõe itelligit alterabilia ⁊ gnãbilia : ⁊ reddit cãm:qꝛ vtiť hoc noie alteratio large:⁊ nõ ppie.

¶ Et iſtud. Remouet qõnē.dictũ eſt oē nãle vt nãle habere pnm motꝰ.verũ ſm eandē rõnē. hoc eſt verũ habeãt pncipiũ motus ſm eãdē ſpeciē pncipij. Rñdet ꝙ nõ.qm̃ pncipiũ exiſtēs in motis ſm locũ eſt pnm ſm formã. hoc eſt actiuũ.pnm vo exiſtēs in generabilibꝰ ⁊ alterabilibꝰ : non ſemp ſm formã. In mixtis.n.hñ pnm gnãtiõis ⁊ alterationis eſt ſm formã.hoc eſt actiuũ. In ſimplicibꝰ aũt eſt ſm materiã.hoc eſt paſſiuũ.poſſunt.n.mixta ſe alterare ab intrinſeco:⁊ corrũpi ab intrinſeco.ſimplicia nõ niſi ab ex. et ſic pncipiũ.hic ſumptũ nõ vna rõne diciť.

¶ Sed hoc. Sed cõtra hec obijcit iunior . igiť pnm hic accipieť equiuoce. Rñdet:ↄcedēdo.qꝛ capiť hic vt cõe actiuo ⁊ paſſiuo principio. igiť ſm quandã equiuocationē nõ ſimplr:ſꝫ q̃lis põt eē in ſcia:q̃ dř analogia:ſiue pportio.

¶ Et hoc eſt ita. Duo accepit. Primũ ꝙ ſimplex non alterat ſe:ſꝫ hñ mouet ſe in loco.cõpoſitũ vo ⁊ alterat ſe ab intrinſeco:⁊ mouet ſe in loco.declarat igiť hec p ordinē:⁊ inquit.⁊ hoc eſt ita.qm̃ nõ inueniť corpꝰ ſimplex:qđ altereť ex ſe:aut qđ genereť ex ſe:ſicut inueniť corpꝰ ſimplex. qđ transferť in loco ex ſe.hoc eſt primũ.

¶ Principiũ aũt. Declarat 2m: ⁊ vult ꝙ in mixtis inueniť pncipiũ motꝰ localis actiuũ: ⁊ etiã alterationis actiuũ: vt pꝫ in lib.de gnõne.qꝛ aſſumpto cibo:iã intus alterať a calore nãli:vt ſcripſimꝰ in lib.de gnõne.⁊ ſic pꝫ 2m. ¶ Circa hec occurrũt nõ parue dubitatiões. ¶ Prima pptet qd pncipiũ motꝰ localis diciť equiuoce in aialibꝰ:elemētis:⁊ celo. ¶ Rñdēt qdã ⁊ dicũt.p hoc eē dictũ pptet celũ : in quo nõ eſt pncipiũ motꝰ:ſꝫ ipſuꝫ eſt pncipiũ motꝰ:at elntũ ⁊ aial cõponunť ex mã ⁊ forma.igiť pncipiũ paſſiuũ diciť equiuoce. ¶ Sed hec eſt rñſio cõtra Auer.nã Auer. vult ꝙ pncipiũ in celo ſit vere eiuſdē rõnis:quatenꝰ eſt mã ad vbi.mã.n.ad vbi eſt viiꝰ rõnis in celo ⁊ in oibꝰ:vt dictuꝫ fuit in qõne vltima. ¶ Themiſtꝰ aũt ait. ⁊ celeſte corpꝰ excipio:in quo nã eſt pncipiũ ciens ſempiternũ motũ. nõ aũt pncipiũ getis. igiť nã dř fere equiuoce de celeſti ⁊ generabili. qm̃ celeſti nãe nõ cõmpetit dñnitio nãe ſm oēs ptes: qm̃ illa nõ eſt pncipiũ getis. nã vo corruptibilis eſt pncipiũ motꝰ ⁊ getis.igiť ſm cõpletã nãe definitionē hec dř nãe. ¶ Sed huic Themiſtij reſpõſioni videť contrarius Auer.12.metaphy.cõmēt.41.⁊.2.capite de ſuba orb. vbi voluit celũ eē in potētia ad motũ ⁊ getē.⁊ hoc teſtať. tũc qꝛ celũ eſt in potētia cõtradictiõis : atqꝫ mere paſſiuus motꝰ. Et pptetea Ariſt.ait.9.metaphy. nõ eēt timēdũ celum geſcere.ex hoc arguit.timor eſt de poſſibili igiť celũ poſſibile eſt geſcere. ¶ Dici põt ꝙ celũ eſſe in potētia ad getē põt intelligi duplr. vno mõ totalē ab oi motu : ⁊ hoc mõ nõ eſt poſſibile.alio mõ ſm partē.⁊ ſic eſt verũ.geſcit .n.hodie a motu elapſo heri.vñ capiēdo potētiã: vt reſpiť totũ:nec eſt in potētia ad motũ:neqꝫ ad getē.ad motũ totũ nõ:qm̃ ſemp moueť.iõ eſt in potētia ad partē motꝰ. Ad totã getē minime p idē:ſꝫ hñ ad partē getis. Themiſtius igiť vult ꝙ nã celi dř equiuoce pncipiũ : qm̃ hec gnãbilis eſt in potētia ad motũ:et ad getē ſm partē ⁊ totũ. Illa eſt pnm motꝰ ſm partē ⁊ getis ſm partē.⁊ ſic tolliť ↄdictio.

¶ Scđa dubitatio eſt.qꝛ videť ꝙ ſimplex habeat actiuũ pnm ſue alteratiõis.nã aer cõdenſatꝰ rarefacit ſe ab intrinſeco.videť etiã ꝙ mixtũ nõ habeat pncipiũ actiuũ: vt aurũ ⁊ mixtũ vniforme. ¶ Rñdēt recētiores.ꝙ nullũ ſimplex hꝫ pncipiũ actiuũ alteratiõis p ſe:qm̃ eſt vniforme:⁊ alteratio eſt a cõtrario. ⁊ pptet idē mixtũ vniforme ⁊ in ſe ⁊ in partibꝰ.etiã nõ põt alterare ſe pptet vniformitatē. verũ qꝛ cõmuniter mixtũ eſt difforme : rõne partiũ diuerſarũ p ſe alterat ſe:⁊ vna ps corrũpēdo alterã: tandē totũ corrũpiť .gnãt.aũt ſe ſm partē.nõ aũt ſimplr. ¶ Ad argumentũ de aere. Reſpõdent aerē illũ rarefacere ſe per accidens inq̃tũ querit maiorē locũ. ¶ Sed hec videnť erronea. ¶ Primũ qdē qꝛ ſi vniformitas in ſe ⁊ in partibꝰ eſt cauſa: cur mixtũ aut ſimplx nõ alterat ſe: eadē vniformitas faciet idē nõ mouere ſe localr.nõ eniꝫ videť maior ratio de vno q̃ de altero. ¶ Scđo. pono ad imaginationeꝫ corpus vniforme:vel ſimplex:vel mixtũ in vacuo: vt aurũ ⁊ id genus.quero:aut erit eternũ:aut corruptibile.ſi eternũ:tũc natura corruptibilis eſſet facta eterna.ſi corruptibile ⁊ nõ a pncipio extrinſeco.igř ab intrinſeco. ¶ Tertio. dictũ eſt ꝙ materia cũ priuatione admixta eſt cauſa corruptionis:ſed eiuſmodi corpora habēt materiã cũ priuatione admixtã.igitur erunt corruptibilia ab intrinſeco.

Regula Themiſt. — Dubčes. — Prima — Confutatio. — R°. Themiſtij. — Replica. — Defenſio — Scđa dubitatio. — Reſponſio recentiorum. — Replice. Prima. — Scđa. — Tertia.

¶ Amplius contra rñoem de aere inſtant. Primo quia
aer ille per ſe intendit raritatem: et per accidens mo-
tum localem. raritatem quidem: quia eſt diſpoſitio natu-
ralis. per accidens vero motum localez: quia vt conſequi-
tur raritatem. quoniam idem eſt locus totius ꝛ partis in
ſphera propria. igitur non per ſe intendit maiorez locum.

Defenſio. ¶ Dici poteſt ꝙ accidentia elementorum ſunt in duplici
differentia: quedam per quoꝝ variationem ſubē elemen-
tariē varientur ſm intenſum ꝛ remiſſuz: vt qualitates pri-
me. 3. celi. cõmento. 67. ꝛ in his accidentibus nullo modo
variari poſſunt elementa alteratione pura: quin ſit admi-
xta gnõ: vt. 2. de aĩa. cõm. iiß. Alia ſunt accidẽtia cõia: vt fi-
gura ꝛ raritas cõis: ꝛ id gen⁹. ꝛ in talib⁹ alterari poſſũt ſi-
ne ſubē. ¶ Tũc dico ad pᵐ. ꝙ ſecus eſt in motu locali: ꝛ ſe-
cus in alteratiõe. nã in alteratiõe alterãs ꝛ alteratũ oꝫ eẽ
ꝯria: vel ꝯrȳs affectiõib⁹ affecta. at in motu locali mouẽs
ꝛ mot⁹ ſunt ꝓportionalia. ideo vniformitas ĩpedit altera-
tionẽ fieri ab intrinſeco. nõ aũt lationẽ. ¶ Ad 2ᵐ dici põt
ꝙ vacuũ eſt res imaginaria: ꝛ in vacuo poni tale corpus
etiã imaginaria: totũ tamen eſt ĩpoſſibile. q: ex illo ſequiẽ
ĩpoſſibile. Stat. n. quãlibet partẽ alicui⁹ caſus eẽ poſſibi-
lem. totũ vͦo ſimul eẽ ĩpoſſibile: vt cõſiderãti pꝫ. ¶ Ad 3ᵐ
dici põt ꝙ mã ꝛ ꝑuatio ſũt cauſẽ corruptiõis ꝓrimẽagẽs
extrinſeca cauſa eſt. ꝛ ꝓpterea dico ꝙ tale erit corruptibi-
le ab intrinſeco rõne paſſiua. nõ aũt actiua: ſꝫ requirit con-
trariũ. ¶ Ad argumẽtũ de aere cõdẽſato dici põt: ꝙ aer
cõdenſat⁹ in ꝓpria ſphẽra per ſe ꝛ pncipalr intẽdit rarefa-
ctionẽ: qua cõſeruat ei⁹ forma in mã: ꝛ ꝑ accidẽs mouet ſe
in loco ꝓpter illã raritatẽ. at aer cõdenſat⁹ extra ſphẽrã ꝑ
ſe ꝑ intẽdit facere ſe in loco ꝓprio: ꝛ ꝑ accidẽs rareſit: q̃re
mus mouet in loco. qcqd ſit. nõ eſt icõueniẽs alterare ſe ꝑ
ſe in accñtib⁹ cõmunib⁹: vbi nõ variat ſuba: vt dictũ eſt.

Poſitio Auer. ¶ Ex his colligit poſitio Auer. ꝙ nullũ corp⁹ ſimplex ſi-
ue mixtũ vniforme põt alterare ſe alteratiõe in accidenti-
bus ꝓprȳs: q̃ cõſequunt formã ſubalẽ. q: nõ poſſunt ele-
mẽta agere illa accidẽtia: niſi poſſent generare ſe. altera-
tiõe vͦo in accidẽtib⁹ cõib⁹: quib⁹ nõ variat ſuba poſſũt al-
terare ſe: ꝛ ꝑ idẽ mouere localr ſe. hẽc eſt ſentẽtia Auer. 8.
hui⁹. cõm. 20. ꝛ. 60. ꝛ Ariſt. etiã idẽ ait in lib. de cã motuũ
aialiũ. ꝛ. 4. celi. cõm. 24.

Dubitatio ma de aq̃ calefacta. ¶ Sꝫ adhuc reſtat maximũ du-
biũ de reductiõe aq̃: vbi appet ipſaz reducere ſe. igit in ac-
cidentib⁹ ꝓprȳs alterat ſe ab intrinſeco.

Reſponſio auer. ¶ Ad hãc rñdet
Auer. in. 2. de aĩa. cõm. iiß. vbi vult ꝙ nõ alterat in ſuba: ſꝫ
in vaporib⁹ cõmixtis ſecũ: quos ablato calefaciẽte ipſa re-
ducit vt pri⁹ ad frigiditatẽ cũ auxilio medȳ. hẽc eſt reſpõ-
ſio ei⁹. hẽc reſpõſio ſufficit ad ꝑmã rõnẽ.

Replica. ¶ Sꝫ reſtringa-
tur argumẽtũ de aqua pura: q̃ ſit calefacta ſubalr: ꝛ q̃ra a
quo reducet: pꝫ tũc nõ eẽ fugiẽdũ ad vapores.

Pria põ. ¶ Quidã
volũt aquã calefieri difformiter: qua rõne ꝑtes alterãt ſe
ꝓpter difformitatẽ: vt dictũ fuit in mixto difformi. ꝛ hoc
cũ auxilio medȳ.

Confutatio. ¶ Sꝫ adhuc pono ꝑ caſum ſic eſt poſſi-
bile ipſaz eẽ vniformiter alteratã: tũc cũ nõ poſſit recurre-
re ipſe rñdẽs ad difformitatẽ: qd ẽ reducẽß.

2ᵃ rñſio. Propterea rñ-
dẽt alȳ ꝙ aq̃ reduẽ ſe ꝑ accñs. qm ipſa calefacta eſt rarior
q̃ ſibi ꝯpetat ꝑ nãz: ꝛ ꝑtes ſũt nimis diſtãtes a cẽtro toti⁹
tũc ꝑtes: cũ velint ſe facere ad locũ nãlẽ: ꝑ accñs ꝯdenſan-
tur. ꝛ cũ ad ꝯdenſationẽ: ſequat frigiditas. iõ rõne motus
localis ſe reducit: nõ ꝑ ſe: ſꝫ vt ꝑtes mouẽt ſe in loco. hanc
rñſionẽ tenui in lib. de gnõne.

Confutatio pma. ¶ Sꝫ nũc videẽ nõ eẽ te-
nẽda. ¶ Prio. q: lꝫ in ſphẽra extranea ꝑtes velint facere
ſe ad locũ nãlẽ: nõ tñ in ſphẽra ꝓpria. vbi idẽ eſt loc⁹ toti⁹
ꝛ ꝑtiũ. ꝛ ſic videẽ ꝙ ꝑ ſe cõdenſeẽ: ꝛ cũ nõ poſſit eẽ cõden-
ſatio niſi a frigiditate. 8. phyſi. cõm. iß. videẽ ꝙ ꝯdenſatio
Secũda. nõ motũ localẽ: ſꝫ frigiditatẽ ſequaẽ. ¶ Scdo. ſolet inſta-
ri de ferro magno vniformiter calido: vbi apparet in eo
nullã fieri raritatem. Similiter de magno ſilice. Nec po-
tes recurrere ad inſenſilem motuz localem: vt patet. quia
hoc eſt contra ſenſum. ꝛ etiam ſi ferrum calefiet in aqua:
potius acquirit denſitatem q̃ raritatem: vt tradunt alchi-
mici: qui aiunt ipſum calefactum in aqua eſſe pondero-
ſius q̃ erat. quod eſſe non poteſt: niſi quia denſius. Et lꝫ

Poſitio ꝓpria nũc. hẽc poſitio ſit ſuſtentabilis: videtur mihi nũc ſemper pro-
teſtatione premiſſa: ꝙ aqua vniformiter calida remiſſa
tum in frigiditate tum in ſuba: reduciẽ a medio cõtinente
ꝓpter aptitudinẽ paſſi ſũmã.

Replice. ¶ Sꝫ cõtra arguũt.
Prima. ¶ Pri-
mo. q: tunc a ꝓportione minoris inẽqualitatis ꝓueniret
actio: vt ponẽdo mediũ min⁹ frigidũ aqua.

Secũda. ¶ Scdo. tunc
ſemꝑ aqua reduceret ſe ad ſũmã frigiditatẽ. ſi ſemꝑ a me-
dio reduceret: nõ. n. eẽt maior ratio de pua q̃ de magna.

Tertia. ¶ Tertio. arguũt de aqua addita in quo caſu ipſa alterat
aquã ꝑcedẽtẽ. ꝛ ꝑ ꝯñs ab intrinſeco alterat. Hẽc poſitio

Defenſio. defendi põt. ¶ Et tũc eſt dñm ꝙ cõtinẽs põt cõſiderari
vt eſt ſub forma ꝓpria. vbi cã. vt aer: aut calidus: aut frigi-
dus tanto vel tanto gradu. ꝛ ſic mediũ nõ reducit aquaz
agẽdo: niſi vſq; ad gradũ ꝓpriũ ſibi: vel ſimilẽ. alio mõ vt
inſtrumẽtũ toti⁹ nãẽ vniuerſalis: ꝛ ordinis toti⁹: ꝛ hoc mõ
põt in multa: q̃ ſm ſpeciẽ ſuã nõ põt: ꝛ vt ſic põt eẽ ꝑnᵐ ex-
trinſecũ reductiõis aquẽ ad maiorẽ frigiditatẽ q̃ ipſe ha-
beat. ꝛ hoc maxime ꝓpter paſſi inclinationẽ.

Solõ rõnum. ¶ Tunc ad
ꝑmum pꝫ ſolutio. lꝫ eniz aer vt aer nõ agat vltra gradum
proprium: tamen vt inſtrumentũ naturẽ poteſt agere vl-
tra propriũ: quia habet virtualem proportionem maioris
inẽqualitatis. ¶ Ad ſecundũ dico ꝙ aqua non eſt frigida
vt octo. quia aer non reducit ipſam niſi generando vapo-
res frigidos: qui non poſſunt eſſe calidi vt octo: quoniam
ſunt aerȳ multa ex parte. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ il-
la aqua addita non agit: ſed addit ad inclinationem: ꝛ ſic
medium facilius agit. Hẽc ſunt dicenda pro nunc. ſi vero
aliter alĩs occurret: aliter dicere nõ recuſabo. ſumus enim
in materia ꝓbabili vbi cõtingit opiniones mutari.

Dubitatio de motu nãli q̃ ſit. ¶ Ul-
terius quẽrunt. vnde dicatur motus naturalis. Reſpon-
dent quidam ꝙ dicitur propter materiam affectam qua-
litate diſponente ad illum. vt motus grauis deorſuz: quia
materia grauitate affecta diſponit ad illũ.

Replice. Prima. ¶ Contra obȳ-
ciunt primo. quia motus celi non eſſet naturalis: cum nul-
la ſit ibi qualitas materiam celi afficiens.

Scda. ¶ Secundo.
quia omne principium paſſiuum propinquum debet eſſe
corpus in actu: cuiuſmodi non eſt materia cuꝫ qualitate.

Tertia. ¶ Tertio. tunc aquẽ calefactio non eſt motus naturalis:
quia materia cum qualitate non promouet ad calefactio-
nem.

Solutio aliorum. ¶ Propterea aiunt ipſum compoſitum per ſe exi-
ſtẽs qd per ſe mouetur eſſe propinquũ ꝑnᵐ paſſiuũ ipſius
motus: ꝛ ꝙ dum inclinatur ad talem motum ille eſt natu-
ralis ſibi. dum autem ſibi contrariatur: ille eſt violentus.
ideo calefactio aquẽ eſt violẽta.

Concordia. ¶ Dici poteſt cõcordan-
do ꝙ motus eſſe poteſt. Uno modo naturalis: quia remo-
to impediente competeret ſubiecto: ꝛ ſic recte dicunt ta-
lem motum eſſe naturalem propter totum compoſitum
quod includit formam: quẽ eſt principium inclinatiuum
ꝛ actiuuz illius. Alio modo poteſt ſumi motus naturalis
pro eo qui competit ſubiecto: non contra naturam illius.
Et hoc modo ipſe motus dicetur naturalis a ſolo ꝑncipio
paſſiuo aliqua qualitate diſpoſito afficiẽte ipſum: qua ra-
tione calefactio ipſius aquẽ erit motus naturalis: quoniã
licet frigiditas non diſponat ad motum calefactionis vt
ille competat remoto impedimento: afficit materiam vt
ſit paſſiua a contrario: ꝛ hoc ſatis eſt pro naturalitate ſe-
cundo modo. Nec inconuenit illam reſiſtere ratione for-
mẽ ꝛ diſponere vt in materia. ¶ De motu celi dici poteſt De motu celi.
ꝙ ille eſt naturalis ẽquiuoce. vt dictuꝫ fuit: ꝛ vt diſtingui

tur contra artificialem: ⁊ vt diſtinguitur contra violentum:propter tamē eſt motus aīalis: vt in libro de ſubſtantia orbis:⁊ 2º de anima dictum eſt.

Cō.2m ¶ Et non dz. Cōmentū iſtud pz: verū animaduerſione dignū φ ens artificiale eſt illud qđ inquantū tale non includit principiū motus neqꝫ quietis:huiꝰ ratio eſt:qꝛ reduplicatio cadit ſupra formā rei artificialis. forma aūt eius eſt figura.figura vō nō eſt de principijs actiuis:qm̄ eſt qualitas in q̄titate.7.phyſicoꝝ. Sed dices.cur non deſcripſit ens caſuale:cū ens nāle ſit ꝯ diſtinctū ad illud. Dōm hoc eē factū:qꝛ nō eſt ita necāriū ad intellectuȝ nāe: ſicut ens artificiale. Scđo.qꝛ poſteriꝰ de ipſo tractabit. Ex his ſequitur φ motꝰ celi ꝑpter tria dr̄ nālis.pmo. qꝛ non artificialis. 2º qꝛ nō a caſu ſiue a fortuna. 3º qꝛ nō violētus. Dicit vō nō nālis ꝑpter vnū:qꝛ natura eſt determinata ad alteram dr̄iam pōnis: ꝑpterea dr̄ abſolute motus animę proprie. Et ſic tollunt contradictiones.

¶ Natura igitur principium eſt quoddaȝ atqꝫ cauſa mouēdi ⁊ quieſcēdi eius in quo eſt primo:per ſe: ⁊ non ſm̄ accidens.

Expō ¶ Ex dr̄ia data ꝯcludit definitionē naturę:⁊ vis eiꝰ eſt vis enthymematis ſic.ens nāle eſt qđ icludit pnciᵐ motꝰ ⁊ quietis:igit nā eſt pncipiū quoddā atqꝫ cā mouēdi ⁊ quieſcēdi eiꝰ in quo eſt pmo p ſe ⁊ non ſm̄ accn̄s. vñ ſyllus erit.quo dr̄t nāle ab artificiali eſt principiū motꝰ ⁊ quietis eiꝰ in quo eſt pº p ſe ⁊ nō ſm̄ accn̄s. nā eſt quo differt nāle ab artificiali.igit natura eſt principiū.⁊ reliqua.

¶ Dico autem non per accidens: quia ſibiipſi aliquis medicus cum ſit: ſanitatis cauſa eē poteſt:attamen non quatenus ſanatur medicinā habet: ſed accidit vt idem ſit medicus atqꝫ ſanetur:qñ ⁊ nō nūqꝫ inuicem ſeparentur.

Expō ¶ Declarat definitionē. Ubi aīaduertēdū φ nā ⁊ ars conueniūt:ambe.n.eē pnt principiū motꝰ eius in quo ſunt.vt ars medēdi nōnūqꝫ eſt pncipiū ſanatiōis medici: ſed hoc dr̄nt φ nā eſt pncipiū p ſe motus in illo in quo eſt. ars vō eſt pncipiū p accn̄s. ad dr̄iaȝ artis que in ſubo eiꝰ nō nūqꝫ eſt pricipiū motꝰ: adiecit. nō p accn̄s.ingt.dico aūt non p accn̄s:qꝛ ſibi ipſi aliqs medicus cum ſit ſanitatis proprię cauſa eē pōt:attñ nō quatenus ſanat medicinā hz: ſed accidit vt idē ſit medicꝰ ⁊ ſanet.ſignū ponit: ⁊ ingt quando ⁊ nōnūqꝫ inuicē ſeparent:⁊ cū cōtingat ſeparari: tūc ars

Nobile nō p ſe cā erit motꝰ eius in quo eſt. ¶ Animaduerſiōe dignū φ oē p ſe eſt de omni ⁊ neceſſariuȝ ⁊ ita qđ nō eſt de omni vel necīū eē nō pōt p ſe: ⁊ qm̄ pōt interdū ars eē cā motꝰ in ſubo eius:⁊ interdū nō:rōnabiliter p accn̄s ⁊ non p ſe cā erit motꝰ ſui ſubi: qꝛ vō nūqꝫ eē pōt qn nā ſit principiū motus ſibi in quo eſt.tūc natura per ſe cauſa erit motus ſui ſubiecti. Et ſic pz differentia.

¶ Similiter autem ⁊ caeteroꝛuȝ quae efficiuntur vnūquodqꝫ ſe habet.nihil enim ipſoꝝ effectionis in ſe principiuȝ habet. Sed alia quidē in alijs atqꝫ extrinſecꝰ: vt domus ⁊ vnūquodqꝫ coꝝ quae manu conficiuntur . alia vero in ipſis quidem : non tamen per ſe vt quaecūqꝫ cauſae per accidens ſibi fieri poſſunt.id igitur eſt natura:quod dictum eſt.

Expō ¶ Et ne credat qs φ natura ſolū ab arte medēdi dr̄at:ampliat dictā dr̄iaȝ ad oīa. ⁊ ingt. ſilr aūt ⁊ ceteroꝝ q̄ efficiūtur arte vnūqđqꝫ ſe hz.vt dcm̄ eſt in medicina. nihil eniȝ ipſoꝝ effectiōis in ſe principiū hz:⁊ ſic nā differt ab arte ⁊ ceteris in genus. ¶ Adiecit tamē effectionū artis talē differentiā: φ effectionū artificialiū:quędā principiū hn̄t in alijs ⁊ extrinſecꝰ: hoc eſt nō in ſubo in quo ſunt neqꝫ p ſe neqꝫ per accn̄s. vt domus ⁊ vnūqđqꝫ coꝝ que manu conficiunt.hę.n.artificiales effectiōes:neqꝫ p ſe neqꝫ p accn̄s in ſubo eaꝝ hn̄t pncipiū.alię vō effectiōes pncipiū hn̄t in ſubo in quo ſunt.vt ſanatio medici ab arte eiꝰ:veꝝ nō per ſe:ſed p accn̄s hn̄t cām in eaꝝ ſubo.vt dcm̄ eſt. ideo iterū ꝯcludit nām eſſe (vt dcm̄ eſt) pncipiū motꝰ ⁊ quietis per ſe pmo ⁊ nō ſm̄ accn̄s eius in quo eſt.

Dr̄ia effectionū artificialiū.

¶ Qꝛ manifeſtū. Auerroes primo facit enthimema: vt in lr̄a fecimus. Et ſermo patet. Cōm.3m

¶ Et iſta. Digredit ⁊ diſputat cū Auicēna ⁊ dicit primo φ iſta definitio nāe eſt māifeſta hic. Dicit ſecūdo φ naturā eſſe eſt manifeſtū per ſe.vt poſt dicet Ariſto. Dicit 3º φ eſt vnū pncipioꝝ iſtiꝰ ſciēcie:imo pnciᵐ ſubti ſcię vno mō ⁊ ſubiectū in ſcia alio mō. Dicit 4º φ nō eſt declarandū a metaphyſico. Hec eſt poſitio Auerroys.

¶ Neqꝫ eſt. Narrat pōnē Auicēnę:⁊ ingt neqꝫ eſt ex eis q̄ nō ſunt nota per ſe vt appꝫ ex v̄bis Auicēnę. Et ita vult Auicēna φ nām eē nō ſit per ſe notū.

¶ Niſi intēdat. Excuſat Auicēnā:φ naturā eē pbari a metaphyſico pōt intelligi dupl'r. Uno mō abſolute:tāqꝫ concluſionē ꝑpriā in metaphyſica demonſtratā p ꝑpriā rōnē:⁊ hoc mō errat. Alio mō tāqꝫ negata ab ipſo cauillatore:⁊ ſic fortaſſe bn̄ ait : quēadmoduȝ Ariſto. voluit metaphyſicū debere cōtradicere negātibꝰ pma principia : non quidē demonſtratiōe ſimpl'r:ſed per conceſſa.

¶ Et iſte hō. Adducit Auerroes tres rōnes Auicēnę:acceptas a ſigno:qbꝰ nitebat ꝓbare φ nām eē nō ſit p ſe notū. Primo ſic.nō eſt aliud nām eē:qꝫ motū ipm̄ hēre motorē.idē.n.eſt nā ⁊ motor:⁊ ita idē erit ipſam eē:⁊ motorē eſſe. motor eſt:quia res mota habet ipſuȝ.tunc arguo. motorem eſſe.probatur in 8º per hoc φ res mota habet motorem. Sed natura eſt motor . igitur etiam naturam eſſe probabitur per hoc φ motū hz motorem: vt ideȝ eſt probare album eſſe:quia paries habet albedinē.

¶ Et dixit illic. Secundo arguit. Ariſtoteles 8º phyſicoꝝ. dubitat vtrum ſimplicia habeant motorem. Sed natura eſt motor.igitur dubitat an habeat naturam:ſed naturaȝ hēri eſt ipſam eſſe.igit dubitat an natura ſit.

¶ Et poteſt. Tertio Ariſtoteles probat elementa habere grauitatem tanqꝫ motorem: ſed natura eſt vt grauitas et motor.igitur demonſtrat.vt ſupra habere naturā:⁊ ita naturā eſſe eſt queſitū ⁊ non ꝑcognitum.

¶ Et hoc nō eſt. Reſpōdet ad rationes eius vnica reſponſione:⁊ vult φ multū refert dicere hoc.habet illud:⁊ hoc habet illud differens ab hoc. habere eniȝ animal caput p ſe patet:an habeat caput differens a collo:non pz. Omne itaqꝫ motum habere motorem per ſe patet:ſed an habeat motorem alium a re mota eſt occultum. Dico igitur φ in illis locis Ariſtoteles ꝓbauit ⁊ inueſtigauit an natura mouens ſit alia a re mota.ſupponit aūt naturā eſſe.

¶ Et cauſa. Affert cauſam. quoꝛuȝ Ariſtoteles diſputauit non de queſtione an natura ſit: ſed an natura mouens ſit alia a natura mota:propter Platoneȝ:qui exiſtimauit eſſe aliquid quod mouet ſe.

¶ Et manifeſtum. Et φ non probauerit naturam eſſe declaratur ratione:quoniam ſiue poſitio Platonis ſit vera φ idem mouet ſe:ſiue ſit verū φ natura mouens eſt alia a re mota: vt dicit Ariſtoteles: ſemper naturam eſſe eſt precognitum. naȝ vbi poſitio Platonis ſit vera: illud qđ ſeipſum mouet dignius habet hoc nomen natura ſm̄ definitionem datam. videlȝ φ ſit principiū motus ⁊ quietis.

vbi vero poſitio Ariſtotelis ſit vera: etiam naturam eſſe eſt ꝑcognitũ. Sed illud qđ latet: eſt an motor ſit aliꝰ a moto. Et ſic pꝫ ſolo rationũ Auicēnę.

¶ Et cũ notificauit. Uolens dubitare Auerroes cõtra ſe: format ſyllogiſmuꝫ litterę hypotheticę ſic. ſi quo naturalia differunt artificialibus eſt principiũ quo mouentur ⁊ quieſcunt per ſe primo ⁊ non per accidens: ⁊ natura eſt quo differũt naturalia ab artificialibꝰ. igiť natura eſt ꝓncipiũ motus ⁊ reliq̃. Hic eſt ſyllogiſmus.

¶ Et nõ debet. Obycit ſibi: quia ſi definitio naturę eſt per ſe nota. igitur non poteſt eſſe concluſio demonſtrationis. modo Ariſtoteles ſyllogiȥauit illam ex differentia naturalium ⁊ artificialium.

¶ Quoniã eſt dictũ. Reſpõdet. vbi debes ſcire. vt primo cęli cõmẽto 2º colligiť: ꝙ triplex eſt ꝓpoſitio. quędã ſimpliciter nota vt dignitas: quę nõ demonſtratione: nec ſyllogiſmo: nec aliquo id genus deduci põt: ſed vt ait Ariſto. quatenus terminos cognoſcimus: ⁊ quoniã lumine tñ terminos cognoſcimus. ideo ſolo lumine pꝫ. Alia eſt propoſitio penitus ignota: ⁊ hęc eſt queſtio: quę concluſio efficiť ⁊ nota ſola demonſtratione. quędã eſt media: quę cũ non ſit queſtio: nõ eſt demonſtrabilis. cũ vero ſit aliquantulũ ignota eſt locorũ aliquo probabili explicabilis: vt vel ſyllogiſmo hypothetico: aut diuiſione aut compoſitione: aut exemplo: ⁊ id genus: ⁊ propterea vult ꝙ Ariſtot. non ſimpliciter demonſtrauit de ipſa natura propriam definitionem. Sed ſyllogiſmo hypothetico eam concluſit: quo docet vti in libro prioꝝ non ad ꝓpoſitionẽ ſimpliciter ignotam. vt eſt q̃ſtio: nec ad ſimpliciter notã. vt eſt dignitas: ſed ad mediã: quę indiget modicula inuitione: ⁊ ſic bene dubitationẽ ſoluit. ¶ Sed dubitant hic ſatis rõnabiliť qualis eſt iſte ſyllogiſmus hypotheticus quo probatur definitio naturę: an propter quid: an quia. Reſpondẽt quidam ꝙ eſt ſyllogiſmus quia. nã res naturales ſunt effectus naturę: ⁊ hęc definitio per res ipas naturales cõducitť. Sed obycũnt quidã: qm̃ Ariſt. ⁊ Auerro. qñ dicũt aliquã definitionẽ eſſe principiũ demonſtrationis aut concluſionem: loquunť de demõſtratione ꝓpter quid a priori. Sed iſti delirant. nam Auerroes in prohęmio ait ꝙ raro Ariſto. vtitur demonſtratiõe propter quid ⁊ rariſſime demõſtratione ſimpliciter. igiť ſemper per demonſtrationẽ intelligendũ eſt demonſtrationẽ ſigni. ꝓpterea videtur dictuꝫ illoꝝ alia ratione ambiguũ. nã Ariſtoteles probat naturam eſſe per ſe principiũ motus: per hoc ꝙ eſt differentia qua ipſa naturalia differunt ab artificialibus. modo nec differentia eſt cauſa naturę: nec natura cauſa differentię. igitur hęc demõſtratio ſiue ſyllogiſmus non eſt quia. nec ꝓpter quid. fortaſſe dici poteſt ꝙ ſyllogiſmus eſt a ſigno: quoniam natura eſt cauſa fundamentalis illius differentię qua differũt naturalia ab artificialibꝰ: ⁊ ſic videť reduci ad genus demonſtrationis ſigni. Tu vero ꝯſidera.

¶ Et dixit primo. Remouet dubitationes circa definitionem examinando illam. primo ſi addit per ſe: cur adiecit primo: ⁊ ſi per ſe primo cur adiecit non per accidens. Mihi videť ꝙ Auerroes velit omnes has particulas eſſe poſitas ad circũloquendum vnam differentiã ignotam: qua natura ipſa differat ab arte: quę agit in ſe ſiue in ſubiecto proprio: ⁊ ſic vult ꝙ ſic legatur. natura eſt non per accñs: ſed per ſe ⁊ primo principiũ motus ⁊ quietis eius in quo eſt. Tunc reſpondeo ꝙ nõ ſunt ſuperflua hęc: cũ non ſint eadem. nam per ſe eſt in plus q̃ primo: ⁊ non per accidẽs eſt in plus q̃ ꝑ ſe. Declaro. nauis mouetur per ſe a remo: non autem primo: quia primo ab homine. Medicus mouetur a medicina: ſed nõ per ſe neqꝫ primo. igiť hę omnes particulę non ſunt ſuperfluę: cuꝫ ponanť propter circũlocutionem vnius innominatę differentię.

¶ Artes igiť. Concludit diſtinctioneꝫ artiũ: ꝙ artes ſunt alię: quę nec per ſe: nec per accidẽs poſſunt agere in ſubiecto in quo ſunt. vt ędificatoria ⁊ id genꝰ. alię quę licet per ſe non agãt in ſubiecto in quo ſunt: per accidens agũt in illo iterdũ. ⁊ ait ꝙ Ariſ. addit. q̃ ſiũt manu. nã pars medicinę cui accidit agere in ſubiecto in quo eſt: eſt theorica ⁊ non cyrurgia: cũ nullus flobotomet ſe: vel ſaltẽ nõ lrã.

¶ Sed eſt dubiũ. Cõtra obycit. nã ars ſaltandi ſemꝑ agit in ſubiecto in quo eſt. Reſpõdet ꝙ ſermo ſuus eſt ſolum verus in artibꝰ: in quibꝰ eueniũt actu in materia exteriori ⁊ nõ ſolũ accidens. vt eſt de arte muſicę ⁊ id genus. Sed dices. ſi ſermo tuus non eſt de iſtis. igiť iſtę artes erũt naturę: q2 eis competit definitio. dici põt ꝙ ſaltus vt motꝰ eſt a natura vtpote ab anima: vt talis vel talis motus ſic modificatꝰ eſt ab arte: ⁊ per conſequẽs per accidẽs ars eſt ꝓncipiũ ſaltꝰ: ⁊ ita nõ erit nã. Sic igiť pꝫ ſolo dubõnis.

¶ Utrum aũt. Remouet dubiũ: dubium eſt tale. vtrũ detur aliquod principiũ naturale abſtractũ ⁊ ſupra naturã. Reſpondet ꝙ hęc res eſt digna perſcrutatione: ſed quicquid ſit: Ariſtoteles non conſiderat niſi in generali taliũ principioꝝ hoc eſt naturaliũ ⁊ de accidentibus: quę accidant illis: ⁊ ſic ſi illud detur: non dicitur natura nec principiuꝫ rerum naturalium.

¶ Et iam. Repetit ſolutionẽ q̃õnis factę: an hęc definitio ſit vniuoca: ex quo competit generabilibꝰ. alterabilibus. augmentabilibꝰ. ⁊ mobilibꝰ in loco. Reſpondet ꝙ nõ eſt vniuoca: ſed analoga dicta ſm priꝰ ⁊ poſteriꝰ: qm̃ principiũ accipiť vt cõmune actiuo ⁊ paſſiuo: ⁊ per priꝰ dicitť de actiuo: q̃ de paſſiuo.

¶ Et in talibꝰ. Cõtra dicet quiſ: quoniã ęquiuoca ſunt ꝑus diſtinguẽda: poſtea debet eligi membrũ de quo eſt intentio: ⁊ hoc non fecit. igiť hęc definitio vel definituꝫ non eſt ęquiuocũ. Reſpondet ꝙ definitũ non eſt ęquiuocũ puꝝ: ſed analogũ: ⁊ tale bene poteſt definiri prius: ⁊ poſtea diuidi: vt fecit Ariſto. qui prius naturam definit: deinde eã diuidit: ⁊ ſic Ariſto. non errauit.

¶ Et ſciẽdũ. Soluit vltimo q̃õnẽ: q̃re ſicut in iſto lib. definit nãm: non definit corpꝰ nãle: qđ eſt ſubm totiꝰ ſcię nãlis: ſed illud definit in lib. cęli. Rñdet ꝙ nã ⁊ ꝓncipia nãlia ſũt: ſubm hoc eſt ꝑcognita ⁊ ſuppõnes cões toti ſcię nãli: ⁊ q2 hic liber eſt de cõibꝰ ꝑcognitiõibꝰ ac ſuppõnibus totiꝰ ſcię: recte definit nãm: ⁊ ꝓncipia nãlia. in libº de cęlo definit ſubm artis hꝰ: q2 ille eſt ꝓmus libroꝝ hꝰ ſcię. dico ꝓmus ſpãliũ. ꝓpterea decebat ſubꝫ in illo libro definire. Hęc ſũt: quę craſſa minerua in cõmẽto habenť. ¶ Circa definitionẽ nãę ſunt ꝯfuſiones ⁊ nugę innumerę: ideo reſecando illas moueo dubitatões: quas aliy mouẽt. deĩde dabo expõnes famoſiores hꝰ definitiõis. ¶ Quãtũ ad ꝓmũ videť in definitiõe duplex nugatio. ꝓma eſt: q2 ait ꝓncipiũ ⁊ cã. idẽ. n. eſt 2ª nugatio eſt: q2 ait ꝓmo ⁊ ꝑ ſe ⁊ nõ ſm accñs. hęc. n. videnť abũda. ¶ Scđa dubitatio eſt: q2 oppoſitoꝝ idẽ nõ eſt cã ꝓmo ⁊ ꝑ ſe ⁊ nõ ſm accñs: mõ q̃es ⁊ motꝰ ſunt oppoſita. ¶ 3º. q2 cęli nã eſt nã: ⁊ tñ nõ cã quietis. ſilr forma vel mã terrę eſt natura: ⁊ tamen nõ motus eſt cã. ¶ 4º. aĩa aĩalis eſt ꝓncipiũ motꝰ ⁊ q̃etis aĩalis ꝓmo ⁊ ꝑ ſe: ⁊ nõ ſm accñs: ⁊ tamen nõ eſt natura. vt dť 2º de aĩa: et q2 tũc motꝰ aĩalis eſſet nãlis. ¶ 5º. dubitant: q2 ſubã ⁊ abſoluta nõ debet definiri per accidens ⁊ reſpectiuũ. nã eſt ſubã: q2 mã ⁊ forma: ⁊ abſoluta q2 ſubã. Principium eſt relatiuũ: motus ⁊ q̃es ſunt accñtia. igiť hęc deſcriptio falſa eſt. hę ſunt dubitationes a diuerſis collectę. ¶ Pro intellectu harum hic ſunt adinuenti tres modi intelligendi hanc naturę definitionẽ. ¶ Primus eſt quorundam recentiorũ: quos Joannes in q̃õne ſectatur. Et

Dubia.

Primus mod' o... ponend...

vult iſte modus ꝙ oēs particulę copulatiuę legant̄ diſiūctiue. Secūdo vult ꝙ particulę illę tres nō per accidēs: ꝛ per ſe ꝛ ꝑmo determinent diuerſa: ꝛ ſic ſenſus eſt: natura eſt nō per accidēs principiū vel cauſa prima vel primum hoc eſt ꝑncipale eius in quo eſt ꝑ ſe mouēdi vel quieſcendi. Et tūc dicit̄ ꝑncipiū vel cauſa loco gnīs: vt amplectat̄ formā ꝛ materiā: hoc eſt actiuū ꝛ paſſiuū. Cęterę particulę loco dr̄ię ponunt̄. vt nō per accn̄s ponit̄ ad differentiā artis medicinę ꝛ id genus. quę principia prima ſunt motus vel quietis eius in quo ſunt per ſe: ſed non ſunt principia per ſe: ſed ſm̄ accidēs. Dicit̄ primū ad differentiaꝫ virtuti ꝛ inſtrumentoꝝ naturaliū: quę ſunt nō per accidēs principia motus vel quietis eius in quo ſunt per ſe: nō tamen prima ꝛ principalia. addit̄ eius in quo eſt per ſe propter principiū motus violēti. nā proiciēs eſt nō per accidens principiū principale ꝓiectionis in lapide: ſed qꝛ nō per ſe eſt in lapide: iure nō eſt natura. Hic eſt primus modus: quo facile ſoluunt̄ obiectiones vt videbit̄. ❡ Dupliciter quidā calūniant hūc exponēdi modū. primo qꝛ corrumpit textū. Ariſtoteles enim loquit̄ copulatiue. igit̄ nō debet legi diſiunctiue. Secūdo. quia nō bene dicit̄ ꝙ illa determinatio. nō ſm̄ accidēs. determinet verbū eſt ꝑmo loco poſitū: quoniam nulla ꝓpōne exiſtēte: adhuc illa determinatio. nō ſm̄ accidēs. eſſet pars definitiōis naturę: ꝛ nō determinaret illud verbū eſt faciēs compoſitionem definiti cū definitione. Sed iſtę friuolę ſunt. ꝑma quidē: quoniā ꝛ ſi corrūpat verba: ſanat ſenſum. ille enim eſt ſenſus Ariſto. ſepe. n. eiuſmodi particulę confundunt̄ apud Ariſto. Secūda vero: qꝛ licet nulla ꝓpoſitio ſit: tamē eē pōt: ſufficit igit̄ ꝙ non poſſit formari ꝓpoſitio niſi illa determinatio cadat ſupra verbū illud: ꝛ quādꝫ ꝓpoſitio nō ſit: eſt apta nata eē: ꝛ illa determiatio erit apta nata determinare: ꝛ hoc ſufficit. Hic igit̄ modus primus nō eſt inutilis. ❡ Pro ſecūdo mō qui eſt Auerrois. vt dictum eſt in cōmento. animaduertendū primo ꝙ illę tres determinationes. nō per accidēs. per ſe. ꝛ primo cadūt ſuper idē. neqꝫ ponūtur (vt dictū eſt) vt iuuant vnā differentiā innominatā: qua differat natura ab omni non natura. eſt eni ipſū nō per accidēs in plus ꝗꝫ per ſe: ꝛ per ſe in plus ꝗꝫ primo: ꝛ ideo ſeſe determinantes contrahūt ad vnā differentiaꝫ propriā. Erit igit̄ ſenſus. natura eſt nō per accidēs. ſed per ſe ꝛ primo principiuꝫ mouēdi ꝛ quieſcēdi eius in quo eſt. Patet qꝛ per hāc drīam differt natura ab arte medendi: ꝛ ab inſtrumētis naturę. ars. n. medēdi per accidēs eſt cā ſanationis in medico. Inſtrumēta naturę nō per ſe ꝑmę cauſę ſunt. per particulā illam. vꝫ. eius in quo eſt. habetur differētia ab artibus: quę ſunt extrinſecę ab operibus. illę eni nō ſunt in opere. vt pꝫ: ꝛ ita ſuperfluit addere per ſe. ſignum aūt eſt: qꝛ Ariſto. vnā particulā declarauit. vꝫ. illaꝫ nō ſm̄ accidēs: qꝛ oēs ponunt̄ ad vnū ſenſum. Ulterius animaduertendū ꝙ Ariſto. per principiū ꝛ cauſam intelligit idē: ſed vſus eſt diuerſo verbo: ꝓpter antiquos. quorum quidā cognouerūt cauſam: ꝛ ignorauerūt principiū: alij cōtra norūt principiū ꝛ nō cauſaꝫ. verū vt dixit Auerroes principiū eſt analogice ſumptū vt cōmune actiuo et paſſiuo. Ulterius animaduertendū ꝙ nā in omni eſt ꝑncipiū motus ꝛ quietis: in cęlo quidē (vt dictū eſt) nō ſm̄ totum. Sed ſm̄ parteꝫ. eſt enim celeſtis natura principiū motus hodierni ꝛ quietis heſternę vel craſtinę. ꝛ ſic ſm̄ partes. In generabili vero principiū eſt motus ꝛ quietis etiā ſm̄ parteſ ſubiecti. nam licet terra quieſcat ſm̄ partē mouet̄. vt quādo generat̄ in media regione aeris: Preterea tota terra continuo mouet̄. vt alſ oſtendet̄ ꝛ quieſcit. Amplius ſatis eſt vt ſit principium potentiale actiuū vel paſſiuum. Ex his potes colligere totū definitionis intellectum. Et hic modus etiaꝫ bonus eſt. ❡ Tertius modus (vt mihi videt̄) eſt Themiſtij: qui ſic legit: natura eſt ꝑncipiū ꝛ cauſa motus quietiſqꝫ in eo cui primo ineſt per ſe: ꝛ nō per accidēs. Et eſt ſenſus natura eſt principiū non ꝑ accidens motus ꝛ quietis in eo in quo primo ineſt per ſe. dicit̄. non per accidēs. ꝓpter artem medendi. dicitur. cui ineſt primo. ꝓpter ſtatuā ꝛ artificiaria: quę deorſum ferūtur: ꝛ habēt principiū motus: nō tamen primo hoc eſt ſm̄ ꝙ talia. Dicit̄. primo. ꝓpter gubernatoreꝫ nauis: qui mouet primo nauē: ꝛ ꝑmo ipſi ineſt: ꝛ nō ꝑ ſe: tamē ineſt. hęc vide ab eo. Et ſi dicat̄ quid de virtutibꝰ ꝛ iſtrumētis naturę: diceret Themiſtius. ꝙ illę ſunt per accn̄s principia agēdi motuꝫ in eo in quo ſunt. Hi ſunt tres intellectus: ꝗ oēs pñt ſtare. ❡ Tūc ad ratiōes. Ad ꝑmā allatę ſunt negatiōes: ſm̄ ꝑmū modū quidē: qꝛ ponunt̄ ad diuerſa. Secundū Auerroeꝫ vͦ qꝛ ponunt̄ vt iuuant rem inominatā. ſm̄ Themiſtij expōnē etiā ponunt̄ ad diuerſa. ❡ Ad ſecundā rńdēt recētiores ꝛ Joānes ꝙ ges in termino ad quē nō ꝯriat̄ motui. Et de hac intelligit: ſed hoc ſtare nō pōt: qꝛ quietis in termino a quo ipſa nā non eēt cauſa: qͦd falſuꝫ eſt. Ideo dico ꝙ poſſunt eē cauſę oppoſitoꝝ priuatiue: vt mā eſt cauſa eē ꝛ nō eē. Et ſic ꝯcedo idē eē cauſaꝫ oppoſitoꝝ ꝑuatiue. vt pꝫ i multis alijs. ❡ Ad 3ᵐ pꝫ ſolo ꝑ dicta in modis dicēdi. ❡ Ad 4ᵐ dici pōt ꝙ motꝰ aialis eſt nālis vt definit̄ hic: qꝛ nō violētus nec fortuitus. accipit. n. Ariſto. hic naturā ampliſſime vt diſtinguit̄ contra caſuꝫ ꝛ artē: ꝛ hoc ſatis: ꝛ hoc mō nō ꝯdicit ſibi in 2° de aīa: qꝛ ibi ſumit nāꝫ preſſius. vt pꝫ. ❡ Ad 5ᵐ cōueniunt oēs ꝙ natura eſt in ꝑdicamento relatiōis vt pr̄. ideo definit̄ ꝑ relatiuū ꝑ accn̄tia. Eſt tamē in ꝑdicamēto ſubę ſm̄ eſſe. hęc de definitiōe. multę ꝯfuſiōes ſolēt addi: ꝗ cū ſint inutiles ad rem: ꝛ extra ꝓpoſitū: omittant̄.

❡ Naturā vero habent quęcunqꝫ principium eiuſmodi habent: ſuntqꝫ haec omnia ſuba: qꝛ ſubiectum quoddaꝫ: ꝛ in ſubiecto natura ipſa ſemper eſt.

❡ Natura eſt relatiuū: ꝛ ad ens nāle: ꝛ ad motū ſiue getē. ideo cū deſcripſit nām ꝑ habitudineꝫ ad motū: deſcribit hñs naturā ꝑ habitudinē ad nām: qꝛ vnū correlatiuū debet ꝑ alterū definiri. Sed qꝛ qñ loco definibilis ponitur eiꝰ definitio: definitio erit verior ꝛ notior. vt dicit̄. 6. thopico. Ariſtoteles definit hñs nām ꝑ definitionē naturę: ꝛ ingt. nām vͦ hñt quęcūqꝫ principiū eiuſmodi. vꝫ. motus ꝛ getis ꝑmū ꝛ ꝑ ſe ꝛ nō ſm̄ accn̄s hñt. Hęc dicunt̄ habentia nām ſiue entia nālia: ꝛ qꝛ ens nāle ꝛ nāꝫ deſcripſit mō quo deſcribunt̄ relatiua: ne quis credat hęc eſſe penitꝰ relatiua: adiecit. ſuntqꝫ hęc oia ſubę: dico hęc omnia. hoc eſt ꝛ ens nāle ꝛ nā ipſa. probat aūt ꝙ natura ſit ſuba: ꝛ iquit. qꝛ ſubm quoddā eſt natura ipſa: ſalteꝫ vt natura ſumit̄ ꝑ mā: ꝛ eſt in ſubo ſemꝑ ipſa natura: vtpote forma ipſa: ꝛ ſic ſtat eſſe ſubas: ꝛ entia relatiua. vt pꝫ. eſt ſuba: ꝛ relatiuum ſm̄ diuerſas rationes. Expō

❡ Cū deſcripſit. Auerroes facit duas ptes. in ꝑma exponit textū. In 2ª vͦ ibi. Sed vr̄. digredit̄. ꝑma ps adhuc cōtinet duo. ꝑ reſumit definitionē entis nālis. 2°. exponit quō nā ꝛ ens nāle ſint ſubę. Prima pars pꝫ. Cō.4ᵐ

❡ Et nā ꝛ hñs. Declat Auerroes ꝙ tā nā ꝗꝫ hñs nām ſint ſubę. nam mā eſt ſuba: ꝛ forma eſt ſuba. omnis aūt nā eſt aut mā aut forma: igit̄ oia nā eſt ſuba. Mā gdē eſt nā: qꝛ eſt ſubm ſubę: ꝛ ꝑmuꝫ oīum ſuboꝝ. forma vͦ eſt nā: qꝛ eſt in ſubo qͦd hꝫ eē ſimplr̄ ab illa: ꝛ ſic ꝑ eē in ſubo ſemꝑ itelligit eē in ſubto ꝛ ꝯſtituere ſubm. hoc. n. notat ꝑticula illa ſemꝑ: vt. vꝫ. ſint coexñter mutuo ſe ſuſtētādo: ꝛ ꝑ hoc forꝰ dr̄t ab accn̄tibꝰ. nā accn̄tia ſūt in ſubo: ꝛ ab illo ſuſtētant̄:

Calūnię.

2ᵘˢ modᵘˢ auerrois

3ᵘˢ modus Themiſt.

neqʒ dant eſſe illi niſi ſm quid. Sic igiť eſt materia ipſa
ſuba: qꝛ ſubm. forma vo quia ſuſtentat ſubam.
¶ Et ex hoc diceť iunior. Ariſto. propoſuit tāʒ ens nature
le ꝗ̄ naturā eſſe ſubam: ⁊ non probauit niſi illud de natu-
ra. igiť diminutus. Reſpōdet Auerroes: ⁊ inquit. ⁊ ex hoc
declarabitur: ꝙ vtraqʒ natura hoc eſt ens conditūʒ atqʒ
cōpoſitū ex illis ſit ſubſtātia: quoniā ſi partes ſunt ſubſtā-
tie: totū ipm eſt ſuba. Hec oīa ex Themiſtio ſunt.
¶ Sed videtur. Hec eſt digreſſio: vbi Auerroes ſoluit du-
biū. nam Ariſto. probat materiā ⁊ formā eſſe ſubſtantias:
cū ſit ꝓpriū metaphyſico. igiť vel errauit: aut iſta ſpecta
bunt ad naturalē. Reſpōdet ꝙ Ariſto. ſumit ac petit hec
ab ipſo metaphyſico: ⁊ ita nō dicit hec ꝑ habitū ꝓpriū na-
turalis phię: ſed habitum metaphyſicę.
¶ Et vniuerſaliter. Probat riſionē primo. qꝛ tractare de
ſuba ſpectat ad metaphyſicū: cum ſuba ⁊ accidēs ſint pri
mę entis ſiue dīnie ſiue ſpecies ſiue modi ipſius entis: d̄
quo eſt ſcientia metaphyſica.
¶ Et apparet. Secundo idem ꝓbat: qꝛ apparet in 9º meta
phyſicę: ꝙ materia eſt ſubſtātia in potētia: forma eſt act9:
⁊ id quo mā eſt ens actu. igitur de ſubſtātia nō hic: immo
Nota hic. in metaphyſica eſt tractandi locus. Animaduertendū ꝙ
ꝓpoſitionū quędā eſt: cuius tam ſubm ꝗ̄ pręedicatuʒ ſunt
vnius generis ſciētię. vt ignis eſt ſūme calidus eſt phyſi-
cę conſiderationis: quia ambo extrema ſunt phyſicę con
ſiderationis: aut omne ens eſt vnuʒ. eſt metaphyſicę ſcię
propter idem: quędaʒ eſt ex terminis mixta ſm diuerſas
ſciētias vt ignis eſt ſuba: aut ſuba eſt ignis. eſt enim ignis
phyſicę ſciētię. ſubſtātia vero metaphyſicę. Dicendū igiť
ꝙ ꝓpoſitio nō mixta: eius ſciētię eſt: cuius ſunt ambo ter-
mini: mixta vo: cuius eſt ꝑdicatū: propter qd hec eſt meta
phyſicę. ignis ē ſuba: hec phyſicę. ſubſtātia eſt ignis. Cau-
ſa aūt eſt: qm̄ ꝑdicatū eſt tota ꝓpoſitio reductiue. vt dicit
Porphy. in lib. de interpretatione.
¶ Compoſitū igitur. Infert primo non per ſe: ſed inciden-
ter: ꝙ compoſitum eſt dignius habere hoc nomen ſubſtā-
tia: ꝗ̄ materia: qm̄ compoſitū ipſum eſt in actu: ⁊ materia
in potentia. Infert ſecūdo ꝙ forma per idē eſt dignior ha
bere hoc nomē ſubſtantia: ꝗ̄ compoſitū: quoniā cauſa rei
eſt dignior cauſato: modo forma eſt cauſa. quare compo-
ſitū eſt in actu: ait tamē ꝙ oēs iſtę ꝓpoſitiones ſunt cōes
⁊ eſſentiales enti: hoc eſt ſciētię conſideranti de ente: ideo
ſunt pōnes ſumendę in hac ſciētia. hec ex cōmēto colligū
Dubiões. tur. ¶ Querunt hic. vtrū cęluʒ ſit natura: vel ens natura
Prima le ſiue habēs naturam. ¶ Secūdo querūt diſcipuli. vtꝝ
Secūda vna ſpecie relationis natura referať ad motū ⁊ ad ens na
Tertia turale. ¶ Tertio dubitant an Auerroys illatū ſit veruʒ.
ꝑma ſolo ¶ Ad primā reſpondent recentiores ꝙ cęlum magis de
ad ꝑmū bet dici natura: cum ſit magis materia. ¶ Sed hoc ſtare
Confuta nō pōt: quia aut per cęlū intelligiť ipſum animal cęleſte:
no. qd ex ſe moueť: vel itelligiť māʒ ſecluſa itelligentia: non
Rñſio ꝓ. māʒ ſecluſa itelligētia: qm̄ ſecluſa intelligētia ab ipſa cęli
pria. mā: ipſa nō eēt niſi in aīa. vt colligiť in 2º capº de ſuba or
bis. Si vo intelligit animal: tale eſt ens naturale ⁊ habēs
naturā. Amplius in ꝑmo cęli. cōmē. 95. vult cęlū eſſe cōpo
ſitū ex duabus naturis. igiť ens eſt naturale. ¶ Propter
quod dico ꝙ cęluʒ acceptū pro animali eſt ens habēs na-
turam: qm̄ hʒ materiam ⁊ formā ſalteʒ alterius rationis
phyſicę: vt in vltima qōne primi eſt dictuʒ. pro parte cęle
ſti acceptuʒ eſt natura: aut meli9 pars cęli: quę eſt aut for-
ma: aut materia alterius ratiōis phyſicę. vt dictuʒ eſt: eſt
Solo 2º natura. ¶ Ad ſecundā dici pōt ꝙ natura refertur ad mo-
tum vel quietem modo potentię ad effectum: ſiue actiuā
ad paſſiuum: ſiue potentię ad actioneʒ. vt dicitur quinto
metaphyſi. Refertur vero ad naturale: modo mēſurę ad

menſuratū: quoniā eſt dign9 ens illo. vt dicit Auerroes.
vel ſaltē illius entitatē conſtituit ⁊ terminat: ⁊ ſic reduci-
tur ad modum hunc. ¶ Ad tertiam reſpondēt quidaʒ ꝙ Pria ri no tertię.
totū eſt perfectius forma. ¶ Primo. quia plures cōtinet Pria ri
perfectiones. ¶ Secūdo. quia totū ipſuʒ per ſe a natura Secūda.
intenditur: partes vero per accidens. ¶ Tertio. totum ⁊ Tertia
perfectū. ideʒ primo cęli. cōmen. 3º. igitur quod magis ha
bet rationeʒ totius erit perfectius ⁊ magis ens. ¶ Quar- Quarta
to. cui inſunt plures imperfectiones: id eſt imperfectius.
Sed formę plures inſunt: quia carentia perfectionis ma-
terię ⁊ totalitatis. ¶ Auerroes tenet contrarium hic: ⁊ ſe Poſitio auerroys
primo ⁊ octauo metaphyſicę: ⁊ ſecūdo de aīa. vbiqʒ com-
mentis. 7. ¶ Pro intellectu poſitionis Auerroys aniad- Pria ſuppoſitio
uerſione dignum. Totum bifariam ſumi pro continente:
qua ratione aurum eſt totū reſpectu metalloꝝ: ⁊ deus eſt
omne. vt dicit parmenides. vt accipitur. primo cęli. com-
mento 3º. Et hoc modo nos ſumus partes dei: non quideʒ
eſſentiales ſed cōtentiuę. Altero modo pro compoſito ex
re ⁊ re ipſis. quarum vna eſt actus altera potentia: aut ad
hec reducibiles: qd habet plures modos. vt diximus pri-
mo huius. cōmento 5º. ¶ Secundo animaduerſione di- Secūda ſuppō.
gnum ꝙ aliquod pōt eſſe totum contentiuum alicuius ⁊
eſſe pars illius compoſitione. vt deus eſt totū quodaʒ re-
ſpectu mundi contentiuum: ⁊ tamen eſt pars conſtitutio-
nis mundi primo cęli. ¶ Tertio accipiendum totū con- 3ª ſuppō.
tentiuum eſſet abſolute perfectius ſua parte: poteſt tamē
in aliquibus eſſe imperfectius ſi depēdet a materia illius
totius: quod eſt ſua pars contentiue. Qua ratione pʒ deū
eſſe abſolute perfectius omnibus entibus: quę ſunt illius
partes: ⁊ reſpectu nullius eſt imperfecti9: cuʒ a nullo ipſe
dependeat: ⁊ ita compoſitū ex deo ⁊ mundo non eſt per-
fectius deo. ¶ Ex his accipitur ſolutio ꝙ forma abſolute Solū.
eſt magis ens magiſqʒ ſubſtantia ꝗ̄ compoſitū. Probať:
quia eſt totū illius contentiuū: cū ſit illius eſſendi in actu
cauſa. Eſt tamē ſm quid imperfectior: qm̄ habet rationē
partis dependenter ſaltē a materia illius. ¶ Per hec ad Ad rationes.
rationes. Ad primā. dico ꝙ forma cōtinet omnem perfe-
ctionem compoſiti: ⁊ illam materię ſi quā hʒ: quia eſt to-
tum contentiuuʒ: quia vero pars compoſitiōis dependē-
ter eſt ſm quid imperfectior illo. ¶ Ad ſecundā per idē:
forma eſt enim totū quod per ſe intendiť. compoſitū ve-
ro propter formam. ¶ Ad tertiā patet ſolutio: ꝙ ipſa for
ma eſt totū continuum ſine perfectione. ¶ Ad quartam
ſimiliter. forma enīʒ nullā continet priuationē ſiue caren
tiaʒ niſi actualis cōpoſitionis. hoc aūt non eſt ſibi imper-
fectio: ſicut nec carētia irrationalitatis eſt homini imper
fectio: ⁊ ſi qua eſt illa erit ſm quid. hec de mente Auerro.
Animaduerſione digniʒ ꝙ nōnulli ſiue ardeliones ſiue
blacterones. ¶ Imponūt Auerroi ꝙ ipſe velit cęlum ſe- Pō auerroys ſcḋm quoſdam
cluſa intelligentia eſſe corpus ſimplex: ⁊ quaſi mediū in-
ter potentiam ⁊ actū. Mouentur aūt ex hoc: quia audie-
runt ab eo cęli materiā eſſe in actu: quare vltra intelligen
tiam materia illa eſt in actu: ⁊ per conſequens eſt corpus
ſimplex. Huius poſitionis eſt Ioānes etiā ⁊ alijs omnes.
¶ Obijciunt igiť contra hanc poſitionē. primo: quia tūc Confutatio.
talis cęli materia nō eſſet natura: tenet conſequētia: quia
omnis natura eſt pars habentis naturā. vt diciť in textu. Pria ro.
cęlum ſecluſa intelligentia eſt corpus per ſe exiſtens. igiť
nullius pars. ¶ Secūdo. cęlū ſecluſa intelligētia moueť Secūda
ex ſe. Sed omne motum ex ſe diuidiť in partē motam ⁊
partem mouentē. igitur cęlum ſecluſa intelligētia eſt ens
habens naturā ⁊ nō natura. ¶ Tertio. cęluʒ eſt per ſe vi- Tertia
uens ⁊ per ſe appetens. vt in lib. de ſuba orbis. Sed nihil
per ſe viuit aut appetit niſi forma viuēs aut conſtitutum
ex illa. igiť cęlū aut eſt forma viuens: aut ex illa conſtitu-

tum: ⁊ cum nõ ſit forma viuens. igit̃ compoſitũ: ⁊ per ↄſequens nõ ſimplex. Quarto corpus cęleſte ſecluſa intelligẽtia eſt corpus de pdicamẽto ſubſ. igit̃ compoſitũ ex actu ⁊ potẽtia. tenet cõſequẽtia: q̄ omne exiſtẽs in genere eſt in ſpẽ: omne exiſtẽs in ſpẽ eſt ex genere ⁊ differentia. vt dicit Porphyri⁹. igit̃ ex actu ⁊ potentia. ❡ Propter hęc tenet q̄ cęlũ ſecluſa intelligentia eſt compoſitũ ex forma ⁊ materia. Ex forma quidẽ alterius rationis a formis generabilibus. Ex materia vero eiuſdẽ rationis cũ mã generabili: licet illa cęli mã ſit abſoluta a priuatio eſt: hęc vero priuationi admixta. ❡ Cuius exẽplũ eſt. nã cęleſtis diaphanitas: ⁊ hęc nr̃a elemẽtaria eiuſdẽ rationis ſunt. vt in 2° de aĩa dicit̃ ab Auerroe. Sed dñt: q̄ illa ſemper eſt in actu lucida. hęc vero admixta tenebrę. ❡ Sed hęc poſitio eſt deliramentũ. Tum quo ad poſitionẽ. Tũ quo ad rõnes ↄ Auerroẽ. Quo quidẽ ad poſitionẽ: qm̃ ſi illa mã ⁊ hęc ſunt vnius rõnis ⁊ vni⁹ ſpẽi: tũc eadẽ definitiõe definientur. Modo ab Ariſto. habent̃ materię duę definitiones. altera in 7° metaph. ↄueniẽs metaph. vz. mã eſt qua res põt eſſe vel nõ eſſe. Altera primo huius. tex. cõmẽ. 82. vbi ſequit. dico aũt mãm pmũ ſubm vniuſcuiuſq; ex quo fit aliqd cum inſit non ſm accñs: ⁊ ſi corrumpit̃ in hoc abibit vltimũ. eſt igit̃ ſecũda definitio: mã eſt primũ ſubm compoſitionis: ⁊ vltimũ reſolutionis: nec inuenimus ab Ariſtote. mãm eſſe deſcriptã niſi per potentiam tam ad eſſe q̃ ad nõ eſſe. Si igit̃ mã cęli eſt eiuſdez rationis cũ hac: opz dicere illã eſſe potentiã ad eſſe ⁊ nõ eſſe: ⁊ ſic cęlũ erit corruptibile. ❡ Secũdo nõ eſt bene intelligibile celi materiã eſſe eiuſdẽ rationis cũ mã hor: ⁊ formã alterius: cũ materia ⁊ forma ſint relatiua: ⁊ vnũ p alterũ diuerſet. ❡ Tertio. Mã illa celi hz formã: quę non continet pfectionez oĩum formarũ. igit̃ caret perfectionib⁹ illarũ: ⁊ p ↄñs appetit alias. quod eniz aliqd nõ appetat ipſa mã: eſt nõ ob aliud: niſi q̄ hz illud actu vel virtute. modo mã cęli non hz oẽs formas actu: nec hz oẽs illas virtute: cũ nõ habeat vnã formã ↄtinentẽ virtualiter oẽs: qm̃ non continet formas ſuperiorũ celorũ. igit̃ appetit alias: ⁊ cuz appetitus ſit ratione priuationis vt dicebat̃: rõnabilr in illa erit priuatio. ❡ Quarto cęli forma eſt alterius ratiõis a forma nãli generabili: ⁊ recipit̃ ante dimẽſiones cęli. igit̃ eſt indiuiſibilis ⁊ intellectus: ⁊ per ↄñs nõ eſt neceſſaria alia intelligentia pter illã vnã. Sic enĩ arguit Auerroes in libro de ſubã orbis. Et licet multa alia dici priũ: hęc ſufficiãt: qm̃ in pluribus locis rem hanc cõfutaui. ❡ Quo vero ad rationes: declarat̃: q̄ vt in vltima qõne primi dcm̃ eſt: cęlũ poteſt cõſiderari vt elementũ. Ut enim elementũ eſt corp⁹ in actu pſente forma elemẽtaria: ⁊ mobile per ſe: ita cęlu3 eſt corpus actu ⁊ cęlum pſentent intelligentia: ⁊ ex ſe mobile. Et vt elementũ abſente forma ſm rem vel rationẽ: nõ eſt niſi quo ad eius materiã: ita cęlũ ſecluſa intelligentia nõ erit niſi quo ad eius mãm: quę nec eſt corpus ſimplex nec corpus in actu: nec mediũ inter actũ ⁊ potentiã. Amplius ſicut elementuz nõ põt capi niſi p elnto in actu cõpoſito ex mã ⁊ forma elemẽtaria: ita cęlũ non põt capi niſi p cõpoſito ex intelligẽtia ⁊ cęli mã. Quo fit vt nõ poſſit capi p orbe ſecluſa itelligẽtia. vt recẽtiores autumãt. Bene verũ eſt q̄ intelligẽtia eſt act⁹ cęli. vt aĩa corporis: ⁊ vt intellectus hoĩs. Ad ſenſum datũ in vltima qõne pmi. dico tamẽ q̄ mã cęli: ⁊ mã elnti ſunt diuerſarũ rationuz: cum illa ſit ſemper in actu ⁊ in ſpẽ a ſua forma. Hęc vero ſemp in potẽtia. Illa ſubm ſemp ſimplr: hoc mã ſimpliciter ⁊ ſubm ſm quid. Nec illa dicit̃ carere aut priuari forma: qm̃ carẽtia ⁊ priuatio nõ ſunt niſi poſſibilium. In illa nulla alia forma eſt poſſibilis pter eã quã hz: nec valz. nõ hz oẽs. igit̃ caret vel eſt priuata. vt licet lapis non hẽat viſum: non tamẽ caret vel eſt priuatus viſu: niſi hoc ſibi ſit poſſe. qñ eni nõ hz ⁊ eſt poſſibile: bene caret aut priuatur. Materia igit̃ cęli ⁊ ſi nõ hẽat oẽs: nulla alia eſt ſibi poſſibilis pter eã quã hz: cũ careat potentia: niſi ſm dimidiuz contingentis: qd ſequitur ad ineſſe ⁊ ad neceſſario ineſſe. ❡ Tũc ad rationes huius hiacteronis. Ad primã dicendũ q̄ cęlũ eſt hñs nãm: mã cęli cũ ſit pars cęli eſt vera natura: licet alterius rationis phyſicę vt milies dcm̃ eſt. Ad 2ᵐ nego aſſumptũ. vbi. n. ab ipſo cęlo p poſſe vel impoſſibile remoueret̃ forma ⁊ intelligentia: nihil remaneret pter mãm: quę nõ eſt p ſe mobilis. Ad 3ᵐ dico q̄ cęlum eſt viuens ⁊ appetẽs pp̄ter intelligentiã: qua ſecluſa nihil eſſet pter mãm. Ad 4ᵐ pz ſol. cęlũ ſecluſa intelligentia nec eſt corpus de pdicamẽto ſubſ: nec corpus: ſed bene cũ intelligentia. Et ita pz hęc argumẽta nõ eſſe digna recitatione Qui vellet ẽt tenere poſitionẽ cõem: q̄ cęlũ põt ſumi pro orbe: ⁊ p colligato ex intelligẽtia ⁊ orbe. etiã poſſet rñdere ad rõnes has: qd omitto: q̄ facile eſſet.

Poſitio aliorum.

Exẽplum

Confutatio.

Secũda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Solutio rationum.

❡ **Secundum naturaʒ vero ſunt ⁊ haec ipſa ⁊ quaecũq; his per ſe inſunt. vt igni ferri ſurſum. hoc enim neq; eſt natura neq; naturam habet. Sed eſt ens ⁊ natura ⁊ ſm nãm. quid quidẽ igitur natura eſt: ⁊ quid id quod natura ⁊ ſm naturam eſt: dictum eſt.**

❡ Nũc qd ſit ens ſm nãm declarat: ⁊ vult q̄ tã hñtia nãz q̃ act⁹ ⁊ nãles impetus ſiue affectiões ſint entia ſm nãz. vez hęc ſe hñt per ordinez. vt dicit Themiſti⁹ hñs nãm. ens ſm nãm ⁊ ens natura. nã oẽ hñs nãm eſt ens ſm naturã. nõ aũt eͦ: qm̃ ferri ſurſuz eſt igni ſm nãm: nõ tñ eſt hñs nãm: neq; eſt natura ipſa. vz. aut mã aut forma. Sz operatio vel affectio entis nãlis ſiue nãę. Ampli⁹ oẽ ens ſm nãm eſt ens nã: nõ aũt eͦ. nã vicia ⁊ oblęſiões ex ipſa genitura ↄtractę entia nã ipa ſunt: nõ tñ ſm nãm. Hęc ex Themiſtio colligunt̃. Inqt. ſm nãz vero ſunt ⁊ hęc ipſa. vz. hñtia nãm: ⁊ q̃cũq; his per ſe inſunt hoc eſt e natura. Ut igni ferri ſurſum. hoc eni neq; eſt ipſa nã vtpote neq; eſt mã neq; forma neq; hz nãm cuz nõ ſit cõpoſitũ ex mã: ⁊ ita dat intelligere ens ſm nãm eſſe vniuerſali⁹ q̃ hñs naturaz. ideo ſubdit: ſed eſt ens ⁊ natura ⁊ ſm nãm: deinde epylogat ⁊ pz. Cõmentũ 5ᵐ pz. Expõ

❡ **Eniti vero demonſtrare naturã eſſe ridiculuz eſt. Complures. n. reruz eſſe tales pz. demonſtrare aũt ea que ſunt mãifeſta per ea quae nõ ſunt manifeſta: hoĩs eſt qui diſcernere nequit inter id qd eſt per ſe notum ⁊ id qd nõ eſt per ſe notũ. Quod aũt id fieri poſſit non eſt obſcurum. de coloribus. n. rõcinabit̃ quiſpiaz ortus caecus. quare apud tales de noĩbus rõcinatio fit nihilq; intelligant neceſſe eſt.**

❡ Erant qdaz qui naturã eſſe enitebant̃ demonſtrare motiuo argumento q̄ artifex mãm eius demonſtrare debet an ſit anteq̃ de illo paſſiones demõſtret. ad hos occurrit Ariſto. excuſans ſe ab eiuſmodi pũincia ⁊ inquit. eniti vero demonſtrare nãm eſſe ridiculũ eſt: cuius rationẽ ſubſcribit ⁊ inquit. nã rerũ eſſe cõplures eſſe tales hoc eſt nã ⁊ p nãm patet. Dixit cõplures: qm̃ qd ſi eſt ſemp terminat̃ in particulari aut in deſinite vt vtrũ vacuum ſit: aut vtrum hyppocentaurus ſit. nõ eni qd eſt veruz hyppocentaurus vel oẽ vacuũ ſit. de his in poſterioribus ſatis. Cõtra obijciebant. nã hͦ eſt demrãtio id quo res nãles ſunt eſt. natura eſt id quo res nãles ſunt. igit̃ natura eſt. Syllus eſt ex Expõ

neċarijs ꝑpōnibus: ꝛ ita demſ̄atio. Rñdet. demonſtrare aūt ea quę ſunt manifeſta ꝑ ea quę nō ſunt manifeſta: vel ſaltē ęque nota: hominis eſt qui diſcernere neqt inter id qđ eſt per ſe notū: ꝛ id qđ nō eſt per ſe notū. Reddit rōnem vnde hoc accidere pōt ꝛ quando: ꝛ inqt. ꝙ aūt id fieri poſſit nō eſt obſcurꝝ. de coloribus eñ rōcinabiť quiſpiā ex oꝛtus cęcus: quo in caſu ille nō diſcernit inter per ſe notuꝫ ꝛ per ſe ignotuꝫ. quare apud tales de nominibus rōcinatio ſit. nihil aūt intelligant neceſſe eſt: ꝛ addit Themiſti⁹. nā ſi vidiſſet cęcus ſemel ſuperuacaneus ſyllus foret. nūc vero ſolas meraſqꝫ voces hauriet coloꝝ: de reb⁹ nihil intelliget. nō eñ ſyllo: ſed viſu colores iudicanť: ita ſi ei ꝗ neqꝫ mente ſit ſana: neqꝫ māifeſta ꝛ ante oculos poſita videat ſyllos ꝓbueris: vba quidē temere fundenť: res vtiqꝫ ꝑcipi ꝛ iudicari nō poteris. per hęc vult ſolutionem ꝙ rō illa. ſyllus eſt tn̄: ꝛ nō ex notioribus: qm̄ in minori eſt petitio principij: cū ſit ęque nota concluſioni niſi quēadmodum eſſet apud cęcos ſyllus de colorib⁹: qui ſunt ad noīa ꝛ nō ad res. nā nām eē abſqꝫ vlla rōne ꝯſtituendū eſt.

Com. 6. ¶ Congregat. Iſtud cōmentū pꝫ: Auerroes tamē duo vtilia affert: primū: cur Ariſto. ait. cōplures eñ res eſſe tales pꝫ ꝛ nō dixit oēs: ꝛ licet pulchre ſit res hęc in textu expoſita: tamen ipſe affert duas rōnes. pma. qꝛ nō oīa pꝫ moueri ex ſe: cuiꝫ qđ ſit de elītis de ventis cometis ꝛ ceteris id genus. nā de motore hoꝝ non parua accidit qđ. Scḋa rō eſt: qꝛ Plato dixit motorē eſſe rem motā. ideo ꝓſeruādo ſe ab hac qōne Platonis loquiť particulariter. Addit tamen ꝙ ſiue ſit h̄ poſitio vera ſiue nō: plura nālia eiuſmodi eſſe patet. 2ᵐ qđ in cōmento colligiť eſt ꝙ ineptus ad phiam eſt ꝑpter duo: aut qꝛ diminutus in aliquo ſenſuuꝫ exterioꝝ iuxta illud primi poſterioꝝ. deficiente ſenſu deficit ſciētia q̄ exoriť in nobis mediante illo ſenſu: aut qꝛ diminutus in natura hoc eſt in ſenſib⁹ īterioꝛib⁹ qui ſubſeruiunt intellectui. hic eñ diciť cęcus corde: qm̄ ſenſus īteriores ꝓncipaliter fundanť in corde: quiqꝫ obledunť ꝓpter ſpirituū malā ꝯplōnē. reliqua cōmētī patēt.

Queſtio an nāȝ eē ſit ꝗſituꝫ. Pōa ratio. ¶ Quęrunt vtrū nām eſſe ſit demonſtrabile: ita vt ſit qđ vel ꝗſitum demōſtratiuū. ¶ Et videť ꝙ ſic. pmo principia ſubiecti eſſe pōt demōſtrari in ea ſciētia: cuius eſt ſubm vt dicetur. cōmen. 22. ꝛ 26. Sed naturā eſſe eſt principiū ſcientie huius. vt diciť in pmo hui⁹. cōmen. xi. igiť eſt ꝗſituꝫ ꝛ nō ꝓcognitū.

Secūda ratio. ¶ Scḋo. nām eſſe nō pōt demonſtrari. materia eſt natura. igiť mām eſſe nō pōt demonſtrari: quod eſt falſum. ¶ In ꝯriū eſt Ariſto. vt pꝫ in littera.

Per ſe notū triplex. ¶ Pro ſolutione aiaduerſione dignū ꝙ vt recentiores aiūnt trifariā aliqd dici pōt per ſe notū aut per cōſenſum omniuꝫ aut pluriū ſenſuū: quo itellectus aſſentit huic. ignis eſt calidus: aut nix eſt alba. Scḋo nutu ſiue modicula innitione: quo qdēꝫ mō ea quib⁹ impceptibili diſcurſulo intellectus aſſentit ſunt ꝑ ſe nota: vt oē totū eſt maius ſua parte: ꝛ id gen⁹. Hęc. n. imperceptibili diſcurſu habenť: qm̄ vel ſola maiorī aut minori aſſumpta inferunť. Tertio. Sola terminoꝝ cognitiōe: q̄uo pma dignitas. nō ꝯtingit idē eē vel nō eſſe. intellectui pꝫ.

Pō recēnorum. ¶ Tunc rñdet ad qōnē ꝙ hīſ riā h̄ ꝑpō pꝫ. natura eſt. Tū per ſenſuꝫ. Tū per diſcurſuꝫ imperceptibilē: nō aūt cognitiōe terminoꝝ ſola.

Argumēta. ¶ Mouenť aūt eo: qꝛ tūc eiuſmodi ꝑpō eſſet dignitas: qđ falſuꝫ eſt. Tū qꝛ illa nō eſt. niſi vna. Tuꝫ qꝛ hęc diſcurſu īperceptibili eſt oſtenſibilis: qualis non eſt id qđ terminis ſolis pꝫ.

ꝑpria pō ¶ Sed hęc nō ſunt neceſſaria. ideo videť mihi ꝙ naturā eē ſit per ſe notū. tū ſola terminorum cognitiōe. tum ſenſu. Ut eñ colorē eſſe patere per ſe pōt ſenſu ꝛ termini expōne. ſic nām eſſe. hꝫ eñ color rōnē ad coloratū: quatenus eſt id quo aliquid eſt coloratū: ꝛ tūc coloratuꝫ eſſe pꝫ ſenſu colorē eē pꝫ: etiā ſilr: qꝛ eſt id quo coloratū eſt. ſcḋo hꝫ rōnē ad viſum: ꝛ hoc mō pꝫ per qđ nominis coloris. Silr nā vno mō eſt quo nāles res ſunt: ꝛ hoc mō ipſaꝫ eē pꝫ eo ſenſu eaqꝫ ſenſatione: qua pꝫ plura nālia eſſe: vt coloreꝫ eſſe pꝫ eo ſenſu quo etiā pꝫ coloratū eſſe: ꝛ hoc Ariſ. tetigit in lr̄a. Altero vo eſt in rōne ad motū: ꝛ tunc ipaꝫ eē pꝫ per qđ nominis. nā motuꝫ eſſe pꝫ. igiť nā: q̄ ſignat principium motus. natura eñ eſt relatiue dicta ad nāle ens ꝛ ad motū: mō relatiuoꝝ eadē eſt cognitio: ita vt ſi vnuꝫ ſit per ſe notū ꝛ alteꝝ. dico igiť ꝙ nām eſſe pꝫ: ꝛ eſt per ſe notū. Tū per ſenſum reſpcū rerū nāliū. Tū per qđ nominis reſpcū motus ꝛ qetis.

An demōſtrabile. ¶ Qua rōne fit vt nō ſit demōſtrabile. Sed ſyllogiçabile: qđ nō deſtruit rōnēꝫ ꝓncipij. dicitur eñ principiū imediata ꝑpō qua nō eſt altera prior in notitia. ꝓmiſſe. n. erūt aut ignotiores aut nō notiores qđne demonſtrata. Quaqꝫ ratione euenit vt dignitas ſit in hac ſcia: qm̄ nulla eſt prior in hac ſcia in notitia ꝛ eſt cōis oībus ꝯclōnib⁹ huius ſcię veluti illa motus eſt: ꝛ entia naturalia ſunt.

Solo rōnū recentiorum. ¶ Per hęc ad rōnes eoꝝ dōm ꝙ dignitas oībus ſciētijs cōis: nō eſt niſi vna: ſed dignitates cōtractę ad genera ſunt plures. ¶ Ad 2ᵐ ꝯcedo ꝙ eſt ſyllogiçabilis: nō tamē diſcurſu imperceptibili oſtenſibilis: an fieret vel ꝑ ignotiora vel ęque nota. Modo dignitatē ſyllogiçari nō tollit rōnē eius: dūmō demſ̄atio nō ſit: q̄ per notiora proficiſciť.

Suppōſitio p ſolōne rōnū. ¶ Pro ſolōne ad rōnes debes ſcire ꝙ natura vno mō accipi pōt ſub reſpcū quo vel eſt pricipiū motus: vel quo eſt id quo res nāles ſunt. Et tūc eſt ꝑ ſe nota: quēadmoduꝫ ſunt ſua correlatiua: ꝛ hoc mō hęc ꝑpō. natura eſt ſuppō ſiue dignitas eſt accepta. vt motū eē ꝛ entia nālia eſſe eſt acceptū. Alio mō pōt accipi pro reb⁹ q̄ ſunt naturę hoc eſt ꝑ mā ꝛ forma: ꝛ ſic pōt demōſtrari eē vt ipſa mā demonſtrať. ¶ Tunc ad rōnes dōm ꝙ bene principia ſubi pñt demonſtrari: nō aūt principia ſcię. vt dcm̄ eſt. cōmē. 3. Modo nām eſſe eſt ſcię nālis ꝓncipiū ꝛ nō ſubi vt ſic. ¶ Ad 2ᵘᵐ dōm ꝙ maior debet intelligi ſub ratiōe naturę. hoc mō nām eſſe nō pōt demonſtrari inquantuꝫ natura. Materia eſt natura. igiť materia nō pōt demonſtrari inquantuꝫ natura: cum quo tamen ſtat ꝙ poſſit demonſtrari inquantū ſubiectū ꝛ pars entis naturalis ꝛ principium ſubiecti. Hęc de qōne.

¶ Uidetur aūt quibuſdā id eſſe natura ac ſubā eoꝝ quae ſunt ſubm qđ primū cuilibet ineſt informae per ſe ceu lecticae natura lignū. Statuae vero aes. Signū autem affert antiphon: quoniā ſiquis lecticā deorſuꝫ obruerit: vimqꝫ putredo acceperit vt germen fit: nō lectica: ſꝫ lignū exoriet. ac ſi id qđ lege ꝛ arte conficitur: per accidens ſit. Suba vero illa quae ꝛ continue haec ſuſcipiens permanet. Qđ ſi ꝛ horū vnūquodqꝫ hoc idē ad alterum quoddā detinet: quēadmodū aes atqꝫ aurum ad aquaꝫ ꝛ oſſa lignaqꝫ ad terram ꝛ caetera id genus. ſimiliter illud natura erit ꝛ ſuba ipſoꝝ.

¶ Ad euidentiā hoꝝ accipiēdū. vt Themiſtius ſumit: qđ poſterius tractabiť. nām vno ſignificatu eſſe mām. Alio formā: alio viam ꝛ motū ad formā. Materia aūt duplex: vna particularis atqꝫ hęc nō ſimplr̄ iformis: vt ęduꝫ lateres: laterū humor ꝛ terra. Scriptū elīta. Altera generalis atqꝫ h̄ eſt vltima ſine forma prorſus. Ampli⁹ accipiendū ꝙ natura ꝛ eſt natura ꝛ eſt ſuba: quatenus quidēꝫ rebus ineſt vt motus principium natura dicitur. quatenus vero per ipſam res ipſa eſt ſuba dicenda. De materia igiť Expō

⁊ forma. vt Themiſtius vult: diſquirēdū illud eſt. vtruꝫ ſit dignior nomenclatione naturę: ⁊ ita apud Themiſtiū diſputatio eſt an natura pricipaliꝰ de materia dicat̄ ꝙ̄ de forma. hoc eſt qđ hoꝝ duoꝝ principaliter ſit natura ac ſuba. Rn̄det. vt dicit Themiſtius ⁊ inquit. videt̄ autem quibuſdā id eſſe natura ac ſuba eoꝝ quę ſunt principaliꝰ ſubm: quod primuꝫ cuilibet ineſt in formę per ſe: qđ dicit ad dr̄iam materię particularis. Ceu lectice natura principalius eſt lignuꝫ. Statiꝫ vō ꝯs rōcinat̄ Ariſt. hāc poſitionem ſyllō ſic. vt ſubm ſe hꝫ ad formas artificiales: ita materia pma ad naturales. Sed in artificialibus ſubm eſt tota ſuba rei: ⁊ nā igitur in naturalibus mā erit tota ſubſtātia. Minor proſyllogizat̄: quod permanet eſt potius tota ſuba: ꝙ̄ id qđ fluit. Sed in rebus artificialibus mā pmanet: ⁊ formę fluunt: vt ſigno antifontis pꝫ. Iure ſubm erit tota ſuba illarū. P̄mo ponit minoris pbationē ⁊ inquit. ſignum aūt affert antiphon: qm̄ ſiquis lecticaꝫ deorſum in humo obruerit. vimqꝫ putredo lecticę acceperit. dico viꝫ vt germen ſit: ⁊ inde ſtirps herbaqꝫ emergat: non lectica: ſed lignū inde exorie̅t: ac ſi id qđ lege ſiue inſtitutiōe ⁊ arte conficitur: per accidēs ſit: ſuba vero illa: quę ⁊ cōtinue hęc ſuſcipiēs eſt permanet: quoniā ex ligno fit putredo ex putredine ſtirps ex ſtirpe rurſus ligꝫ. igitur ſuba ligni permanet ⁊ lectica ipſa abeſt: ⁊ per hęc habes minorem. Tunc accipit maiorē dicēs: ꝙ ſi hoꝝ entium naturalium vnūquodqꝫ hoc idē ad alterū quodā hoc eſt ad materiaꝫ detinet: queadmodū ęs ⁊ aurū ad aquaꝫ: que eſt materia omniū liquefactibiliūꝫ. 4. metheoroꝝ ⁊ vt alchimici volunt ⁊ oſſa ligna qꝫ ad terrā: quoniā materia hoꝝ eſt terra iuxta illud heſiodi. ex cinere es ⁊ in cinerē reuerteris: ⁊ cetera id genus. ſimiliter ad ſuas ſe habent materias hęc eſt maior cui addit concluſioneꝫ dicens: illud ſubaudi ad qđ omnia naturalia talē detinent ſimilitudinis rationē. erit ⁊ natura ⁊ ſuba ipſoruꝫ. hęc eſt concluſio. hac igitur ratione moti ſunt veteres.

Com.7. ¶ Quū declarauit. Cōmentū iſtud pꝫ: verū velle videt̄ ꝙ Ariſto. velit pbare materiā eſſe naturā: ⁊ primo per rationes antiquoꝝ: cui expōni conſentit expoſitor. hęc tamen expoſitio nō mihi ſonat. Tū qꝛ nō conſonat verbis. Tum quia mām eſſe nāꝫ eſt fere per ſe notū. ex p̄mo phyſicoꝝ. Et licet cōmentū pateat: aduertendū tamen: ꝙ Auerroes ſignū antiphontis cōponit per duos ſyllogiſmos. primus eſt. natura permanet: ſcānuꝫ ⁊ id genus nō permanet. igit̄ ſcānū nō eſt natura. Scđs. ſcānū ⁊ ſibi ſimile nō eſt natura. forma eſt ſcānū aut illi ſimile. igr̄ forma nō eſt natura. cōmentū 8ᵐ ex textus expōne pꝫ.

¶ Quapropter alij quidem terram. Alij vero ignem. Alij aerem: alij aquaꝫ: alij quedam horum: alij omnia hęc eorum quae ſunt naturā eſſe profitentur. quod enim horum quiſpiam acceperit eiuſmodi: ſiue vnuꝫ: ſiue plura: id ⁊ tot vniuerſam ſubam eſſe aſſerit. Caetera vō cūcta affectiōes hoꝝ: habitus: ⁊ diſpōnes.

¶ Hęc littera pōt eſſe ſignū eius qđ dixit Ariſto. auctoritate antiphontis: ⁊ pōt eſſe ꝙ Ariſto. narret pōnes de natura. Siue igit̄ ſit ſignū: ſiue ſint opiniones: qui ignē vel aerem aut aquā mām eſſe putabant. idē nāc nomēclationē igni atqꝫ aeri tribuebant. Et qui itē plures materias ediderunt: etiā plures conſtituere naturas. Reliqua omnia aut qualitates illarū eſſe aut habitus aut affectiones. Hę ſunt ſiue poſitiōes ſiue ſignū poſitionis datę. animaduerſione dignū ꝙ Ariſt. hęc oīa dixit: qꝛ tēpore antiquoꝝ nō ſciebant cauſaꝫ formalē nec erat illa diſtincta ab alijs accidentibus. vt dixit Alexāder. Et ſi dices Zꝫ qꝛ nullus poſuit terrā niſi heſiodus: qui non fuit phs. p̄mo metaphy. cōmen. p̄mo ⁊. 14. Soluit Auerroes ꝙ nullus poſuit terram ſolā. Sed bene cū alijs elementis. vt dixit parmenides terrā ⁊ ignem. Cōmentū pꝫ.

¶ Et horum quidem quod vis perpetuū eſſe. non enim eſſe ex ſeſe mutationeꝫ ipſis. caetera vero generari atqꝫ corrūpi infinities: vno quidēꝫ igitur modo natura ſic dicitur prima cuiqꝫ ſubiecta materia eoꝝ quae in ſeipſis motꝰ atqꝫ mutationis principium habent.

¶ Continuando pōnes inquit eos velle id qđ ponunt materiā imortale eſſe ſeculis oībus: rerū ſiquidē naturā ſeruatam. vt inquit Themiſtiꝰ: opꝫ cōmeare: cętera ⁊ infinities fieri ⁊ corrūpi. Tunc epylogat ⁊ vult. vt Themiſtius inquit: Ariſto. dicere hunc in modū illos conatos eſſe materiā demonſtrare potiorē eſſe naturaꝫ: ⁊ ita Ariſtote. ſm̄ Themiſtiū ſoluꝫ duxit argumenta: quibus antiqui dicebant materiam eſſe potiorē naturā.

¶ Dicit. Cōmentū iſtud pꝫ. colligunt̄ aūt duo a recentioribus. Primū ipſam p̄mā materiā non eſſe cōpoſitā ex materia ⁊ forma. Et hoc cōtra Platonē ⁊ Auicēnā qui dixerunt materiā eſſe corpꝰ. Scđm ait oē ens qđ hꝫ pncipiuꝫ motus propriū: neceſſe eſt ipſuꝫ hēre ſubm propriuꝫ p̄ter ſubm cōe: ſed iſta nō eſt mā pura ſed cōpoſita: ⁊ ita erit habens nām ⁊ nō nā. Sed iſtud ſcđm eſt ꝯ eū. p̄mo qꝛ elīta hn̄t p̄ncipiū motꝰ ppriū: ⁊ nō hn̄t materiā ſecundā cōpoſitā ex mā ⁊ forma p̄ter mām cōem. Scđo celuꝫ. ſilr hꝫ p̄ncipiū motꝰ ppriū: ⁊ tn̄ nō hꝫ materiā cōpoſitaꝫ p̄ter materiā cōem. Rn̄dent quidā ꝙ Auerroes p materiā cōpoſitam intelligit aggregatū ex mā p̄ma ⁊ diſpōnibꝰ accn̄talibus ppriis formę. Hęc rn̄ſio ſtare nō pōt: qm̄ mā non eſt in actu p diſpōnes: cū ſint media ad actū. Sed oꝫ oē motuꝫ ex ſe diuidi in parteꝫ motam ⁊ mouentem in actu ſm̄ Auerroē vbiqꝫ. Scđo vel p diſpōnes ītelligit accn̄tia terminata aut interminata. ſi terminata: cuꝫ illa nō poſſint eē p̄ter formā: igit̄ pſupponūt formā: ⁊ per ꝯn̄s mā erit ꝯpoſita ex forma ⁊ mā: qđ negant. Si intelligit interminata: tūc p hęc minime mā erit in actu: īmo nec reſiſtēs: nec potens eſſe res mota. Propterea videt̄ mihi dictū iſtud eſſe verū in motu recto: quū nōdū pateat cęlū: ⁊ p hēre principiū motus ītelligit nec initiatiue nec ꝯtinuatiue moueri ab alio: ⁊ ſic elīta ipa excludunt̄: qm̄ licet a forma ꝯtinuetur eoꝝ motꝰ: nihil minꝰ a ſe vel eoꝝ forma moueri nō incipiūt: ſꝫ aut a gn̄āte: aut a remouēte phibēs: ⁊ ita dictuꝫ Auerroys tn̄ in aīalibꝰ vr̄ hēre locū. Tū qꝛ illa recte mouent̄. Tū qꝛ a ſeipſis nullo ꝯcurrēte extrinſece. Mō conſtat talia aīalia diuidi in duas ptes. vꝫ. mouētē ⁊ motā: ꝗ̄ mota ē i actu ꝯpoſita ē ex mā ⁊ forͣ ⁊ reſiſtēs motori.

Com.10.

¶ Alio vō modo ipa forma atqꝫ ſpecies quae eſt ſm̄ rationem. Nam vt ars dicitur ad id qđ per artem eſt ⁊ artificioſum: ita natura dicitur ad id qđ per naturam eſt ⁊ naturale atqꝫ illud habere dicimus artis nihil ſi poteſtate tantuꝫ ſit lectica: ndonduꝫ aūt habeat formaꝫ lecticae: neqꝫ artem eſſe: neqꝫ in his quae natura conſtant. Quod eniꝫ poteſtate caro aut os eſt: naturam talem non habebit anteꝙ̄ formaꝫ quae ſm̄ rationē eſt: accipiat: quā aſſignātes qđ eſt caro aut os dicimus: neqꝫ ꝯſtat natura.

Expō ¶ Nanc (vt Themiſtius ſentit) Ariſto. contorquet ꝓblema ad oppoſitū. vȝ. ꝙ forma verius ac iuſtius nature nomē ſortiat̃: ⁊ vtit̃ exēplo arte factoꝝ ſic: vt ars ad arte factaita forma ad nãlia. Sed in his que fingunt̃ arte nō in mã: ſed in forma artificiū ſpectat̃. igit̃ in his que nã conſtant: in forma natura ſpectabit̃ tangit cōcluſionē ⁊ ingt. alio vō mō ipſa forma atqȝ ſpēs que eſt ſm rōnē dicit̃ verius natura. hec eſt ɔcluſio: deinde ſumit maiorē ⁊ inquit. nã vt ars dr̃. ſubaudi ſe hēre ad id qḋ per artē eſt. ⁊ ꝓ. i. artificiariū: ita natura dicit̃ ad id qḋ per nãm eſt ⁊ nãle. hec eſt maior: deīde ſumit minorē ⁊ inquit. atqȝ illud hēre dicimus artis nihil ſi poteſtate tantū ſit lectica. nonduȝ aūt hēat formā lectice: imo neqȝ artē aut ſȝ artē eē dicimus. adiecit cōcluſionē ⁊ ingt: neqȝ in his que natura cōſtant. ſubaudi dicet̃ nãle niſi ꝓpter formā: qḋ et exēplo perſuadet: ⁊ ingt. qḋ. n. ptãte caro aut os eſt. vt cibus nãm talem hoc eſt carnis vel oſſis nō hēbit anteq̃ȝ formā carnis aut oſſis q̄ ſm rōnē eſt accipiat: quā formā aſſignantes qd eſt caro aut os dicimus: ꝓpter qḋ et niſi accipiat formaȝ carnis aut oſſis nūq̃ȝ dicet̃ cōſtās nã: aut nãle.

Cōm. xi. ¶ Quēadmodū. Cōmentū pȝ: aīaduerſiōe tamē dignū ꝙ Auerroes reddit cām maioris ⁊ ingt: qm̃ vt ars attribuit̃ artificiali ⁊ artificiato. ſilr̃ nã attribuitur nãli ⁊ nãto: qm̃ quēadmodū qditas artificij eſt in arte: ita qditas naturati eſt in natura. Scḋo aīaduerſione dignū ꝙ auerro. dupliciter dr̃t a Themiſtio. pmo qꝛ vult ꝙ Ariſtot. declarat ꝙ natura dicat̃ de forma: poſtq̃ȝ declarauit ꝙ nã dicit̃ de mã. ⁊ nō vult Ariſto. facere cōparationē: ⁊ hanc expōneȝ ſectant̃ expoſitores oēs latini. ſcḋo dr̃t: qꝛ alio mō format rōnē. vt pȝ. Sed ambiges ɔ̄ pmū: qꝛ vr̃ ꝙ rō illa maioris nulla ſit: ⁊ ɔ̄ ipȝ ⁊ Ariſto. 2. de aīa. cōmē. 8. vbi totū oppoſitū ait. ibi. n. vult ſubam reꝝ artificialiū eſſe oēm a ſubo vt reꝝ nãliū ois ſuba eſt a forma. cōparat. n. ſubm illaruȝ forme nãliū. hic vō totū ɔ̄riū ait. cōparat. n. formā forme. dici pōt pmo ꝙ hic vtit̃ rōnib⁹ famoſis ⁊ nihil demōſtratiui ait. Ibi vō ſm veritatē: aut dici pōt ꝙ res artificiaria vt lectica pōt ɔſiderari dupl̃r: aut abſolute: ⁊ ſic tota illi⁹ eſſentia eſt mã ⁊ ſubm: aut pōt ɔſiderari reduplicatiue vt ſic hoc eſt vt artificiaria: ⁊ ita ei⁹ potiſſima ratio eſt a forma: ⁊ hac ratione loquitur hic.

¶ Quare alio modo natura erit forma ⁊ ſpēs coꝝ quae in ſeipſis. Motus principiū habēt: quae nullatenus ſeparabilis erit niſi ratiōe. at id qḋ ex his conſtat. natura quidē non eſt: ſed a natura vt homo atqȝ natura magis haec erit q̄ȝ materia: quando vnūquodqȝ magis dicat̃ cum actu eſt q̄ȝ cum eſt poteſtate.

Expō ¶ Concludit ɔcluſionē innuens ſolutionē nōnullarū dubitationū: ⁊ ingt. quare alio mō nã erit forma ⁊ ſpēs coꝝ q̄ in ſeipſis motus pncipiū hñt. Sed dices ſi forma eſt alio mō nã q̄ȝ mã. igr̃ ſepabilis a mã. Rñdet ⁊ ingt q̄ nullatenus ſepabilis erit niſi rōne. Sȝ dices. forma eſt nã ⁊ mã eſt natura: ſed compoſitū eſt forma ⁊ mã iugate. igit̃ erit nã. Rñdet (vt̃ Themiſtio) ⁊ ingt ad id qḋ ex his cōſtat: nã qdē nō eſt: ſed a nã: vt hō: ⁊ ita licet tam mã q̄ȝ forma ſeorſum nã ſint. Iugate amplius nã nō erunt: ſed ex natura vt aīal ⁊ plāta. Sed adhuc dices. dictū eſt ꝙ forma ſit magis nã q̄ȝ mã: vtruȝ magis ſit natura vt pars cōpoſiti. Rñdet vt exponit Themiſti⁹: ꝙ licȝ vt pars cōpoſiti forma nō ſit magis aut min⁹ natura. Seorſum tñ ac particulatiȝ conſideranti forma dr̃ magis eſſe nã q̄ȝ mã qm̃ vnūqḋqȝ magis dicat̃ quū actu eſt q̄ȝ cū eſt ptãte.

Cōm. 12. ¶ Iſte igit̃ Cōmētū illud pȝ: verū qḋ Ariſto. ait Auerro. ꝑſuadet ⁊ ingt. mã aūt dr̃t a forma: ſȝ nūq̃ȝ denudat̃ a forma: imo cū ſeparat̃ ab vna forma recipit aliā: hui⁹ rōnem affert: qm̃ ſi ab oībus formis pma mã denudaret̃: tūc qḋ nō ē in actu eēt in actu. hec eſt additio Auerroys. ¶ Sȝ ɔ̄ hec q̄ Auerroes ſuppleuit cuculláti dupl̃r obyciūt. pmo ꝙ ratio ei⁹ nulla eſt: qm̃ actus eſt bifariā. alter quem entitatiuū vocant: cū per ipſuȝ res ſit ens ⁊ extra cauſas: hūc alij actū exiſtēdi appellāt. alter quē formalē: quem a forma proficiſci aiunt. Dicūt mō mãm ſine forma eſſe in actu entitatiuo ⁊ in po tentia formali ad formā. ¶ Cōtra vō concluſionem pmo: qm̃ qḋ eſt res in ſe actu exiſtēs poteſt ſtare ſine eo ē quo nec eſt neqȝ depēdet: ſed mã vt dixit Themiſtius pmo huius in digreſſioneȝ vnica eſt res actu exiſtens ⁊ de ſe. igit̃ pōt eſſe ſine forma. ¶ Secūdo prius ſm nãm illud eſt qḋ contingit eſſe ſine posteriori: ⁊ poſterius nō ſine ipſo. vt dicit̃ 5°. metaphy. textu cōm. 16. Sed mã eſt prior natura forma. igit̃ pōt eſſe ſine forma. ¶ Tertio. Materia pōt eſſe ſine hac forma ⁊ ſine illa: et nulla eſt vel erit forma quin ſine illa materia eſſe poſſit. igr̃ ſine forma eſſe pōt vniuerſaliter. tenet argumentū ab omnibus ſingularibus ſufficienter enumeratis ad vlem. ¶ Sorticole cōcedunt mãm poſſe eſſe ſine omni forma: nō tamē ſine forma. nā duo ſigna diſtributiua cadētia ſuper eundē terminū cōem determināt. Ideo in pma particula illa forma ſtat determinate. In ſecūda diſtributiue: ⁊ ita pōt mã eſſe ſine oī forma: qm̃ ſine a. aut b. forma: nō tamē ſine forma: quoniaȝ dū perdit vnā recipit alteram. ¶ Cucculláti vō volunt mãm eſſe ſine forma vl̃r ⁊ abſolute nō eſſe implicans ɔ̄dictionē: ⁊ ꝓpterea aiūt illud ſubeſſe virtuti pmi agētis: cui ſubeſt oē poſſe. ¶ Veriores catholici. vt expoſitores nr̃i Thomas ⁊ Egidi⁹ cū Auerroe vbiqȝ tenēt mãm eſſe abſqȝ forma eſſe implicans ɔ̄tradictionē: ⁊ ꝓpterea virtuti diuine aiunt nō ſubeſſe. pōt eniȝ deus agere oē poſſibile. Sed mãm eſſe ſine forma nō eſt res poſſibilis: ideo deus id agere non pōt. ¶ Rem hanc Auerroes ꝓbauit per hoc: qꝛ tunc qḋ nō eſſet in actu eēt in actu. deducit̃ ɔſequētia pmo ſumendo illud tertij celi. cōmen. 29. ens in potentia nō hȝ eſſe niſi aut vt pars cōpoſiti: aut vt aliqd vnū decē pdicamentoꝝ. Ex hoc pȝ ratio. Nam vbi mã eēt abſqȝ forma: mã nō eſſet in actu: ſi qdeȝ omne ens in actu ſit aut forma aut formā habens. Et etiā eſſet in actu: qm̃ cuȝ ſit ens in potentia erit pars cōpoſiti: aut aliquid vnū decē pdicamentoꝝ: ⁊ ita in actu. ¶ Secundo deducit̃ per id qḋ dicit̃ 4°. huius. cōmen. 60. vȝ. ꝙ omne per ſe exiſtēs in actu eſt corpuȝ aut attributū corpori: cū igit̃ mã ſit ens exiſtēs in actu: erit aut corp⁹ aut virtus attributa corpori: ⁊ ita eēt in actu ⁊ nō in actu. ¶ Catholici vero rem hāc perſuadent ꝙ deus pōt ſupplere vicem cuiuſlibet cauſe pter formalē. nō eniȝ de⁹ pōt facere albuȝ eſſe ſine albedine. igit̃ nec rem exiſtere ſine eſſe. oē aūt eſſe eſt formaliter a forma. igit̃ nō pōt facere mãm eē ſine forma. ¶ Rem hāc multis rōnibus in lib. pmo perſuaſimus ⁊ cōtradiximus rōnibus cucullatoꝝ. nunc vero ita ɔcluſionē Auerroys ⁊ expoſitoꝝ approbarē. omne illud quo circūſcripto a mã adhuc eſſet in mã: deus nō poteſt ſeorſum a mã facere. Sed circūſcripta omni forma a mã: adhuc forma eſſet in mã. igit̃ nō pōt de⁹ facere materiā ſeorſum ab omni forma. maior pȝ cuilibet: deducit̃ vō minor: qꝛ vbi mã eſſet exiſtens ſine forma: aut eſſet in loco aut nō. Si nō eſſet in loco eēt res illimitata ⁊ infinita. hoc eni eſt maximū apud cucullatos. ſic eni deſcribit̃ res in loco. Si vō eēt in loco ſiue definitiuo ſiue circūſcriptiuo: tūc eſſet cuȝ forma: qm̃ locus ſiue ſic ſiue ſic eſt forma locati. 4°. phyſice auſcultatiōis. Ubi eniȝ eſt locus definitiuus eſſet reſpectus: ⁊ ita forma reſpectiua vbi loc⁹ circū

ɔ̄ Auerr. rationes.

ɔ̄ ɔcluſionē. Prima rō

Secūda

Tertia

Pō ſorticolaꝝ.

Pō cucullatoꝝ

Pō ve

pa auerr. deductio.

2a deductio

Deductio catholicorum.

R. ꝓpa

ſcriptiuus: eēt ſupficies corporis ꝯtinētis. igiť dimenſio: ꝛ ita forma abſoluta. quare mām eſſe ſine forma iplicat ꝯdi
Scda rō ctionē. ¶ Scdo. ſi de⁹ ageret mām ſine forma: aut ħ efficeret agendo: aut corrumpēdo. Sȝ ſiue ſic ſiue ſic: ꝓphi volūt deum nihil agere imediate ad extra: niſi mediātib⁹ cauſis ſecūdis: vt notat Auer. 9° meta. ꝯmē. 7°. Nō nulla cā ſcda pōt id agere: igiť nec p⁹. ꝛ licȝ ad neutrā ptē ſint ōnino rōnes: ꝓbabili⁹ aſſero pōnē Auer. ꝛ expoſitoris. ¶ Et iō ad rōnes: ad p^{am} Themiſtius voluit mām hr̄e eēntiā pſeꝗntiā ꝓ per formā: iō voluit mām pri⁹ itelligi ſm eēntiaȝ abſolute: ꝗ̄ in relatione ad formā: nō tn̄ diceret illā poſſe exiſtere ſine for⁹: cū exiſtere ſit a forma apud ipm. ¶ Ad 2^{m} dici pōt vno mō ꝙ prius eſt duplex. in actu ꝛ in po^a ꝓri⁹ in actu pōt eē ſine poſteriori. nō aūt prius in potētia. Aut dōm mā; eē priorem forma: ꝛ ꝯtra formā priorē mā. regula igiť phi eſt vera in illo qȯ eſt pri⁹ tn̄ ꝛ nullaten⁹ poſterius: vt dicetur alibi. ¶ Ad 3^{m} ſunt multę inſtātię: nā hō eſt necio: ꝛ tamē nullus hō ē necio. Sic mā necio eſt cū forma: licȝ cū nulla forma. Amplius corpus necio eſt in loco: ꝛ tn̄ necio ī nullo loco: ꝛ ſunt alię obiectiones: quas omitto. Tūc ad rōnes dico ꝙ ad regulām requrunť tria. pmo vt oēs ſingulares ſint verę. 2° vt cōpoſſes. 3° vt nulla indeterminata ſit oib⁹ determinatis incōpoſſibilis. Et hęc 3ª deficit rōni iductę. eſt. n. indeterminata ꝗdaȝ forma: ſine qua mā ipſa eē nō pōt: quę cum ſit ꝯfuſa nō eſt ſignabilis: vt licȝ ꝯtinuum poſſit eē diuiſum ſupra oē ſignū determinatū: non tn̄ ſupra oē: qm̄ eſt vnū īdeterminatū ſupra quo ſ̄ eēt diuiſio nō pōt. Sorticolę alr dicerēt: ꝛ venit ad ideȝ. Uel dici pōt ab oib⁹ ſingularibus veris poſſibilibus: ꝛ nō ſibi ſuccedētib⁹ ſeq vlem. mō ille ſingulares ſibi ſuccedunt.

¶ Adhuc aūt ex hoīe homo fit ſed non ex lectica lectica. quapp ꝛ inquīt non figuraȝ eſſe naturam: ſed lignum. qꝛ non lectica fiet ſi pullulabit: ſed lignū. Si igiť ars ē hęc: forma quoqȝ nā erit. fit. n. ex homine homo.

Expō. ¶ Themiſtius rōnem format ſic. cui⁹ pſentia nāles res ſūt ex nā illud necio eſt nā. Sed pſentia formę res nāles ſunt ex nā. eſt igiť forma natura. Aut magis iuxta lrāȝ. omne id quo ſimile nāliter fit a ſimili eſt pcipue natura. forma eſt quo ſimile a ſimili proficiſcitur. igitur ipſa eſt natura. verba Ariſtotelis patent.

Cōmē. 13 ¶ Cum induxit. Cōmētum hȝ duas ptes. in prima exponit textū: ꝛ pȝ. Scda ibi. ꝛ cā in hoc qȯ dixit: digrediť aliquātulum: ꝛ pmo declarat cur formę artificiales nō generant: ꝛ vult hoc eē: qꝛ ſunt accītia in ſubīis nālibus: at formę naturales ſunt ſubſtantię.

¶ Sed formę. Cōtra obycies. formę artificiales ſunt accītia. igiť nō ꝯſtituent res artificiales. Rñdet ꝙ nō ꝯſtituit res artificiales abſolute: ſȝ reduplicatiue. hoc ē vt artificiale: veluti album licȝ abſolute nō ꝯſtituat parietem: tamen ꝯſtituit parietem vt albus eſt: vt etiā formę nāles. Ex his arguit vt nāles res ſunt ſubę: formę nāles ſunt ſubę. ita qꝛ artificialia ſunt accīa: formę artificiales ſūt accītia. recte igiť ſola forma eſt nā. Sed dubitať contra cām quā dedit Auer. qm̄ vt dr. 3° cęli. cōmē. 56°. ꝛ. 12°. meta. cōmē. 18°. accīs vt caliditas nō tn̄ caliditateȝ agere pōt: ſed ſubām. igitur accidēs poteſt generare. ꝛ ſic cā Auer. nulla erit. Hęc dubitatio. vȝ. vtrum accīs poſſit agere accidens aut ſubſtātiaȝ eſt magna. Sed nunc dico ꝙ accidens eſt duplex. quale: ꝛ quātum vel in quāto per ſe. modo quātitas vel fundatum per ſe primo in quāto nō eſt de pricipys actiuis. 4. huius. Cōmēto. 84. quale vero vt quale generat ſibi ſimile vt calor vt calor generat calorem: vt inſtrumentum ſubſtantię generat ſubſtantiaȝ. tunc dico ꝙ ratio Auerrois eſt ſtrictiuris: ꝛ debet ſic intelligi: ꝙ formę artificiales nō agunt: qꝛ ſunt accītia. ſupple talia. vȝ. ꝗ̄titates vel ꝑ ſe in ꝗ̄titate.

¶ Adhuc aūt natura dicta veluti genitura: via eſt in nām. non enim vt medicatio dicit non in medicinā via: ſed in ſanitatē: neċe eſt eniȝ a medicina qdem: non in medicinā eē medicationē. nō ſic ad nām ſe hȝ natura. Sȝ id qȯ naſciť: ex quodā in quoddaȝ quatenus naſciť: pficiſciť. In quoddaȝ igiť naſciť: nō ī id ex quo: ſed in id qȯ. forma ergo natura eſt.

¶ Natura (vt dixit Themiſtius) trifariam dici ſolet: vno modo pro materia. Scdo modo pro forma. 3° ꝓ via in formam: que diciť gręce geneſis. latine genitura: cuȝ accepit naturam dici de materia ꝛ forma: nūc ꝙ dicať de genitura ꝛ via in formam: ſumit: ꝛ īnqt. Adhuc autē natura dicta veluti genitura: via eſt in naturam: vtpote in formā. Expō. Sed circa hoc ambiges: nam vt in artificio: ita in genitura: ſed in artificio motus ſumit nomen ꝛ ſpeciem a pricipio agente: vt a medicatiua que eſt in anima. e qua diciť medicatio: igitur in genitura debet eſſe ſpecies et nomen a principio agēte. Soluit Ariſto. ꝙ motus in arte ꝛ in natura dr̄t. nam in arte non nunꝗ̄: imo vt in pluribus nomē ꝛ ſpecieȝ naſciſciť a principio agente. In naturalibus motus ſumit ſpēm ꝛ nomē vt in pluribus a termino ad quem ꝛ a fine: ꝛ hoc inquit: non enim vt medicatio diciť non in medicinā via: ſed in ſanitatem: neceſſe eſt enim a medicina quidem: non in medicinam eē medicationem: nō ſic ad naturam ſe habet natura. hoc eſt nō ſic ad naturā ſe habȝ geneſis ipſa. Sed id qȯ naſciť: ex quodaȝ in quoddam: quatenus naſcitur: proficiſcitur. In quoddaȝ igiť naſciť: ꝛ ab illo denominatur non in id ex quo vt in medicatione: ſed in id qȯ. ꝛ ita: ad formam neganda eſt ſimilitudo: cum in artificialibus motus frequenter a principio denominetur. in naturalib⁹ vero a fine. Forma igitur natura eſt: ꝛ propter materiam: ꝛ propter geneſim.

¶ Iſta eſt alia ratiocinatio. Auerroes in cōmento preſenti alr textum introducit: vult enim ꝙ hic ponatur tertia rō: quę ſic componi poteſt. Id e quo via in naturam denominatur natura: eſt natura. Sed e forma geneſis diciť natura. igiť forma eſt natura: ꝛ tunc totum cōmentum pȝ: verū duo Auerroes vtilia tangit: primum eſt ſolutio dubij: quia poteſt dici quare in artificialibus motus denominatur a principio: ꝛ non a fine. vt medicatio a medicina: ꝛ non a ſanitate. Reſpōdet ibi. ꝛ cauſa in hoc eſt: quia motus illoruȝ magis eſt de genere pricipij: ꝗ̄ de genere finis. aut quia famoſius eſt ipſum motum artificiariuȝ eſſe magis de genere principij: ꝗ̄ de genere finis. ꝛ loquitur ſub diſiunctiōe: primo quia in rei veritate etiaȝ in artificiarijs non nunꝗ̄ denominatio motus eſt a fine vt ędificatio: quę etiaȝ dicitur domificatio. Secūdo qꝛ fortaſſe principiuȝ eſt aīa ipſa ꝛ ſubſtantia: motus accidens. Cōmē. 14.

¶ Qm̄ via in rebus naturalibus. Hoc eſt ſm vtile: dictuȝ enim eſt viam denominari in naturalib⁹ a fine: reddit cauſam: qm̄ via in naturalibus eſt de ſpecie finis: ſolum differens ab illo ſȝ magis ꝛ minus: vt calefactio nihil aliud eſt ꝗ̄ caliditas diminuta. Sed dices contra. qm̄ via eſt in pdicamento paſſionis. finis vero in pdicamēto ſubę vel qualitatis. Dici poteſt ꝙ Auerroes per viam intelligit formam diminutā non fluxū formę. Sed de hoc in 5°. cōmē. 9°.

¶ At forma ꝛ natura dupliciter diciť. ipſa nāqȝ priuatio forma quodāmodo eſt. vtrum vero ſit priuatio aliqua ꝛ aliquod contrarium cir

ca ſimplicem generationem aut non ſit: poſte-
rius conſiderandum.

Expó. ¶ Cum oſtenſuꝫ ſit (vt exponit Themiſtius) formam ma
gis eſſe naturam ꝗ̃ materiam: ideo declarat eam naturaꝫ
que pro forma capitur: bifariam dici. vno quidem modo
pro forma que eſt rectitudo. Alio vero pro vicio defectuqꝫ
naturali: quo in ſenſu claudituum a natura ꝛ id genus for-
me ſunt naturales. Inqt. at forma ꝛ natura que pro forma
capitur: dupl'r dicit̃. Ipſa nãqꝫ priuatio vt vicium ꝛ defe-
ctus naturalis forma quodãmodo eſt. tũc excuſans ſe igr
vtrum vero ſit priuatio aliqua hoc eſt defectus ſiue viciũ
aliquod naturale vt claudituum ꝛ id genus in capitulo de
caſu dicet̃. ꝛ verũ circa generationem ſimpliceꝫ hoc eſt in
ſubſtãtijs ſit aliqđ ꝯtrarium vel ne ex quo res nãlis cõſti-
tuatur: etiam ibidem dicetur.

Cómé. 15 ¶ Cum declarauit. Animaduertẽduꝫ primo ꝙ littera habꝫ
duas partes. Prima eſt. quomodo forma bifariam dicat̃.
Scḋa eſt excuſatio. primã parteꝫ dupliciter itelligit Auer.
vno modo ꝙ forma dicatur de forma ꝛ de priuatione: in-
telligendo per formã ꝯtrarium perfectum. ꝛ per priuatio-
nem ꝯtrarium imperfectum. ꝛ ita tam albedo ꝗ̃ nigredo
dicunt̃ forme. cõtrarium quidem perfectum cui nulla pri-
uatio coniungitur vt albedo forma dicit̃. ꝛ cõtrarium im-
perfectuꝫ vt nigredo etiã forma dicit̃. Scḋo modo expo-
nit ꝛ intelligit per priuationem habitum ꝛ priuationẽ exi-
ſtentem in prima materia. nam ille habitus ꝛ illa priuatio
materie coeterna eſt vti forma materie. Secũdam parteꝫ
vero exponit Auer. aliter ꝗ̃ themiſtius etiã. vbi debes ſci-
re ꝙ in alteratione ſemꝑ cum vno ꝯtrario cõiungitur pri-
uatio forme ꝯtrarie: verbi cauſa. in calefactione de frigido
cum frigido eſt priuatio calidi. Inalbatio eſt de nigro cuꝫ
nigro eſt priuatio albi. nam cum imperfectiori ſemper eſt
priuatio perfectioris: querit igitur nunc Ariſto. vtrum ita
ſit in generatione: ꝙ ſemper vnum contrariorum ſit alte-
ro imperfectius: cum quo ſic alterius priuatio: queſtioneꝫ
hanc ad librum de generatione tranſmittit: vbi duo decla-
rabunt̃. primum ꝙ priuatio coeterna materie nunꝗ̃ a pri-
mis quatuor cõtrarijs denudatur. Scḋm ꝙ hec quatuor
ſunt prima omnium eorum que generant̃ ꝛ corrumpunt̃:
ꝛ per ꝯſequens habebitur in omni tranſmutatione ſaltem
diſpoſitiue alterum cõtrariorum eſſe perfectius: ꝛ alteruꝫ
imperfectius: ꝛ ita ſemper cum altero cõtrarioruꝫ eſſe pri-
Priᵘ du. uationem alterius. Hec ſunt expõnes Auer. ¶ Sꝫ ambi-
ges primo vtrum ꝯtrarium imperfectum includat priua-
Rño. tionem ꝯtrarij perfecti vt nigrũ priuationẽ albi. ¶ Quic-
quid velint recentiores priuatio que grece eſt ſtereſis vno
modo accipitur pro abſentia forme in ſubiecto apto na-
to: qua rõne eſt vnum principium rerum nãlium. alio mõ
accipitur pro gradu imꝑfectionis: per quem forma ipſa re-
cedit a ſummo: ꝛ per quem ſibi non repugnat ſaltem ſm ge-
nus illius gradus perfectio. Tunc dico ꝙ primo modo om-
ne ꝯtrarium habet ſibi ꝯiunctam priuationem: qꝛ ſemꝑ
vnum ꝯtrarium eſt priuatio alterius vt album nigri: ꝛ ca-
liduꝫ frigidi. Scḋo vero modo nõ: qꝛ in ꝯtrario perfecto
nullus eſt gradus imꝑfectionis reſpectu imperfecti. Quo
modo vero materia nunꝗ̃ a primis denudet̃ contrarijs: ꝛ
quomõ prima ꝯtraria ſunt omnium prima: in ſcḋo de gene
ratione diximus. ¶ Scḋo ambiges quid per priuationem
2ᵐ dub. que eſt materie hab.tus: intelligit: ¶ Hic ſunt multe ex-
poſitiones: tamẽ ſolitus ſum dicere ipſuꝫ per eiuſmodi for
mam velle formam corporis. Hec enim quatenus coeua
materie atqꝫ ſemper habita: habitus eſt. quatenus vero de
ipſius facultate omnes forme ſpecifice extrahunt̃: priuatio
eſt. ꝛ de hac plura diximus in primo libro in expoſitione cõ
menti. 63. ¶ Et ſi ſolent queri an natura dicat̃ de materia Qões.
ꝛ forma: quero de quot natura ipſa dicit̃. ¶ Secundo an Prima.
forma ſit magis natura ꝗ̃ materia. ¶ Ad primam quidam Secũda.
volunt ꝙ natura non dicat̃ niſi de forma ꝛ materia tñ. ꝛ Pri po. ad primã.
hoc accipiendo formam ꝛ materiam ſubſtãtiales. ¶ Hoc Confuta-
eſt ꝯtra Themiſtium ꝛ Ariſto. ꝓpterea videt̃ mihi ꝙ na- tio.
tura dicatur primo de forma: deinde de materia: tertio de
via in formam: quarto de priuatione hoc eſt de defectu ſiue
vicio naturali. Et hec omnia a Themiſtio ꝛ Ariſto. colli-
guntur. ¶ Sed tunc dubitabis vtrum dicat̃ de accidẽte: Dubiũ.
¶ Rñdent non nulli recentiores ꝙ ſic: ꝛ mouentur quia prima rño.
Auer. in hoc cõmento inquit dicit̃ diminutis cum quibus
coniungitur aliqua priuatio: vt de nigredine ꝛ albedine.
¶ Sed hanc poſitionem refellũt alij primo: quia omnis Confuta-
natura eſt ſubſtãtia. ¶ Scḋo omnis natura eſt pars eẽn- tio.
tialis. Modo accidens nullius entis eſt pars eſſentialis. Prima rõ. Secũda.
¶ Tertio qua ratione vnum accidens eſſet natura: eadẽ Tertia rõ.
ratiõe quodlibet: ꝛ ita ars eẽt natura ꝛ medicina. ¶ Quar 4ª rõ.
to natura eſt principium principale motus eius in quo eſt.
modo nullum accidẽs eſt principale motus principiũ eius
in quo eſt. ¶ Mihi videt̃ ꝙ accipiendo naturam ſm om- ꝓpria pñ.
nes cõditiones nature quibus. vꝫ. definita eſt natura: ſolã
materia ꝛ forma ſubſtãtiales ſũt nature. vt recte prima po-
ſitio ſentit. Capiendo vero naturam vt coextendit̃ forme:
ſic natura dicit̃ de tot quot forma ipſa dici ſolet: ꝛ hac ra-
tione dicit̃ de genitura: cum ſit via in formam: de defectu
ſiue vicio naturali: vt de claudicatio ꝛ id genus. ꝛ hoc modo
dicet̃ de accidente. Et nõ de omni accidente: ſed ſolum de
accidente tali. ꝛ ita argumẽta nulla ſunt. ¶ Ad ſecundam Rño ſcḋe
queſtioneꝫ reſpõdet Ioãnes ꝛ omnes ꝙ natura dicit̃ ma- ad ſecũdam q̃ſtionem.
gis de forma vt in littera dicit̃: nam vnumqđqꝫ tũc dicit̃
magis cum eſt in actu ꝗ̃ cum eſt in potẽtia. ¶ Sed ꝯtra- Replice.
primo quia tunc res naturalis magis diceret̃ naturalis a
forma: ꝗ̃ a materia. Scḋo tunc motus etiã diceret̃ magis
naturalis a forma: ꝗ̃ a materia. qđ eſt falſum. ¶ Alij pro- Conſulta-
pter hoc conſultant: ꝛ volunt formam dici magis naturaꝫ tio aliqꝝ.
intenſiue: materiaꝫ vero extenſiue. ¶ Sed hec expoſitio Confuta-
rudis eſt: qđ enim in aliquo nõ intẽdit̃ nec remittitur: non tio.
poteſt dici in illo intenſiue magis vel minꝰ. In natura for
ma non intenditur nec remittit̃: cum in illa nõ habeat gra
dus. Secũdo ſi forma dicit̃ natura magis intẽſiue ꝗ̃ ma-
teria: tunc forma ꝛ materia eſſent eiuſdem ſpeciei nature.
quia intenſum ꝛ remiſſum non variant ſpecieꝫ. quinto phy-
ſice auſcultationis. ¶ Propterea mihi videt̃ formã ꝛ ma Rño ꝓpa.
teriam dici naturam equaliter perfectione: nõ tamẽ equa-
liter ordine. equaliter quidem perfectione: quia in nomine na-
ture nulla earum ſe habet ſm magis ꝛ minus. non ordine
vero: qꝛ natura per prius dicit̃ de forma: ꝛ per poſterius de
materia: vt textus eſt audiẽdus. Sumit enim magis pro-
prius. ¶ Ex quo pꝫ nec rem naturalẽ nec operationeꝫ na- Illatio ex
turalem eẽ magis naturales a materia ꝗ̃ a forma: nec ecõ q̃ ſoluunt
tra. quãꝗ̃ materia ſit latior natura ꝗ̃ forma: ꝛ in pluribus rationes.
exiſtens. Hec de natura.

¶ Cum autem determinatum eſt quot modis
natura dicitur: poſt haec conſiderandum eſt:
quo mathematicus a phyſico differat. corpo-
ra nãqꝫ naturalia habent ſuperficies: atqꝫ ſo-
lida longitudines atqꝫ puncta: de quibus con
ſiderat mathematicus.

Expõ. ¶ Cum hic ſcḋs liber de ſubiectis ſcientie naturalis pertra
ctet: poſt definitioneꝫ nature atqꝫ illius diuiſionẽ: de diffe
rẽtia phyſici a mathematico agit: vt inde ſubiectũ phyſice
nãciſcatur: ꝛ duas proponit queſtiões. Prima quo differt

mathematicus a phyſico intelligens per mathematicum geometram: cuius queſtionis ratio eſt: quia conuenire videntur. ſiquidem phyſicus cōtemplatur ſuperficies corporeitatis: magnitudines ſiue longitudines ac puncta: de quibus mathematicus conſiderat. contēplatur autē hęc phyſicus cū ſint corporum naturalium affectiones.

Cōmē.14 ❡ Dicit. Cōmentum patet: verum debes ſcire primo q̄ cōſideratio de diffinitiōe ſubiectorum phyſici ⁊ mathematici eſt principium naturale vt ait: non quidem vt ſumitur principium pro imediata ꝓpoſitione: ſed pro fundamento: vt dixit: aut fortaſſe eſt ſuppoſitio. Petit enim phyſicus a metaphyſica ⁊ logica ſubiectum eius eē aliud a ſubiecto illius. Scđo animaduertendum q̄ problema de eodem ⁊ diuerſo eſt logicum ſiue dialecticum: vt dicitur primo topicorum: verum hęc poſſunt capi dupliciter. in genere: ⁊ ſic eſt dialecticum ſiue metaphyſicum. Aut in ſpecie: ⁊ ita tractari debent ea in ſcientia: cuius ſunt vt dicit Auerroes: cum conſideratio illa ſit partim logica: ptim illius ſcientię: cui⁹ eſt.

❡ Inſup quoq; Aſtrologia diuerſa ſit: an pars ſcientiae naturalis: Si eniz phyſici eſt ſcire quid ſit ſol: aut quid luna: eorum vero q̄ ijs accidūt per ſe: non: abſurdum erit.

Expō. ❡ Mouit queſtionem generatim Ariſto. an phyſicus differat a mathematico: ⁊ perſuaſit q̄ non: ſaltez quo ad geometriam. Nūc mouet queſtionem de Aſtrologia: ⁊ perſuadet rurſus q̄ non differat: ⁊ inquit. inſuper quoq; aſtrologia diuerſa ſit: an pars ſciētię naturalis. Hęc eſt ſecūda queſtio: de ſecūda mathematicę ſpecie. Arguit q̄ non differat: ⁊ inquit. ſi enim phyſici eſt ſcire quid ſit ſol: aut quid luna: eoꝝ vero quę ijs accidunt per ſe: vt figura: ſitus: magnitudo: ⁊ motus non eſſet ſcire: abſurdum erit. Nam eiuſdem ſcientię eſt ſcire definitionem ſubiecti: ⁊ accītia per ſe: quę fluūt ab illis definitionibus. Accipit autem ſignanter ſolez ⁊ lunam: non quia phyſicus hoc ſolum conſideret: qm̄ etiam cęteros quoq; planetas: ⁊ ſtellas non errantes cōſiderat: ſz tanq̄ principes ſumpſit.

❡ Praeterea etiam videntur hi qui de natura loquuntur. ⁊ de lunae ac ſolis figura dicere. Et vtrum etiam rotunda terra ſit: mundusue: an non ſit: conſiderare.

Expō. ❡ Ad eandem queſtionis partem arguit auctoritate veterum: naz qui de natura loquunt̄: loquunt̄ etiā de figura ſolis ⁊ lunę: ⁊ de figura mundi ac terrę: omniumq; elementorum. quare aſtrologia videt̄ ſpecies phyſicę: cum materia ſit ſub materia. Ex his pz queſtio principalis. vz. vtruz differat mathematicus a phyſico. videt̄ enim q̄ non: cum enim matheſeos duę ſint ptes geometria: ⁊ aſtrologia: per primam queſtionem phyſica continet geometriaz. per ſecundam vero: ꝯtinet aſtrologiam. igitur mathematicus a phyſico non differt. Pręteriuiſit arithmeticam: ꝓpter rationes quas poſt dicemus. pro nunc vero: quia per ſe patet ab arithmetica phyſicā penitus differre. Hęc igit̄ eſt q̄ſtio: ⁊ queſtionis expoſitio.

Cōmē. 17. ❡ Et quęrendam eſt etiam. Iſtud cōmentum inutile eſt: ⁊ falſum. Ponderat enim nonnulla quę non ſunt in grecis codicib⁹: ſed in barbara eius trāſlatione. Colligunt̄ tamē q̄dam: primum q̄ ꝓbabile eſt eum q conſiderat de ſubiecto ſubiectiq; natura: cōſiderare de illius accidētib⁹: ⁊ cū hoc q̄ eſt probabile: eſt verum. Scđm qđ colligitur eſt: q̄ triplex eſt probabile: vnum ex parte rei: vt eſt id qđ habet per ſe cauſam: vt mundus eſt rotundus: terra eſt rotunda: ⁊ cętera id genus: quorū probabilitas proficiſcitur ex rei cauſa: atq; natura. Aliud ex parte noſtra: ⁊ eſt id in quo cōueniūt plures ſiue omnes: ⁊ horum pręcipui: vt dicitur primo topicorum. Aliud eſt ex parte rei ⁊ noſtra: vt cęluz eſt ſphęricum. In hac eniz omnes: vel plures: vel pręcipui: cōueniunt. Amplius ex parte rei cauſę etiaz eſt tale. ⁊ ita vult hanc propoſitionem conſiderans ſubti quiditatem conſiderat accidentia per ſe eſſe probabilem tertio modo. vz. ex parte rei: quia neceſſaria atq; vera: ⁊ ex parte noſtra hoc eſt in propoſitione continente ipſam rem: quatenus famoſa: ab antiquiſq; conceſſa. ❡ Sed ambiges vtrum probabile ſit cōtingens: vt cōmuniter dicitur. Res hęc ad librū topicorum ſpectat: tamē raptim me expediens dico: q̄ probabile ex parte rei non eſt ꝯtingens: neq; ꝓbabile vtroq; modo qm̄ eſt verum ⁊ neceſſarium ad vnum determinatum. Probabile vero quo ad nos an ſit cōtingens: nō parua eſt dubitatio. dici poteſt q̄ eſt contingens ſm̄ aſſenſuz: non autem ſm̄ determinationem. vt vtrum mundus ſit ęternus ſm̄ aſſenſum phyſicorum eſt contingens: quoniaz interdum phi aſſentiunt parti affirmatiuę: non nunq̄ pti negatiuę: ⁊ ita contingens ſm̄ noſtrum conſenſum. nō aūt ſm̄ determinationem: quoniam: vt ait Ariſto. in libro de interpretatione propter noſtrum affirmare vel negare: rei determinatio non tollitur. Siue enim ſtellę ſint numero pares aut impares ſm̄ aſſenſum: ſm̄ determinationez altera problematis pars ſemper eſt vera. ❡ Adhuc ambiges nam mathematicus conſiderat de materia: ac ſubſtātia: non autem de omnibus accidentibus per ſe ſubſtātię: quia tunc de vno actu potentia: ⁊ id genus. non igitur opz vt ſi de ſubiecti definitiōe agat̄: etiam agi de omnibus per ſe accidentibus. ❡ Dici poteſt eſſe tractandum de oīb per ſe accidentibus quę ſubiecto inſunt propter illius: cuā artifex conſiderat: definitionez. vt quia phyſicus conſiderat ſubſtantiam vt naturalis eſt: omnia quę inſunt ſubſtantię naturali per definitionem naturę. ⁊ ſic tollitur obiectio. Ponderationes vero inutiles ſunt duę: prima eſt: qz eius littera ait hoc eſt iopinabile omni modo: petit quare dixit omni modo: ⁊ reſpōdet quia probabile eſt oppoſitum improbabili. ſecunda eſt quia eius tranſlatio habet: maxime quia videm⁹: ⁊ petit cur dixit maxime: ⁊ reſpōdet: quia ſequitur ex hoc: quę ponderationes nullę ſunt: cum in textu nihil illorum verborum ſcribatur.

Dubiū an probabile ſit ꝯtigēs

2ᵐ dubiū.

Solō.

❡ De his quidem igitur ⁊ ipſe mathematicus agit. Sed non quatenus naturalis corporis ipſa termini ſunt. neq; accidentia contemplatur quatenus talibus ineſſe contingunt. quia ⁊ ipſe ſeperat. nam a motu cogitatōe ſeparabilia ſūt: neq; refert: neq; cum ſepantur: falſum fit.

Expō. ❡ Soluit queſtionem: vbi debes ſcire q̄ accidentia cōmunia naturali ſciē: ⁊ mathematicę ſunt quantitates: figurę: ⁊ id genus. Sed modo altero: nam mathematicus hęc ſpectat ac contemplatur: nō quatenus ſunt termini ac clauſulę corporis naturalis. neq; quatenus ſunt accidentia phyſicis corporibus: cuius cauſaz affert: quia ⁊ ipſe mathematicus ſeperat: nam a motu cogitatione: ſiue ratione hęc ipſa ſeparabilia ſunt. neq; refert quo ad veritatem non actu ſeperata ſeperare: neq; cum ſeperantur inde falſuz fit ac naſcitur: quia ſm̄ rem ſunt materię ⁊ corpori naturali adiuncta: ſm̄ rationem ſeperabilia. phyſicus vero hęc ſpectat ea ratiōe qua termini ac clauſulę ſunt materię ac phyſici corporis: quatenus etiam cum motu ſunt: ⁊ per motum corporibus inſunt.

intelligētes multa fabulantur. propterea debes ſcire ꝙ duo ſupponit. vnū ꝙ auctio: generatio: ⁊ alteratio fiant ꝑ minima. 2ᵐ eſt ꝙ plura minima eſſe pñt in anno vel aliquo maiori tēpore ꝙ̃ in digito: ex his ſignū hꝫ efficaciam: non enī eſt cōſentaneū vt digitus fiat in aliquo in anno ꝑ minima. q̄ tunc partes ſenſiles ſiue minime tot eſſent in digito quo augetur illud: quot in anno: qḋ eſt abſurdum. ꝓpter hęc ceſſant obiectiones iunioꝝ. Sed de hac mā multa in .6° ⁊ 8° dicemus: ⁊ multa diximus anno preterito in libris de gñatione ⁊ corruptione. nō enī eſt doctrinę expediens vt obiter occurſoria tractent̃ vt principalia: ⁊ principalia vt occurſoria: vti agūt cucullati noſtrorum tempoꝝ.

C Qz aūt motus hoc ſit: hinc ꝑſpicuū eſt. nam cum aedificabile quatenus tale actu dicimus. Ipſuꝫ quatenus aedificatur: eſt: ⁊ ipſius eſt aedificatio. Similr̃ ⁊ medicatio: ⁊ volutatio: ⁊ ſaltatio: ⁊ virilitas: ⁊ ſenectus.

Expoſitio

C Nunc ſingulas diffinitionis particulas minutatim explanat: ⁊ primo ꝓbat ꝙ motus ſit actus. ⁊ hoc ꝓponit dicens. ꝙ aūt motus hoc ſit hoc eſt ſit actus: hinc ꝑſpicuū eſt. ⁊ vt placet Themiſtio: vis rōnis Ariſt. eſt vis exēplināꝫ: ędificabilis res tūc mouetur: quū actu ipſo ędificat̃: ſeruat enīꝫ adhuc poteſtatis ꝯᵹquā. cuꝫ vͦo abſoluta atqꝫ completa ędificatio eſt: tunc neqꝫ mouet̃: neqꝫ poteſtatis ꝯᵹquā ſeruat. ſimili ratiōe dici pōt de medicatione ⁊ volutatione: ⁊ ſaltatiōe: virilitate ac ſenectute: cęteris id genus. oībus enīꝫ in his motus eſt actus cuiqꝫ proprius.

Syllꝰ apud aliquos.

Sunt qui ex vi hoꝝ exemploꝝ talem colligunt ſyllm̃. oē id quo aliquid redditur in actu ex potentia: actus eſt. non enīꝫ poteſt albū eſſe niſi albedine: neqꝫ calidum ſine calore: quare nec eſſe actu ſine actu. Motus eſt quo mobile actu redditur in motu: vt ędificabile actu ędificatile: ⁊ extra id genus. igitur motus eſt actus. Quo vero ad verba attinet.

Expoſitio verboꝝ

illa verba ⁊ virilitas ⁊ ſenectus: quę grece ſunt andrynſis ⁊ geranſis: Themiſtius intelligere videt̃ pro auctione: ⁊ iminutione. eſt enim virilitas ſiue adoloſcentia auctio quędaꝫ. ſenectus imminutio. ⁊ tunc exempla cōueniunt omnibus motibus: nā ędificatio cōuenit generationi. Medicatio alteratiōi. volutatio ⁊ ſaltatio delationi. virilitas ⁊ ſenectus auctioni ⁊ iminutioni.

Aue themi.

C Themiſtius vero in paraphraxe huiꝰ loci declat primo vnā aliaꝫ motus definitioneꝫ. ⁊ inquit. motus eſt primus actus rei quę poteſtate aliquid eſt. accipit āt hic primus: quia vltimus videt̃ eſſe forma: quā res aſſecuta eſt: cum primuꝫ quieſcit: ⁊ ita itio in formā actus eſt primus. Secūdo declarat qualis actus ſit motus: ⁊ inquit: quoniaꝫ formā ipſaꝫ maxime ⁊ ſimplr̃ actuꝫ vocamus: quare ꝑfectio ad formā actus eſt iperfectus: ⁊ rei vt eſt poteſtate talis. hęc a Themiſtio colligi poſſunt.

C Qm̃ autem aliqua eadem ſunt tum poteſtate: tum actu: ⁊ non ſimul: aut non eodē: Sed veluti aliquid qḋ quidem poteſtate calidū eſt actu vero frigidum: complura iam viciſſim agent ⁊ patientur. nā omne erit actiuū ⁊ paſſiuuꝫ. quare ⁊ idem naturalr̃ mouens ac mobile. omne nāqꝫ tale mouet. ⁊ ipſum mouetur. Sunt quidē enīꝫ quibus videt̃ omne qḋ mouet moueri. Uerum de his quo nā modo ſe habeat: ex alijs patebit. eſt enīꝫ quoddā qḋ immobile etiam mouet.

Expoſitio.

Prius [illegible] poſitio

C Quid velit hic Ariſtoteles facere: neqꝫ Themiſtiꝰ neqꝫ Auerroes ſatis explicauit. C Uiir aūt ex eoꝝ ꝓcedendi modo velle ꝙ Ariſtoteles velit declarare eam definitionis parteꝫ: quę dicit quatenus tale poteſtate. ⁊ tūc videt̃ ꝙ Ariſtoteles ante ꝙ̃ rem exequat̃: pręmittat vnum qḋ in rebus naturalibus hoc eſt compoſitis ex mā ⁊ forma (vt Themiſtius ⁊ Auerroes exponūt:) omne qḋ agit in agendo repatit̃. ⁊ omne qḋ mouet in mouēdo mouetur. ita vt ſit omne actiuuꝫ ⁊ paſſiuū: motiuuꝫ ⁊ mobile. hoc Ariſt. ꝓbare vr̃ ꝑ hoc: q̄ eadem cōpoſita nālia ſunt partiꝫ actu: partiꝫ poteſtate. ex ea parte qua actu ſunt: actiua ⁊ mouētia ſunt. ex ea vero parte qua poteſtate: mobilia atqꝫ paſſiua eſſe vīr. Quā reꝫ exemplo: ⁊ authoritate cōprobat.

Secūda expoſitio

Expoſitor aūt queꝫ iuniores ſectant̃ vult Ariſt. ꝓbare eam definitiōis particulā: quę dicit entis in potētia: ⁊ ita vult ꝙ ꝓbet motuꝫ eſſe actum entis in potentia. Colligit aūt ex lr̃a ſyllm̃ talem. eius in quo ſemper motus inuenitur motus eſt actus. ens poteſtate eſt id in quo ſemper iuenitur. igitur motus eſt actus entis poteſtate. ⁊ de ſyllo vult Ari. declaraſſe ſolā minorē.

Reprobatio

C Hāc expoſitionem non acceptamus. tum primo q̄ nō neceſſaria: nam cū Ariſt. ꝓbabit motum eſſe actum entis quatenus tale in potentia: ēt habebit̃ ipſuꝫ eſſe actuꝫ entis in potētia: ideo non videt̃ neceſſaria ꝓbatio ſeorſum. Tum ſecūdo q̄ cum difficultate hęc expoſitio lr̃ę conſonat.

Que themiſtius

C Themiſtius vero hic aſſignat in quibus ideꝫ eſſe pōt mouēs ⁊ motuꝫ. ⁊ quare: ⁊ vult ea mouere ⁊ moueri quę actus ⁊ potentię participant: nam mouēt parte qua eſt actu. mouent̃ parte qua potentia: hoc eſt mouent per formaꝫ. ꝑ māꝫ mouent̃. ꝓpter ea ait Auerroes hāc ꝓpōnē eē falſaꝫ. mouēs mouet̃: niſi addatur vt ſit cōpoſitū ex potentia ⁊ actu hęc ſunt quę aſſerunt.

C Cuꝫ itaqꝫ id qḋ actu eſt afficiat aut ſeipſuꝫ: aut aliud: motus eius actus eſt: qḋ poteſtate eſt: quatenus mobile exiſtit. Dico autē quatenus mobile: hac rōne: eſt enim aes poteſtate ſtatua: nō tamen motus actus eſt aeris quatenus eſt aes. non enim ideꝫ eſt aeris eſſe ⁊ id qḋ poteſtate quadam eſt mobile. nam ſi eſſet idem ſimplr̃ ⁊ rōne: motus ſane actus eſſet aeris q̄tenus aes eſt. At (vt dixīmꝰ) nō ē idē.

Expoſi.

C Sectando Themiſtiū ⁊ Auerroeꝫ: cū Ariſt. fecit ſuppoſitionē. vꝫ. ꝙ res nāles partim actu partiꝫ poteſtate ſunt viciſſim agentes ⁊ patientes: nunc concludit motuꝫ eſſe actū mobilis quatenus poteſtate eſt: nō quatenus actu. ⁊ hoc ꝓponit dicens. cuꝫ itaqꝫ id qḋ actu eſt afficiat ſiue moueat aut ſeipſum aut aliud diſtinctū a ſe. motus eius actus eſt: qḋ poteſtate eſt: quatenus mobile eſt. ⁊ ita motus eſt actus mobilis quatenus mobile: ⁊ non mouentis quatenus mouens. Quo vero ad verba attinet: verbum illud afficiat grece eſt emerge: qḋ latine ſonat agit vel operatur: ſed vt tranſlatio eſſet clarior: tranſtuli afficit: vel mouet. declarat deinceps illam particulaꝫ quatenus mobile poteſtate: nam motus eſt actus rei exiſtentis in actu: ⁊ in potentia. omne enim qḋ mouetur eſt actu: ⁊ potentia. actu quidem ſimpliciter. potentia ſm̃ quid. ne igitur credat quiſpiam motum eſſe actum mobilis quatenus ipſuꝫ eſt ens actu: ideo additū eſt. quatenus ens in potentia. hoc auteꝫ declarat in exemplo. nā ſtatuificatio motus quidem eſt: non aeris vt eſt aes actu ſimplr̃: ſed quatenus aes eſt ens potentia quadam ſaltem ad perfectionem motus. Modo ęs ⁊ ens mobile: licet ſubiecto idem ſint: ratione differunt. recte igit̃ entis in potentia

vt in potētia motus actus eſt. Hęc ab Ariſtote. ¶ Ubi animaduerſione dignum. omne quod mouetur eē actu: ꝛ potētia: actu quidem ſimpliciter: quo reponitur in ſpecie: vt ęs. Potentia vero ſm quid: qua eſt in potentia ad terminum: qui per motuꝫ acquiritur. Uerbi cauſa. ad ſtatuam. Eſt enim ęs actu ęs: poteſtate ſtatua. Motus igit̄ eſt actus aeris quatenus poteſtate ſtatua eſt: non q̄tenus eſt ſimpliciter ęs. Propter hęc additūꝫ eſt quatenus tale poteſtate: hęc e Themiſtio colligi poſſunt. **Aue aū. com. 9.** ¶ Auerro. vero ꝓbat ꝙ motus non ſit actus entis in actu. Et arguit ſic. ſi motus eēt perfectio actiōis: ſiue entis in actu: tūc quiditates rerum eſſent motus: ita vt perfectio cupri eēt motus. **Dubita.** ¶ Sed obyciūt. qꝛ motus eſt perfectio: ſiue act⁹ entis in potētia: ꝛ tamē quiditas entis in potētia non eſt motus. **Solu.** ¶ Circa quaꝫ dubitationeꝫ iuniores mirū in modum ſe confundūt: ſed breuibus dici poteſt. ꝙ Auerro. ꝑ perfectionem intelligit actuꝫ vltimum: ad queꝫ itur per motuꝫ. ꝓbat igitur motum nō eſſe talem actum vltimū: qꝛ tunc quiditas rei eſſet motus: eſt enim actus vltimus forma rei: rei forma q̄ditas ꝛ definitio eſt apud ipſuꝫ: q̄re ſi motus eſt vltimus actus mobilis: tunc eſſet ei⁹ quiditas. ¶ Ad argumētum vero dico non eſſe ad propoſitum: motus eniꝫ nō eſt perfectio: ſiue actus vltimus mobilis: ſed actus primus: quo itur in actum vltimū. Auerroes autem probauit motum non eſſe actum vltimum ꝛ finalem rei quę mouetur.

¶ Inſuper etiam idem in cōtrarijs perſpicuū eſt: nam poſſe quidem ſanari ꝛ poſſe aegrotare diuerſa ſunt: eſſet nāqꝫ idem egrotare et ſanari. At ſubiectum quod quidem ſanatur ꝛ aegrotat: ſiue humor ſit: ſiue ſanguis vnuꝫ ꝛ idem eſt. Cuꝫ autem nō ſit idem: quēadmodum neqꝫ color ꝛ viſibile ideꝫ eſt: perſpicuū eſt motū eē actū poſſibilis quatenus poſe.

Expō. ¶ Secūdo idē declarat ratiōe accepta a cōtrarijs ꝛ Themiſtius vtitur exemplis hoc modo. non eſt eadem ratio corporis ꝛ poteſtatum quibus corpus poteſt exire in diuerſa. Corpus eniꝫ vnū eſt: ꝛ ſibi ipſi idem: poſſe auteꝫ ſanari ꝛ poſſe ęgrotare: nō modo diuerſę poteſtates ſunt: ſꝫ etiam maxime cōtrarię: naꝫ ꝛ illarum actus maxime diſcrepant. videlꝫ. ſanari ꝛ ęgrotare. Scdo non eſt idem color ꝛ viſibile: nam color affectio eſt: quę luce pręſente ꝑſpicuuꝫ mouet. Uiſibile vero accidens colori: quatenus videri oculis pōt. Tertio neqꝫ ſonus idem cū re audibili. neqꝫ ex calor cū tactili: neqꝫ vlla demū res actu cum ea quę poteſtate eſt: iure patet. neqꝫ motuꝫ eſſe actum entis in actu: ſed poſſibilis vt poſſibile. ¶ Ex ijs ſoliti ſumus ſyllogizare ſic. ea quę ſic ſe habēt ꝙ vno multiplicato alteruꝫ eſt vnum eē ꝛ ratione differūt. ſed eſſe actu ſimplr rei quę mouet̄: ꝛ eſſe mobile ſic ſe habēt ꝙ ipſuꝫ eſſe mobilis ſimpliciter eſt vnuꝫ: ipſuꝫ eē poteſtate eſt plura: igitur ratiōe differunt: ꝛ ſic recte dictuꝫ eſt motum eē actuꝫ entis poſſibilis: ꝛ non entis actu. Hęc ex Themiſtio.

Aue aū. com. 10. ¶ Auerroes autē in cōmēto ꝓbat potentias cōtrariorū eſſe diuerſas: qꝛ potētię ꝯriorum ſunt cōtrarię. **Dubitationes.** ¶ Dubitant iuniores. **Prima.** p̄mo qꝛ dicitur. 5. metaphyſicę. vnam eē potentiaꝫ cōtrariorum: hic vero dicit̄ cōtrariorum contrarias eē potentias. **Scda.** ¶ Secūdo etiaꝫ dubitāt. qꝛ album et nigruꝫ ſunt cōtraria: ꝛ tamē vna eſt potētia ad ambo vel ad mediūꝫ. **Sol. pme** ¶ Iuniores reſpōdent ꝛ eorū reſponſio nō eſt imperita: tamē ad primaꝫ reſpondet Auerro. p̄mo cęli. cōm ēto. 120. vbi vult vnaꝫ eſſe cōtrarioꝝ potentiaꝫ ꝛ eandeꝫ reſpectu ſubiecti remoti: vt māę primę. Diuerſas vero atqꝫ cōtrarias reſpectu ſubiecti proximi: ratiōe cuius ſunt finitę: ꝛ terminatę. **Sol. ſcde.** ¶ Ad 2m reſpondet idem Auerroes in eodē p̄mo cęli. cōmēto. 121. de potentijs ad cōtraria imediata. Inq̄t eniꝫ ꝙ vt impoſſibile eſt cōtraria inueniri in ſimul in actu: ita īpoſſibile eſt inueniri duas potētias ad duo cōtraria. ſ. imediata: ſed potētię ſuccedunt ſibi inuicē: vt cōtraria. hęc Auerroes.

¶ Eſſe igitur hunc atqꝫ rem tunc moueri cuꝫ iſte actus accidit: ꝛ neqꝫ prius: neqꝫ poſteri⁹: perſpicuum eſt. Cuꝫ enim vnūquodqꝫ interdum operetur: interdum non operetur: ceu aedificabile quatenus aedificabile: aedificabilis quoqꝫ ea ratione qua aedificabile aedificatio eſt actus. Naꝫ hic actus: aut eſt aedificabilis aedificatio: aut domus. Sed cuꝫ domus eſt: non vlterius aedificabile eſt id aedificabile: quod q̄dem aedificatur. Neceſſe igitur eſt vt hic actus aedificatio ſit: at aedificatio motus eſt quidaꝫ. Eadem auteꝫ ratio accōmodabitur ꝛ in caeteris motibus id genus.

Expoſitio. ¶ Videt̄ Ariſtoteles p̄mo epylogare definitionē dictaꝫ: ꝛ inq̄t. motuꝫ igitur eſſe hunc. i. actum mobilis atqꝫ rem: tūc moueri cum iſte actus accidit rei mobili: neqꝫ prius: neqꝫ poſterius: perſpicuuꝫ eſt: hic eſt epylogus. Nō contentus vero epylogo: ꝛ narratiōe dicta: adhuc addit rōnem nouaꝫ: ꝛ ꝓbat ędificationem eſſe actum ędificabilis rei quatenus ędificabilis ſit. rei ędificabilis eſt actus aliquis: ꝛ nō eſt illius actus. domus ipſa: qꝛ ipſa p̄ſente ceſſat actus ędificatiōis: igit̄ ędificabilis rei actus ędificatio ē. Tūc addit. ſed ędificatio eſt motus quidam: igitur mot⁹ eſt actus entis in potētia quatenus ī potentia. **Sylls.** ¶ Uirtus totus ſyllogiſmus eē pōt ſic. ędificatio eſt actus mobilis q̄tenus mobile. ędificatio eſt motus: igitur in tertia figura motus eſt actus mobilis quatenus mobile: ꝛ qꝛ ſyllogiſmi in tertia figura oēs ſunt particulares: addit. eadeꝫ autem ratio accōmodabitur ꝛ in cęteris motib⁹ id genus. Per hęc igitur definitio motus ꝑſpicua eſt. **Q̄ō de reactione.** ¶ Circa finez pręſentis capituli quęri ſolet de reactione: quę res ꝑtractata eſt in libro de gn̄atione raptim: nam calculatores circa rem hāc multuꝫ fibrias dilatare ꝯſueuerūt. Eſt pręterea q̄ſtio cōmunis phyſicis ꝛ mathematicis. **Poſitiones** ¶ De quęſito iſto nō paruę extitere poſitiōes: quidam negant reactionē omnino: taꝫ ſm qualitates eaſdē: q̄ꝫ ſm qualitates diuerſas. Alij ꝯcedunt illaꝫ: ꝛ differūt: naꝫ hi ꝑ eaſdem fieri qualitates cōtendūt. hi per diuerſas: ſiūt hinc inde argumēta inumera. Multę imaginatiōes ꝛ caſus: quos enarrare nec eſt vtile: nec facit ad expoſitionē Ariſtotelis: cuius menteꝫ exponere propoſuimus. Dicamus igitur nūc quędaꝫ (q̄cquid in libro de generatiōe dictuꝫ ſit) Non enim ętate hac recuſabo oppoſita ſcribere maxime circa ea: in quib⁹ nulla videt̄ neceſſitas. **Q̄ō def reactio auctoritate.** ¶ Ariſtoteles igit̄ in hoc tertio plane videt̄ cōcedere reactioneꝫ: qꝛ eniꝫ aliqua partiꝫ actu: partiꝫ potētia ſunt: cōcluſit cōplura viciſſim agere ꝛ pati. In libro etiaꝫ de generatione in eo capite. vbi de agere ꝛ pati: diſputat idem ſentire nemo dubitat. Rurſus etiaꝫ in libro eodeꝫ. vbi de mixtura loq̄tur: concludit mixturaꝫ ex eo: qꝛ elementa agūt et reagūt viciſſim. Huic parti fauet Auerroes. 4. metheororuꝫ. cōmēto. 10. vbi argumēto a mixtura idem ſuſtinere videtur. ¶ Amplius tertio de aīa libro. cōmēto. 20. verificans verbuꝫ Alexādri aphrodiſij. inq̄t. ꝛ quam bene

aſſimilat illũ Alexander igni. Ignis eniꝫ eſt innatus alte
rare omne corpus per virtuteꝫ exiſtẽtem in eo: ꝛ tamen
cũ hoc patitur aliquo modo ab eo qđ alterat: ꝛ aſſimilat̃
cum eo aliquo modo ſimilitudinis .i. acq̄rit ab eo formã
igneam minoreꝫ forma ignea alterante. Hec Auerroes:

Rõnes ꝑ re-actione. ꝑma ratio.

e quibꝰ reactionem ſatis bene põt colligere. ℂ Pro hac
parte etiã calculatores ratiões adducũt ſubtiliſſimas: et
experientias ſenſiles. ℂ Primo arguũt: q2 niſi det̃ rea-
ctio: mixtura elemẽtoꝛuꝫ fieri nõ poſſꝫ. Oportet eni oẽs
elemẽtorum qualitates: ſalteꝫ in mixtura remitti: que re
miſſo ſtare nõ poſſet: niſi actio ꝛ reactio elemẽtoꝛuꝫ mu-
tua eſſet. ℂ Scḋo arguũt. corpus calidũ ꝛ corpus frigi-

Scḋa.

dum ita poſſunt approximari: vt calidum ſit actiuitatis
maioris: frigiduꝫ reſiſtentie maioris: per illaꝫ regulam ꝙ
quãto qualitas eſt maioris actiõis: tanto eſt minoris re-
ſiſtẽtie: igit̃ ipſis approximatis erit actio ꝛ reactio: actio
quideꝫ q2 calidum maioris actiõis. Reactio vero q2 fri-
giduꝫ maioris reſiſtentie: ꝛ calidum minoris. ℂ Tertio

Tertia.

arguũt. ſi agens in ipſuꝫ paſſum nõ reageret: tũc oẽ agẽs
in paſſum certe reſiſtẽtie eſſet reſiſtẽtie infinite: quod eſt
impoſſibile: ꝛ cõſequentia ꝓbatur. q2 ſignetur a. agẽs ca-
lidum: ꝛ b. paſſum frigidũ: in quo agat a. Et arguit̃ ſic. b.
paſſuꝫ eſt alicuius certe actiuitatis. ꝛ q̄libꝫ pars ipſius a.
eſt maioris reſiſtẽtie q̃ ſit actiuitas b. ſed aliqua pars a.
eſt in duplo maioris reſiſtẽtie: ꝛ aliqua in quadruplo: et
aliqua in octuplo: ꝛ ſic in infinituꝫ: igitur in ĩfinituꝫ ma-
ioris reſiſtentie eſt ipſuꝫ a. q̃ ſit ipſum b. actiuitatis: ꝛ ita
ipſuꝫ a. erit infinite reſiſtẽtie. Qꝛ aũt quelibꝫ pars ipſius
a. ſit maioris reſiſtẽtie q̃ ipſuꝫ b. actiuitatis: ſcitur ex hoc
ꝙ in nullaꝫ ipſius a. parteꝫ ſufficit b. agere. ℂ Quarto. ſi

Quarta.

per aliquaꝫ partẽ ipſius a. ꝑciſe ſufficeret b. agere: eẽt a.
ipſuꝫ alicuius reſiſtentie: ꝛ ſi ꝑciſe per partẽ in duplo mi-
norem iſta ſufficeret b. agere. eſſet a. in duplo maioris re-
ſiſtentie. ꝛ ſic in infinitũ: igitur ſi in nullaꝫ partẽ ipſius a.
ſufficeret b. agere: a. eſſet infinite reſiſtentie. Sed iam in
nullam parteꝫ a. ſufficit b. agere. igitur vt ſupra. ℂ Qui-

Quĩta.

to. ſi nõ detur reactio: tũc b. ipſuꝫ eẽt nullius actiuitatis.
probat̃. q2 ſi b. in ipſius a. partẽ mediaꝫ ſufficit agere: eẽt
b. alicuius actiuitatis: ꝛ ſi ſufficeret agere in partẽ in du-
plo minoris reſiſtẽtie q̃ eſt medietas ipſius a. eẽt in du-
plo minoris actiuitatis: ꝛ ſic in infinitum: ſed in infinituꝫ
modice reſiſtẽtie eſt aliq̃ pars ipſius a. igit̃ ſi b. in nullaꝫ
ipſius a. partẽ ſufficit agere: nullius potẽtie actiue eẽt b.

Expiẽtie ꝑ reactione.

Hec ſunt argumẽta meliora pro reactiõe. ℂ Pro eodem
ſunt plurime experiẽtie: que nõ poſſunt bona ſuaſiõe ne-
gari. ℂ Prima eſt de carbone ignito: aut ferro in aq̃ fri-

Pria

gida proiecto: vbi pateꝫ ferrũ extingui: ſiue tepefieri: aqua
remanẽte ſenſibiliter calida: qđ fieri nõ põt abſq3 actione
ꝛ reactione. ℂ Scḋa. eſt de glatie poſita in vola manus:

Scḋa.

vbi patet ipſam liqueſcere: manu exiſtẽte ab ipſa frige-
facta: qđ effici non põt: niſi manus per caliditatem egiſ-
ſet: ꝛ glacies reagiſſet. Similis etiaꝫ experiẽtia fieri ſolet
de pomo: qđ in manu calefit: ꝛ ipſaꝫ frigefacit. ℂ Tertia

Tertia.

eſt de vaſculis duris inuiceꝫ percuſſis: quoꝝ vnuꝫ frangit
alterum. ℂ Quarta eſt guttula aque ſuꝑ magnũ carbo-

Quarta

neꝫ ignitũ ꝓfuſa: vbi pꝫ aliquã carbonis partẽ extingui:
ꝛ illam totaꝫ reſolui in vaporẽ: ꝓpter caliditatẽ carbõis.
ℂ Quinta de duobꝰ corporibus denſis: quoꝝ vnum ca-

Quinta.

dat ſuper alteruꝫ: vbi pateꝫ ambo cõdẽſari. ꝛ multe tales
fiunt frequẽter per ſcolas: ꝛ eos q in calculationibꝰ ſcri-
bunt. He ſunt experientie pro reactiõe. he rõnes: ꝛ demũ
he auctoritates. ℂ Ego vero nunc (q̄cquid tunc in libro

Põ ꝓpria.

de generatiõe dixerim) teneo cum peryparheticis vetu-
ſtioribus: ꝙ reactio eſt duplex. poſitiua: ꝛ eſt noue q̄lita-
tis productio: alia eſt priuatiua: que nihil aliud eſt q̃ re-

ſiſtẽtia paſſi: tũc dicereꝫ ꝓ nunc rationem poſitiuam eſſe
impoſſibilem: ꝛ nullibi Ariſtotelẽ attigiſſe: priuatiuam
eſſe neceſſariã in oĩbus agentibus ꝛ paſſis: que in mã cõ-
municant. ℂ Et licꝫ plures poſſint pro poſitione hac ra-

ꝑſuaſio.

tiones adduci: eas dũtaxat fortiſſime moueor: q2 ſi aliqđ
agẽs: vt a. ſufficit agere in b. corrũpendo b. totum: etiam
ſufficit ſe defendere: ne ab ipſo b. patiat̃: aut corrũpatur.
Si q̄dem tãte potentie ſit quelibet pars agẽtis: ꝛ totum
agens: donec pars fuerit in toto. Dicet̃ igitur a. agẽs: ꝛ b.
reagens quatenus b. ipm̃ reſiſtit ipſi a. nõ quatenus im-
primit in ipſuꝫ a. qualitatis q̄cquam. Moueor preterea.
q2 plurime ꝛ moleſtiores q̄ſtiones cõtingunt dicentibus
reactionem: q̃ negãtibus: vt oĩbꝰ patet. ℂ Propter hec

Rñſiões ad rõnes

nũc defendo parteꝫ eoꝝ qui negant reactionem. Ad pri-
mas auctoritates pꝫ ſolutio: omnes eni de reactiõe priua-
tiua intelligũt: ſecus de poſitiua. ℂ Ad ratiões vero. Ad
primaꝫ dici põt ꝙ elemẽta remittũtur in qualitatibus:
ſiue formis agenerãte mixtũ: aut ab iſfluentia celi: ſi mix-
tuꝫ ſit de nouo. Hec eni iſfluẽtia vti agens reducit elẽta
ad tẽperamẽtum: qđ requiritur pro generatiõe mixti de
nouo imediate ex elemẽtis. Hoc autẽ teſtantur aſtrono-
mi: qui predominãtibus varijs celi cõſtellationibus va-
ria mixta predicũt ventura: qđ pro tãto eſt: ꝓ quãto cõ-
ſtellatio mouet elemẽta ad locum generatiõis: ꝛ illa re-
ducit ad tẽperationem req̄ſitam ad generationeꝫ portẽ-
ti mixti. ℂ Ad 2ᵐ quere reſponſioneꝫ in libro de gñatio-
ne: poteſt tamẽ pro modo dici: ꝙ oĩs qualitas eſt equalis
actiõis ꝛ reſiſtẽtie: licꝫ per accidẽs ex parte mãe ſit con-
trariuꝫ: vt calidũ eſt tante reſiſtẽtie: quante actionis per
ſe: ſed q2 eſt in mã rara per accidẽs eſt minoris reſiſtẽtie:
ꝛ ita negatur ſuppoſitio: ꝛ omnes rõnes que ſuppoſitio-
nem ꝓbant. valent ad cõcludẽdum qualitateꝫ maioris
actionis eẽ minoris reſiſtẽtie per accñs ratiõe ſubiecti ꝛ
materie. ℂ Ad 3ᵐ negat̃ cõſequentia. Et ad rationẽ que
eſt: ꝙ tũc agens principale eẽt ĩfinite reſiſtentie: negatur
iteruꝫ cõſequentia. Et cũ arguitur ponẽdo ꝙ a. ſit agẽs: ꝛ
b. paſſuꝫ alicuius certe actiuitatis: ꝛ quelibet pars eſt ma-
ioris reſiſtẽtie q̃ totum b. negatur hoc: imo in infinitum
mioris reſiſtẽtie eſt aliqua pars a. q̃ b. Et cum arguitur.
in nullaꝫ parteꝫ ipſius a. ſufficit b. agere: igitur vt ſupra.
Iterũ negatur cõſequẽtia: ꝛ cauſa eſt: q2 non ſolum pars
ipſius a. reſiſtit: ne b. agat in aliquã parteꝫ ipſius a. ſed ẽt
totum a. ſed argumẽtuꝫ valeret: ſi ab aliqua ipſius a. ꝑte
remoueatur iuuamẽtuꝫ ipſius a. ꝛ cuiuſlibet alterius: et
tunc nõ eſt dubium ꝙ in aliquaꝫ ipſius a. parteꝫ b. ſuffi-
ceret agere. ℂ Ad 4ᵐ dici poteſt ſimilr̃: ꝙ b. in nullam
ipſius a. parteꝫ ſufficit agere: nõ q2 illa pars per ſe ſit ma-
ioris reſiſtẽtie q̃ b. actionis: ſed virtute totius defenden-
tis ſe: ꝛ qđlibet ſui: ꝓpterea ratio nulla eſt. ℂ Similr̃ ad
quintaꝫ. b. n. eſt alicuius actiõis reſpectu agẽtis ad qđ hꝫ
proportionem maioris inequalitatis: nõ licꝫ ad partem
ipſius a. habeat taleꝫ ꝓportionem: rõne totius nõ habꝫ.

Sol. experientiaꝝ.

Hec ad rõnes. ℂ Ad experiẽtias. Ad ꝑmam ſaluareꝫ il-
lam per exhalationes cõtentas tã in aqua q̃ in ferro: he
eniꝫ exeunt ꝛ aſcẽdũt in aqua: q2 leues ſunt appetẽtes lo-
cuꝫ ſurſuꝫ: que cũ non ſufficiant bene diuidere aquã: mi-
ſcentur ad certum tẽpus cũ ipſa: ꝛ ꝓpterea aqua tactui
apparet calida: licꝫ in veritate ſit frigida: erit igit̃ actio in
ferrũ ab aqua ꝓficiſcens: nõ autẽ reactio a ferro in aquã:
ſic igit̃ ſine reactione ſaluari poteſt hec experientia. Hec
reſpõſio eſt ad mẽtem Auerro. 2. de anima. cõmẽto. 115.
ℂ Ad 2ᵐ de glatie ꝛ pomo: ego ſaluareꝫ eaꝫ per reactio-
nem factaꝫ ab anima mediãte ſpiritu. Imaginor eni gla-
tiem manũ frigefacere: deinde aĩa trãſmittit ſpiritus no-
uos: ꝛ agit in glatieꝫ tepefaciẽdo illam: ꝛ tunc ampliꝰ nõ

reagit glacies: ⁊ ita nõ eſt actio ⁊ reactio ad vnũ nunc ſimul: ſed cum glacies agit manus nõ reagit: ſed poſtea cũ anima mediante ſpiritu agit in glaciẽ: tunc glacies amplius nõ reagit. ¶ Ad tertiam de vaſculis dici poteſt ꝙ talium vaſoꝝ vnum non frangit alterũ merito actionis mutuę vnius qualitatis in aliã: nec merito duritieĩ: quia durities vnius nõ agit in duritiẽ alterius: fortaſſe enim ab aere frangiẽ in medio eoꝝ fracto. ¶ Ad 4.^am de carbone ſolitus eraꝫ dicere. ꝙ carbo per ſui caliditateꝫ alterat guttam: gutta vero q̃ grauis eſt: ⁊ denſę ſubſtãtię obſtruit poros carbonis: per quos exhalatio fiebat humidi ſubtilis: qua ratiõe eius euentatio prohibeẽ: ⁊ inde in ea parte carbo extinguiẽ. ¶ Ad vltimã dici poteſt. vt. s. ad illud de ouris. Hęc ſunt quę nũc mihi videntur. ꝙ ſi alr̃. aliter apparebit: etiã aliter dicere nõ recuſabo: nec volui colligere in tã graui q̃õne plura: nã inũeri ſũt ſcriptores.

¶ Quare autem recte dictum ſit: perſpicuum eſt: ⁊ ex his quae de ipſo alij dixerunt: ⁊ ex eo q̃ non facile eſt aliter ipſum definire: neqꝫ enim motum: mutationẽue alio in genere collocare quis poterit: neqꝫ qui aliter de ipſo ſenſere: recte dixerunt: reꝫ hanc ita eſſe: cõtemplantibus perſpicuuꝫ eſt: naꝫ alij ipſum alteritateꝫ definierunt. Alij inaequalitateꝫ. Alij non ens motuꝫ ipſuꝫ eſſe dixerunt: at nihil prorſus: ſiue ſit alterum: ſiue inaequale: ſiue non ens moueri neceſſe eſt.

Expō. ¶ Quid velit nunc facere Ariſto. non eſt facile. Expoſitor

ꝑ expō. vult Ariſtoteleꝫ hactenus motus definitionẽ directe cõpoſitione diuiſioneue declaraſſe. ¶ Eandem ⁊ nũc indirecte Ariſtotelẽ rurſus declarare exponit. Eſt aũt (vt inquit) hęc declaratio indirecta: ⁊ ex eo q̃ alij nõ recte definierũt: ⁊ ex eo q̃ nõ poteſt aliter facile definiri: cuꝫ mo-

Expō aꝗ. coṁ. ix. tus eſſe nõ poſſit alio in genere: q̃ in genere actus. ¶ Et licꝫ hęc expoſitio videẽ pulchra: tamen Auer. aliter exponere videt: vbi debes ſcire ꝙ triplex eſt definitio: vna ꝑ ſe nota: ⁊ hęc eſt petitio: vt in geometria punctus eſt: cuiꝰ pars nõ eſt: ⁊ cęterę id genus: alia prorſus ignota: vt definitio aię: quę ſyllogiſmo colligiẽ: aut quo declaratur definituꝫ ⁊ definitionẽ eſſe: aut alteruꝫ horum tñ. Alia ẽ definitio partiꝫ nota: partiꝫ ignota quaſi media: ⁊ hęc dclarari ſolet cõpoſitione ⁊ diuiſione: atq̃ loco a ꝯrio. Vult igitur Auerro. ꝙ Ariſtoteles cuꝫ declarauit definitionẽ motus cõpoſitione ⁊ diuiſiõe: eaꝫ nũc declarat loco a cõ-

Alia expō trario: e quo inferre vult motũ eſſe actum entis in potẽtia vt in potẽtia. Hęc eſt expoſitio Auerro. ¶ Ego vero dicerem definitiões tales ſolere colligi: aut ꝯpoſitione ⁊ diuiſione: aut loco e ꝯtrario: aut loco e cõtradictorio. hactenus Ariſtoteles declarauit motus definitione diuiſione ⁊ cõpoſitione: nũc loco e cõtrario: atq̃ e contradictorio eãdem declarare intentat. Et hoc ꝓponit in h textu: ⁊ inq̃t. ꝙ aũt recte dictum ſit ꝙ motus eſt actus ⁊ reliqua: perſpicuũ eſt: ⁊ ex ijs quę de ipſo alij dixerunt: ⁊ h quo ad locuꝫ a cõtrario: ⁊ ex eo q̃ nõ facile eſt ipſum aliter hoc eſt per aliud genus: ⁊ alias differẽtias definire: et hoc quo ad locũ a cõtradictorio. Hęc duo declarat: ⁊ primo locum e cõtradictorio: ⁊ inquit. neq̃ eñ motum mutationẽue alio in genere. ⁊ ſubaudi cum alijs differentijs collocare q̃s poterit: eſt igitur ratio. motus nõ eſt in alijs generibus cuꝫ alijs differẽtijs: igitur bene dictũ eſt: deinde locũ a cõtrario: ⁊ inq̃t. neq̃ qui aliter de ipſo ſenſere: recte ſenſere: qḋ pluribus vijs explanat: primo (vt recte expoſitor ait) ex parte ſubiecti. Narrat tamẽ antea tres definitiones: naꝫ alij voluerũt motuꝫ eẽ alteritatẽ. argumẽto ꝙ oẽ quod moueẽ aliter ſe habꝫ nũc ⁊ prius. Alij ipm eſſe inęqualitatẽ cõdũt: eo q̃ quod moueẽ ſemꝑ magis ac magis in terminum tendit. Alij ipſuꝫ dixerũt eſſe non ens: ea ratiõe q̃ omne qḋ mouetur: ad id mouetur: quod non habꝫ. ¶ Cõtra obijcit Ariſtoteles primo ex parte (vt dixi) ipſius ſubiecti qḋ mouetur. Naꝫ ſi motus: aut alteritas: aut inęqualitas: aut nõ ens eſſet: omne id moueret qḋ eſſet alterum ab altero: aut inęquale: aut nõ ens. Cuius cõtrariuꝫ docet experiẽtia: eſt eñi inter me ⁊ equum alteritas: nõ tamẽ cõtinuo moueor. Rurſus denarius quinario inęqualis eſt: non tamẽ cõfeſtim moueẽ. Ampliꝰ pugna nautica eſt nõ ens: nemo tamẽ eam moueri fatebiẽ. ¶ Nolo te ignorare Themiſtiuꝫ nõ de tota definitione exponere textuꝫ: ſed de genere dũtaxat: ⁊ ita velle videẽ ꝙ Ariſtoteles ꝓbet motum eẽ in genere dicto bene conſtitutum. Cui verba gręca ſatis ſonare videnẽ: ait eniꝫ Ariſtoteles: neq̃ eniꝫ motũ mutationẽue alio in genere collocare quis poterit: ⁊ nihil differẽtiaꝝ meminit. Aue. Tho.

¶ Sed hęc expoſitio nõ placet. q̃ tũc ratio Ariſtotelis nulla eſſet: ꝓbat eñi motuꝫ nõ eſſe alteritateꝫ: neq̃ ęq̃litatem: neq̃ nõ ens: q̃ tũc omne alteꝝ: vel inęquale: vel non ens moueret. Modo ſi ſenſus eẽt de genere: rõ nulla eſt: q̃ animal genus eſt hominis: nõ tñ oꝫ ꝙ omne qḋ eſt animal ſit hõ: ita dicaꝫ genus motus eſſe alteritatem nõ ꝓpterea oportebit omne alterũ moueri: quare rectiꝰ verba hęc ad definitionem ſunt referẽda: vt nos diximꝰ. Quid aũt velit Themiſtius: ignoro. Confutatio.

¶ Inſuper etiam mutatio ipſa nõ in haec.

Expoſitio. ¶ Secũdo (vt placet expoſitori) idẽ ex parte termini ad quẽ declarat: q̃ motus ⁊ mutatio nõ eſt magis in alteritatem: q̃ in ſimilitudinem: neq̃ magis ad ineq̃litatẽ: q̃ ęq̃litatem: neq̃ magis ad nõ eſſe q̃ ad eſſe: vt dicemus in. 5. ⁊ per ꝯſequens ꝗs non magis definiẽdus erit: q̃ oppoſitis hoꝝ. ⁊ hoc inq̃t. Inſuper etiaꝫ mutatio ipſa nõ. in hęc ſubaudi magis eſt: q̃ in hoꝝ oppoſita: igiẽ nõ magis per hęc definienda eſt: q̃ per oppoſitam.

¶ Etiam non magis ex ijs eſt q̃ ex oppoſitis.

Expoſitio. ¶ Idem ex parte termini e quo ꝓbare videẽ: nam vt motus eſt ex alteritate: inęqualitate: ac nõ ente: ita ẽ ex ipſorum contrarijs ſimilitudine: ęqualitate: ac ente: ⁊ ita non magis per hęc q̃ per illorum oppoſita motus definiendus erit. hę ſunt tres rationes.

¶ Cauſa vero cur in ijs ipſuꝫ poſuerũt eſt: q̃ motus ipſe indefinitũ quid eſſe videtur: nam alterius ſeriei principia: argumẽto ꝙ ſunt priuatiua: indefinita ſunt. Propterea nihil ipſoruꝫ: aut hoc aliquid: aut tale: aut caeteroꝝ generũ quaꝫ eſt praedicamentorum.

Pythagorę.

Quę formę.	Series.	Quę priuationis.
Impar.		Par.
Finitum.		Infinitum.
Dextrum.		Siniſtrum.
Maſculum.		Femininum.
Quietum.		Motum.
Rectum.		Curuum.
Quadratum.		Altera parte lõgius.
Intellectus.		Opinio.
Unum.		Multa.
Lumen.		Tenebrę.

Expō. ¶ Cōfutatis his: nunc redit ad motiuum: quo veteres ea dicere de motu inducti ſunt: ⁊ hoc ꝓponit dicens. cā vero cur in ḡa q̄ diximus inēq̄litate. videlȝ. alteritate: ⁊ nō ente ipm motū poſuerūt eſt: q2 motus ipſe idefinitus qd eſſe videt̃. Qua ratiōe pythagoras eū ponit in ſerie ꝑuationis: ⁊ nō formę. Ponit eni pythagoras duas ſeries: ſiue duo ꝑdicamēta: alterius ꝑtinens ad formaȝ: in quo ponit deceȝ: vt patet. Alteꝝ pertinēs ad ꝑuationē: in quo ēt decem cōſtituit. Primū ordinem vult eſſe determinati atqȝ definiti: q2 in illo nihil ponit̃ priuatiui. Scđm vero ponit indefinitoꝝ: q2 eſt ꝑuationis: ꝓpterea inq̄t. nam alterius ſeriei ꝓncipia argumēto ꝙ ſunt ꝑuatiua omnia quę in ea ponūtur. indefinita ꝓhibētur. propterea nihil eoꝝ quę in tali ordine ponūtur. eſt hoc aliqd: ſiue ſubſtātia: ſiue tale: aut q̄litas: aut cęteroꝝ aliquod predicamētoꝝ. Motus igit̃ ꝓpter hęc i illis cōſtitui vr̃. ¶ Auer.

Que Auer. reſoluit ſyllogiſmū antiquoꝝ in duas ꝓpoſitiones negatiuas in ſcđa figura ſic. nulla priuatio hȝ definitionē: motus nō hȝ definitionē: igitur motus eſt priuatio. vult mō Auerroes ꝙ ambę illę propoſitiones ſint falſę: naȝ ⁊ motus habet definitioneȝ: vt viſum eſt: ⁊ priuationes etiaȝ aliqua ex parte deſcribi ſolent.

¶ Motus autē vt indefinituȝ qd eſſe videat̃: cauſa eſt ipſuȝ: nec inter res poteſtate: nec inter res actu ſimpliciter eſſe. Naȝ neqȝ id qđ eſſe poteſt quātum: neqȝ id qđ actu eſt quantum neceſſario mouetur.

Expoſitio. ¶ Nunc aſſignat aliaȝ cauſaȝ cur motus quid indefinitū videt̃ eē: nam rerum differētię ſunt actus ⁊ potentia: his eniȝ duab⁹ differētijs res ipſę definitę eē vidētur: quare eę indefinitę habebūtur: quę nec ad latus actus: nec ad latus potētię poni poſſunt: ſed motus nec eſt actus: nam tūc quicq̄d eſſet actu q̄ntuȝ moueret̃ quātitate: neqȝ ē potentia: q2 tūc omne potētia quātum moueret̃ ſm q̄ntitatem: igit̃ in 2ª figura motus indefinitus quid vr̃ eē.

¶ Motus igitur actus quidam eſſe videt̃: imperfectus tamen. Cauſa autem q2 ipſuȝ poſſibile: cuius ipſe motus actus eſt: imperfectum exiſtit.

Expoſitio. ¶ Hactenus ꝙ motus nō ſit ſimpl'r actus: nec ſimpl'r poteſtas: etiā auctoritate veterū ſyllogizauit: nunc ꝙ ſit q̄ſi mediū inter hęc: infert: ⁊ inq̄t. Motus igitur actus q̄daȝ eſſe videt̃: imperfectus tamē: ⁊ ſic videt̃ eē quaſi mediū: huius rōnem nāciſcitur ex parte ſubiecti qđ mouet̃: ⁊ inquit. q2 ipſuȝ poſſibile moueri: cuius ipſe motus actus ē: imperfectū q̄d exiſtit: igitur ⁊ motus quo illud mouet̃: ēt mediū eſt inter poteſtatē puraȝ: ⁊ actū purum. Legi autē in gręco liraȝ hanc illatiuaȝ: q2 ēt vis copulationis apud gręcos nōnūq̄ȝ vim habet illatiuam.

¶ Qua etiam de cauſa viſuȝ eſt cognitu difficile accipere qd nā ſit ipſe: quādo neceſſe ſit: aut in his euȝ conſtituere quae priuatiōe ſūt: aut in his quae poteſtate: aut in his q̄ ſimpl'r actu ſunt: quoꝝ q̄dem nulluȝ poſſe eſſe videtur. Reſtat igit̃ modus quē antea diximus vt actus ſit q̄dam: talis. videlȝ actus: qualeȝ diximus: qui cognitu quidem difficilis ſit: poſſibilis tamen eſſe.

¶ Quia de conditionibus bonarum definitionum: vna eſt vt per ipſaȝ habeatur quanta ſit rei difficultas: vt in quarto huius dicemus. Nūc poſtq̄ȝ definitioneȝ ipſi⁹ motus attulit: docet quāta ſit eius difficultas. Hęc autēȝ accipitur ex parte generis: naȝ motus primo aſpectu videt̃ collocari: aut in genere eoꝝ quę priuatiōe ſunt: aut in genere eorum quę actu: aut quę poteſtate. At in rei veritate in nullo horum eſſe poteſt: cuȝ neq̄ȝ ſit actus purus: neq̄ȝ poteſtas pura: neq̄ȝ priuatio pura: quā veteres credidere dicentes: ipſaȝ eſſe inęqualitateȝ: vel aliud tale. Hic non parua nobis emerſit definitiōis difficultas. Propter hęc concludit quis ſit: ⁊ inq̄t. Reſtat igitur modus queȝ antea diximus: vt actus ſit quidaȝ: talis videlȝ actus: qualem diximus impfectum: qui ſit cognitu difficilis: poſſibilis tamen eē in reruȝ natura: qđ addit ꝓpter Zenoneȝ ⁊ Parmenideȝ: qui motuȝ ſimpliciter abnegarunt: dicētes nihil poſſibile moueri: vt in ſexto dicemus. ¶ Auer. Que cō. com. 15. autem in calce cōmēti declarat. vnde motus fuit cognitu difficilis: ⁊ inuit talem diſtinctioneȝ ꝙ duplex eſt difficultas: vna ex parte rei: altera ex parte noſtra. Motus eſt difficilis ex parte rei. Primo. q2 eius natura imperfecta eſt. Secūdo. q2 habȝ non nihil potentię: quę res fuit cauſa difficultatis apđ antiquos: nō tamē eſt impoſſibilis cognitu: quę vero ſint difficilia ex parte noſtra: in ſecundo metaphyſicę quęre.

¶ Mouet̃ autem omne mouens: veluti diximus: ⁊ quod eſt poteſtate mobile: ⁊ cuius imobilitas q̄es eſt. Cui nāq̄ȝ motus ineſt: ei⁹ imobilitas quies eſt: Naȝ mouens ipſuȝ: qđ quideȝ tactu agit: agens eſt in hoc q̄tenus tale: quare etiaȝ ſimul patitur.

Expō. p̄ma expō Confutatio. Expō al. com. 16. ¶ Nōnulli volunt Ariſtotelem nunc ipſius motus ſubiectum inueſtigare: qđ quidem non placet: q2 ex ipſi⁹ motus verbo patet. ¶ Auerroes vero in calce cōmēti vult motus eſſe duas definitiones: alteram quā formalem vocat: de qua diximus ipſuȝ eſſe actuȝ entis poteſtate vt tale. altera materialem: quę eſt. motus eſt actus mobilis: vt mobile: hę (vt dicit) differūt: nam hęc ſecūda notior eſt: notius eniȝ eſt mobile: q̄ȝ ens in potētia: prima eſt formalior: q2 indicat magis naturaȝ ſubiecti motus: eſt eni ens in potentia: veluti defini⁹io mobilis. Auerroes itaq̄ȝ vult Ariſtoteleȝ nunc velle colligere materialem definitionem: ⁊ hanc per illam demōſtrare: quādo hęc vt paſſio habeatur. Illa vt medium ⁊ cauſa. ¶ Ego vero cum Themiſtio ſentio: qui vult Ariſtotelem retractare atq̄ȝ reſumere idem: ⁊ eādem definitionem ſub clarioꝛib⁹ verbis. Et ſupponit primo. omne mouēs moueri: ſeruatis tamen duabus conditionibus. Prima ꝙ ſit poteſtate mobile: defectu cuius primus motoꝛ mouet: ⁊ non mouet̃. Secūda. ꝙ eius imobilitas quies ſit: quod explanat dicens: cui nāq̄ȝ motus ineſt: eius imobilitas quies eſt: ꝓpter hoc puncti ⁊ poloꝛuȝ imobilitas non dicitur quies: eis motus non ineſt. Oppoſita enim apta ſunt fieri circa idem: eſt igitur ſuppoſitio. omne mouens qđ potentia eſt mobile: ⁊ cuius imobilitas eſt quies: in mouendo mouetur. Addita autēȝ eſt hęc ſecūda conditio non ad neceſſitatem: ſed explicationem primę. Syllogizat ſuppoſitionem ſic. omne agens in aliquid cum quo cōmunicat in materia: in mouendo mouetur: omne mouens eſt agens tale: igitur omne mouens in mouendo mouetur. De ratione primo ponit minoꝛem: ⁊ inquit. nam mouens ipſuȝ: quod quidem tactu ⁊ cōmunicatione materię agit: agēs eſt in hoc: quatenus tale cōmunicans in materia: deinde addit quaſi concluſioneȝ dicens: quare etiam ſimul patitur: ⁊ in mouendo mouetur. Hęc eſt ſuppoſitio. Quo

vero ad verba attinet: mouēs ⁊ agens: q̄uis verbo grę‑co in infinitiuo modo legantur: ad nos veniunt nonnū‑quā per participia: vt etiā participia pro infinitiuis tē‑poribus ⁊ modis. Et hęc eſt cauſa vt multi textum non intelligant: nimia namq̧ verborū obſeruatione: ſenſus plerūq̧ ab oculis abeſt. (Que ab. com. 16.) ❡ Auerroes autem quāq̧ (vt pace ſua loquar) textum hunc non intellexit: ob malas quas habuit tranſlationes: addit nonnulla vltra textus ſenſum. Primū cur Ariſtoteles addit ſecūdam condi‑tionē. videlz. ⁊ cuius imobilitas quies eſt: hoc eſt cuius ceſſatio a motu mouentis ſit vera quies: quoniam vera quies non competit: niſi corporibus: ppterea neq̧ habi‑tus vt formę in mouendo mouent̄: neq̧ potentię vt ſen‑ſitiuę cōmunia mouentur: quādo mouent ſenſus. Scdm̄ q̧ Ariſtoteles adiecit primam conditionem ppter cor‑pora cęleſtia: quę mouent: ⁊ non mouentur. q̄ non com‑municant cū hs quę mouent in materia. Et ex hs vult tertio. q̧ mouēs non mouetur: quatenus mouet: ſ; qua‑tenus eſt ens mobile. ⁊ id cuius ꝗes eſt imobilitas.

❡ Quocirca motus actus eſt mobilis quate‑nus mobile.

(Expō.) ❡ Nunc ex ſuppoſitione concludit definitionem ſecūdā motus hoc modo. motus per ſuppoſitionē eſt actus mo‑uentis: non quatenus mouens: ſed quatenus ens potētia moueri: igitur eſt primo ⁊ per ſe actus mobilis vt mobi‑le. (Syllo.) ❡ Unde videtur quaſi ſyllogiſmus eē iſte. motus eſt actus entis in potentia q̄tenus mobile. Mobile eſt ens in potētia. igitur motus eſt actus mobilis quatenus mo‑bile. Hęc enim definitio ex dictis hunc in modum dedu‑ci poteſt. (Que themiſtius.) ❡ Themiſtius autem duas perſoluit dubita‑tiones. pma eſt ad ſuppoſitionē: ſecūda eſt ad definitio‑nem. (Dubita. prima.) ❡ In ſuppoſitione quidē acceptum eſt rem oēm quę de poteſtate ad actum egreditur eē oportere in mo‑tu: quod quidē falſū eſſe hoc patet exemplo. naz arbor quę a dextris eſt poteſtate: ſi ad leuam me contulero: de poteſtate quidem ad actū mutatur: non ideo tamē mo‑uetur. (Solo.) ❡ Solutio eſt (vt Themiſtius inuit) q̧ ea ſup‑poſitio in abſolutis: ⁊ non relatiuis locū habet. cuius cau‑ſam affert: q̄ in relatiuis non eſt actus procedēs de im‑perfecto ad perfectū: ſed ſubito ⁊ momento: in abſolu‑tis vero eē poteſt cuiuſmodi actus: ppterea q̧ in abſolu‑tis deducitur de poteſtate ad actum mouetur: arbor au‑tem non deducitur: quatenus res abſoluta eſt: ſed quate‑nus relatiua. (Secda dubitatio.) ❡ Secūdo dubitatur. q̄ videt̄ Ariſtote‑lem per ęque ignotum motum ipſum definiſſe. ſunt enī (Solo.) motus ⁊ mobile ęque ignota. ❡ Cuius rei ſolutionē af‑fert. motum ⁊ mobile eē ex eorum numero quę alio re‑feruntur. Relatiua autē aliter definiri nō poſſunt: ⁊ tu in‑telligas hęc relatiua eſſe ſm̄ dici: aliter ſibi contrarius eſſet in pma reſponſione. Hęc a Themi.

❡ Accidit autē hoc ipſius motiui tactione: vt videlz ſimul patiat̄: naz ſemper id qḋ mouet formā aliquam habere putat̄: aut ſubſtātia‑lem: aut qualitatis: aut quātitatis: quae ꝗdē principium ſit ac cauſa motus cum mouet: ceu actu homo ex poteſtate. homie facit ho‑minem.

(Expō.) ❡ Quia accepit mouens ipſum per accidēs moueri: nūc id pbat ⁊ exponit: vnde ſibi moueri accidat: ⁊ inquit. ac‑cidit autem hoc. videlz vt ſimul patiatur: ipſius motiui tactione: quā habet ad rē: quā mouet. Cuius rei cauſam affert: q̄ ſemper id quod mouet: formā aliquam habet alicuius pędicamēti: quę quidem principiū ſit motus: ceu actu. homo ex poteſtate homine. puta ſemine huma‑no facit hoīem: ob formā quā habet. ❡ Ex his duo pa‑tent: vt qḋ mouens per ſe moueat: q̄ per ſe formā hab; quę eſt principium ⁊ cauſa motus: ⁊ qḋ per accidens mo‑ueatur: quatenus mouet tactu. Et ita recte dictū eſt mo‑uens per accidēs moueri. ❡ Sunt quidā qui rem hāc (Secus per.) intelligunt: vt omne mouēs per cōtactum agat ⁊ patiat̄ a paſſo reactiōe ⁊ paſſiōe poſitiua: vt ſi a. agēs in b. agat calefaciendo: ab ipſo b. patitur frigiditatē. ❡ Hoc autē (Confutatio.) confutauimus ſupra: per id qḋ diximus. q̧ omne agens potēs aliquod paſſum corrumpere: poteſt ſe ⁊ quodlibet ſui defendere. Etiā per hoc q̄ quātę potentię eſt totū eſt pars dū eſt in toto. Ariſtoteles etiā in octauo huius ex propria intētione probat q̧ agens non mouetur a paſſo: nec vniuoce: nec ęquiuoce: vt etiā Auerroes ibi. cōmēto. 28. exponit. ❡ Propterea videt̄ mihi Ariſtotelem nihil (Sua expō.) plus voluiſſe: niſi q̧ omne mouens corporeū quod tactu mouet: mouet̄ non quidem ea ſpecie motus qua mouet: ſ; quaſi analogo: quatenus ꝯducitur de poſſe mouere ad actum motionis. ⁊ hęc eſt expoſitio recta gręcorū oliz. De his hactenus.

❡ Hinc patet id qḋ dubitat̄ motum. vz. ineſſe rei quae mouet̄: quādo actus ſit ipſius: atq̧ ab eo qḋ motiuū eſt. Motiui quoq̧ actus non alius eſt: ambo namq̧ actum eſſe opor‑tet. Eſt eni motiuū ꝗdem quatenus poteſt. Mouēs vero quatenus agit: modo ſit actiuū circa rem mobilem: quare ſimili ratione am‑borum actus eſt.

❡ Remouet dubia ex modo declaratis: ⁊ procedit reſo‑lutorie: quęret enim prius aliquis. vtr̄ motus ſit in mo‑uente: an in re quę mouetur. Reſpondet ex dictis. ⁊ inqt. (Expoſitio.) hinc patet id quod dubitatur. videlz. motū ineē rei quę mouetur vti ſubiecto. Colligitur autem hoc ex eo q̧ rei mobilis actum probauimus eē: ⁊ ab eo quod motiuum eſt. ❡ Sed vlterius dubitabis. an motus ſit alius actus quatenus eſt ipſius motiui: ⁊ alius quatenus eſt ipſi⁹ rei quę mouetur. Reſpondet. motiui quoq̧ actus nō alius eſt: q̄ quatenus eſt rei quę mouetur. Amborum namq̧ actum eſſe oportet. ❡ Sed dices: vtrum motiuū ⁊ mo‑uens idem ſint: cui reſpondet. Eſt enim motiuum qui‑dem quatenus poteſt. Mouēs vero quatenus agit: mo‑do ſit actiuum eius rei: quę ſit in re mobili. ❡ Propte‑rea infert. quare ſimili ratione amborū actus eſt: videli‑cet. ⁊ motiui ⁊ mobilis. Adiecit. modo ſit actiuū circa rē quę mouetur: quia mouens non eſt abſolute agens: ſed eſt agens circa rem mobilem.

❡ Quemadmodum namq̧ vnius ad duo: ⁊ duorum ad vnum ſpacium idem eſt: ⁊ aſcē‑dentes ⁊ deſcendentes idem peragunt. Sūt enim haec ſubiecto quidem vnum: ratiōe ta‑men non vnum: ita etiam in mouente ⁊ mo‑to vnus eſt motus.

❡ Rem hanc duplici ab exemplo approbat. Primū eſt (Expō.) in proportione: proportio enim vnius ad duo: ⁊ duorum ad vnum: eſt eadem re atq̧ ſubiecto: ratione vero non eadem: nam vnius ad duo ſubdupla eſt: duorum ad vnū dupla. Secūdum eſt in itinere: idem enim eſt ſpatium

quod peragrat aſcendens: ⁊ quod peragrat deſcendens: ratione tamen eſt non vnum: nam primus aſcenſus: ſecundus deſcenſus eſt: igitur vnus eſt actus motiui ⁊ mobilis: ſed vt a motiuo dicitur mouere ſeu agere: vt in mobili eſt moueri ſeu pati.

Dubitatio. ¶ Sed dubitant iuniores quonam modo aſcenſus ⁊ deſcenſus ſint vnus motus ſubiecto: ⁊ differunt ratione. Hoc enim eſſe non poteſt: quia ſunt contrarij.

Sol. iunio. ¶ Tandem volunt vt littera legatur: de receſſu ⁊ acceſſu: nam vnus idemqꝫ motus eſt: qui ad a. eſt receſſus: ad b. acceſſus.

Confutatio. ¶ Sꝫ iſti ſunt penitus ignari: non enim licet ignorantibus grecas litteras: corrumpere textum grecum. Grece enim ſic habetur ⁊ hanantes ⁊ catantes: hoc eſt ⁊ aſcendentes ⁊ deſcendẽtes: ſubaudi tu idem peragunt ſpatiũ: ⁊ non de motu: ſed de ſpatio. de quo paulo ante exemplum precеſſerat: Ariſtoteles loquitur. Modo ſpatium eſt vnum ⁊ idẽ ſubiecto: vt Themiſtius inquit. quo aſcenditur ⁊ deſcenditur: licꝫ ratione non idem: ſed diuerſum aſcenſu ⁊ deſcenſu: pleruqꝫ namqꝫ tales dubitationes ex malis tranſlationibus proficiſcuntur: que grecas litteras deguſtantibus leues eſſent.

¶ Habet autem dubitationem logycã locus iſte: forſitan enim neceſſe eſt aliquem alium actum eſſe actiui ⁊ paſſiui: qui quidem huius ſit actio: illius paſſio: ſit quoqꝫ opus ⁊ finis: ſed huius quidem actio: illius paſſio.

¶ Uult diſputare queſtionem. vtrum agere ⁊ pati: ſiue mouere ⁊ moueri ſint vnus motus: ⁊ in quo ſint vt in ſubiecto: ante tamen ꝙ dubitationeꝫ proſequatur: petit eſſe actum quendam alium: ſiue cõmunem actiui ⁊ paſſiui: qui quidem ⁊ ſit huius agentis actio: illius patientis paſſio: ⁊ ſit etiam opus ⁊ finis: ſed huius actio vt agentis: illius paſſio vt patientis. Hec eſt ſuppoſitio: quã non alio probat: ſed ex dictis vult patere.

¶ Quoniam igitur ambo motus ſunt: ſi quidem diuerſi: in aliquo ſunt. Aut itaqꝫ in patiente ⁊ eo quod mouetur: aut actio quidem eſt in agente: paſſio vero in patiente. Nam ſi oportet hanc nũcupare actionem: equiuoce erit.

Expoſitio. ¶ Proſequitur dubitationem. in qua vnum ſuppoſuit: nunc duo alia innuit eſſe ſupponẽda: que complicate ſumit: vt ꝙ actio ⁊ paſſio ambe ſint motus: ⁊ ꝙ ſiue diuerſi motus: ſiue vnus: in ſubiecto aliquo ſint. Tunc vult habere hanc diuiſionem: aut actio ⁊ paſſio ſunt diuerſi motus: aut vnus motus. primo diſputat an ſint motus diuerſi: ⁊ poteſt fieri talis ſubdiuiſio: ꝙ vel ſunt ambo in patiente: aut ambo in agente: aut actio in agente: et paſſio in patiente: aut econtra paſſio in agente ⁊ actio in patiente. Hec ſunt omnia membra diuiſionis: ſi ſint motus diuerſi: horum membrorum duo ſumit: tertiuꝫ cõfutat tãꝙ manifeſte falſum: quartum confutauit: ꝙ enĩ ambo motus non poſſint eſſe in mouente ſiue agente: iã patuit paulo ante: diſputat alia: ⁊ inquit. Quoniam igitur ambo motus ſunt: ſubaudi. aut vnus aut diuerſi: ſi quidem diuerſi. in aliquo ſunt. aut itaqꝫ in patiente ⁊ eo quod mouetur ambo ſunt: aut actio quidem eſt in agente: paſſio vero in patiente. Refellit membrum tacitum dicens: nam ſi oportet hanc nũcupare actionem que eſt paſſio poſita in agente: ⁊ illam paſſionem: que eſt actio poſita in patiente: hoc eſt ſi econtra actio in paſſo: ⁊ paſſio in agente ſint: equiuoce erit: non per proprias rationes: ⁊ appellationes. De quattuor igitur membris duo reſtant diſputanda: an videlꝫ actio in agente: ⁊ paſſio in patiente: an ambe in paſſo ſint.

¶ At ſi hoc ſit: motus in mouente erit. Eadeꝫ enim eſt ⁊ in eo quod mouet: ⁊ in eo quod mouetur ratio. Quare aut omne mouẽs mouebitur: aut aliquid motum habens nõ mouebitur.

¶ Incipit deſtruere membra: ⁊ primo probat ꝙ nõ poſſit actio in agente: ⁊ paſſio in paſſo eſſe: quia cum vtraqꝫ motus ſit per ſuppõnes: motus in mouẽte erit: et ita mouẽs mouebit̃: qꝛ eadẽ eſt rõ ⁊ in eo qꝺ mouet. ⁊ ĩ eo qꝺ mouetur: ⁊ ita vt mobile moueri dicitur: quia in eo motus eſt: ita mouens mouebitur: ſi in eo ſit motus: ⁊ ita aut omne mouens mouebitur: aut aliquid motum habens non mouebitur. Et ita non poteſt actio in agẽte: ⁊ paſſio in patiente eſſe. Expõ.

¶ Si vero ambae ⁊ actio ⁊ paſſio in eo ſint: quod mouetur ⁊ patitur: et doctio ⁊ diſciplina ambae ſimiliter in adiſcente ſint. Primum quidem actus cuiuſqꝫ in vnoquoqꝫ nõ erit. Deinde idem duobus motibus moueri abſurdum eſt. Erunt enĩ alterationes quaedam vnius duae: atqꝫ ad formaꝫ vnaꝫ: quod quidem impoſſibile eſt.

¶ Secũdo probat ꝙ ambe non poſſunt eſſe in patiente: ⁊ hoc proponit. ſi vero ambe ⁊ actio ⁊ paſſio in eo ſint: quod mouetur ⁊ patitur: ⁊ doctio ⁊ diſciplina ambe: ſimiliter ſint in adiſcẽte: ita vt vniuerſaliter mouere ⁊ moueri ſint in re que mouetur: impoſſibile eſt: quod propter duo declarat. ¶ Primo. quia tunc cuiuſqꝫ actus nõ eſſet in proprio denominabili: nam actio non in agente eſſet: quod agere denominatur. ¶ Secũdo. vnum mobile diuerſis motibꝰ moueretur: vt paſſione et actiõe: que ſunt due motiões ⁊ diuerſe: quod eſt impoſſibile: quemadmodum neqꝫ due alterationes eſſe poſſunt vnius et ad vnam formam. Sic igitur ambe eſſe non poſſunt in patiente. Expõ.

¶ Si vero vnus ſit actus: irrationabile vtiqꝫ erit: duorum namqꝫ ſpecie differentiuꝫ vnus ⁊ idem actus erit. Inſuper etiam idem diſciplina ⁊ doctrina profecto erit. Actio quoqꝫ ⁊ paſſio: atqꝫ diſcere ⁊ docere erit idẽ: et agere ac pati: quare docens neceſſario cuncta diſcet: atqꝫ agens patietur.

¶ Hactenus ꝙ actio ⁊ paſſio non ſint motus diuerſi cõfutauit: nunc ꝙ non ſint vnus motus: confutat ducens ad plura abſurda. Primum ꝙ duorum ſpecie differentium ſit vnus actus: vt agentis ⁊ patiẽtis que ſpecie differunt: ſit vnus motus ſpecie: quod eſt impoſſibile. Tenet autem conſequentia. ſupponendo vt diximus actionem eſſe actum agentis. vt paſſio actus eſt patiẽtis. Secũdum eſt. ꝙ diſciplina que eſt loco paſſiõis ex parte diſcipuli ſit doctrina: que eſt actio ex parte doctoris. Tertium. ꝙ idem ſit actio ⁊ paſſio. Quartum. ꝙ diſcere ⁊ docere idem ſint: agere quoqꝫ ⁊ pati: quare demum docẽs cuncta diſcet: que docet: atqꝫ agens patietur: que cuꝫ abſurda ſint: patet actionem ⁊ paſſionem non poſſe eſſe Expõ.

vnum motum: ꝛ nec ſunt diuerſi: igitur motus non habet ſubiectum idem cum moueri: neqꝫ agere cum pati. Hęc eſt dubitatio: quę ideo logyca dicta eſt: quia hꝫ rationes pro omnibus partibus diuiſionis.

An neqꝫ alterius actum in alio eſſe abſurdū eſt. Eſt enī doctrina docentis actus. In aliquo tamen ꝛ non inciſus: ſed huius in hoc.

Expō. Nunc ſoluit queſtionem: ꝛ breuiter ſolutio eſt ꝙ actio ꝛ paſſio ſunt vnus motus ſubiecto: ꝛ duo ſm rationem. Itemqꝫ ꝙ ambo ſint in ipſo patiēte atqꝫ re ipſa que mouetur. Contra hanc veritatem erant quattuor abſurda facta contra ſecūdum membrum: quod dicit actionē ꝛ paſſionem eſſe motum vnum: ꝛ aliud abſurdum eſt tā contra eos qui ponerent actionem ꝛ paſſionem eē motus diuerſos: ꝙ̄ contra eos qui dicerent illas eſſe motum vnum. Eſt autem hoc ꝙ actus cuiuſqꝫ non erit in eo cuius eſt. Hoc enim ſequitur etiam dicentes actionem ꝛ paſſionem eſſe vnum motum: ſequitur enim actum cuiuſqꝫ non eſſe in eo cuius eſt. Erunt igitur quinqꝫ abſurda ſoluenda: ꝛ primo ſoluit abſurdum cōmune: ꝙ videlꝫ actus cuiuſqꝫ non eſſet in eo cuius eſt. ꝛ vult hoc nō eē abſurdum. Nam doctrina ſiue doctio eſt actus docentis: ꝛ eſt in aliquo vt in diſcipulo ꝛ non geminus atqꝫ inciſus: ſed vnus ꝛ continuus: quatenus eſt huius agentis in hoc patiente: ꝛ ita actio eſt actus agentis: vt a quo: nō vt in quo: quare non eſt abſurdum actum alicuius: vt a quo eſſe alterius vt in quo: veluti de doctrina diximus: abſurdum igitur cōmune nullum eſt.

Neqꝫ vnum duorum eundem eſſe prohibet quicquā: non vt eſſe idem ſit: ceu veſtis ꝛ tunicae: ſed vt eſt eiꝰ quod poteſtate eſt ad id quod agit.

Expō. Nunc ſoluit abſurda propria: quorum primum fuit ꝙ vnus actus erit duorum. Reſpondet nihil prohibere eundem actum eſſe duorum: quando ſubiecto vnus ſit: ratione ac cogitatione diuerſus fuerit. Hoc inquit. neqꝫ vnum duorum eundem eſſe prohibet quicquam: nō vt eſſe idem ſit: ceu veſtis ꝛ tunicę: ſed eo modo quo idē eſt interuallum ab eo quod patitur ad id quod agit. Eſt enim ab agente in paſſum ꝛ econtra vna diſtantia ſubiecto eadem, ratione diuerſa: ſic eſſe poteſt actus vnus agentis ꝛ patientis vt ſubiecto: non ratione. Hęc ad primum.

Decl'o noui expoſitoris. Nouus expoſitor declarat locum iſtum. videlicet. quonam modo idem eſſe poteſt duorum diuerſorū actus. Et vult ꝙ quemadmodum vnum eſt eſſe potentię ꝛ actus vt materię ꝛ formę: ſic vnus actus agentis ꝛ paſſi. Nam neqꝫ duorum exiſtentium in potentia: neqꝫ in actu ſit vnum eſſe: ſic neqꝫ duorum patientium vel agentium eſt vnus actus. Ad hoc igitur vt actus vnus ſit diuerſorum: oportet vt vnum ſit patiens: alteꝝ agēs.

Confutatio. Sed videtur hęc declaratio contra textum: nam ſi ſimilitudo valeret: tunc vt materię ꝛ formę eſt vnū eē: ita agentis ꝛ patientis eſſet vnus actus ſcḋm eſſe: cuius contrarium ait Ariſtoteles eſſe vnum actum ſubiecto: non eſſe.

non maior ratio de vno ꝙ de alio erit: nec infinitum:
quia tunc:aut infiniti mundi:aut infinitū corpus: al'r po

tentia illius fruſtra. ⁊ ſi in vna parte eſt hic mundus.igitur in qualibet.q2 nō magis recipitur in vna parte q̄ in alia: vt in textu dicebatur. hę rationes Ariſtotelis ⁊ Alexan. (vt mihi videtur.) non demonſtrant: dicerent ſtoici extra cęlū eſſe vacuum infinitū: nec tamen illius potētia receptiua corporis locati eſt fruſtra. q2 aliqua illius pars corpus poſſidet: eſſet.n. fruſtra. ſi nec ſm̄ ſe: nec aliquid ſui attingeret finem. ¶ Amplius non ſequunt̄ mūdi infiniti: nam hic noſter mundus poſſeſſus eſt ab hac vacui parte. q2 opifex ſic conſtituit: ſic vero conſtituit: q2 ſic eſſe melius concepit. ⁊ hic ſtatur. Utrū vero ſint rōtiones alię contra vacuū iſtud: in libro de cęlo dicemus: nunc vero ſat ſit demōſtraſſe locū. rōes vero ſtoicoꝝ friuolę ſunt. ¶ Ad pᵐā videbimus. 4°. hui⁹. ꝯ°. 43. ⁊. 45. ibi.n. Auer. vult cęlū per centꝝ locari. The⁹. per partes. ¶ Ad 2ᵐ. Alex. aſſerit caſum eſſe īpoſēm: q2 cęlū ē ęternū nō penetrabile. Sed dices ſaltē eſt poſe ad imagiⁿᵉᵐ. modo ex poſi ſm̄ imaginationē nūq̄ ſeqt̄ īpoſe ſ3 imaginationem: diceret Alexā. ēt vacuū eſſe poſe ad imaginationē. vt videbit̄. 4°. huius. ¶ Ad 3ᵐ dico. ꝙ illa auctoritas eſt intelligenda in oppoſitis ꝯ̄ryo. nō aūt poſitiuis: q̄lr plenū ⁊ vacuum opponuntur. ¶ Ad 4ᵐ p3 ſolō. pᵐo: q2 nec extra: nec intra mundus paruus h3 vacuum. Scḋo: q2 mundus paruus eſt corpus rectum. iō op3 vt locetur per extrinſecus corpus: at cęlū eſt rotundū ⁊ corpus perfectum: ideo magis locatur per ꝯtentum. hęc ꝑ nunc ſatis: nam in libro de cęlo: multa dicta ſunt. ⁊ dicemus: cum reſcribemus.

¶ Contemplatio itaq̄ infiniti dubitationē habet. nam tam ponentibus ipſu3 eſſe: q̄ nō eē: impoſſibilia multa ſequitur. Preterea vtro nam ſit modo vtrū vt ſubſtantia: aut vt accidens alteri inherens per ſe: an neutro modo: verū q̄nis infinitum ſit: aut multitudine infinita ſint: maxime tamen ad naturalē philoſophu3 attinet cōſiderare: an ſit ſenſilis magnitudo infinita.

Expō. ¶ Expoſitores credere vident̄ Ariſtotelē arguere ad partem oppoſitā q̄ōis: quibus fauet particula aduerſatiua. aūt: quę eſt gręce. Aē Auer. vult ꝙ Ar. quaſi compararet q̄ōem hanc: ⁊ velit pertractationem de infinito eſſe maximam ſed hę non ꝯſonant v̄bis nec ſenſui gręco: ꝑticulam.n. illā multifariā capit Ar. ⁊ in ꝓpoſito magis vim habet illatiuaꝫ: ꝓꝑea vr̄ mihi Ar. concludere q̄ōnem: ⁊ inquit. contēplatio itaq̄ infiniti dubitationē habet. pᵒ: q2 pro vtraq̄ parte habet īpoſia. Scḋo: q2 ſiue ſit vt ſubſtātia ſiue vt accidens h3 q̄ōem: ⁊ impoſia. tn̄ ait. vex̄ quātūis infinitū ſit: aut infinita ſint multitudine: ſiue nō ſint: maxime tn̄ ad nālem pħm attinet ꝯſiderare an ſit ſenſilis magnitudo īfiᵗᵃ. Hęc ſunt pro probleᵐᵗⁱˢ ītroductiōe.

¶ Primum igitur determinandu3: quot modis dicitur īfinitum. vno itaq̄ modo dicitur. id quod impoſſibile eſt pertranſiri ex eo: quia nō eſt aptum pertranſiri. perinde vt vox inuiſilis. Alio modo id q̄ȯ tranſitiōe3 habet incōſutilem: aut q̄ȯ vix: aut aptum eſt quidem habere: non habet tamen tranſitiōem vel fine3. Preterea infinitū omne: aut appoſitiōe: aut diuiſione: aut vtriſq̄ eſt.

Expō. ¶ Anteq̄ q̄ōem Ariſtoteles determinet: diſtinguit noīa. nam ex ignorātia terminoꝝ de facili paralogizamus vt in elenchis dr̄. infinitū itaq̄ nomen eſt ꝑuatiuū vt inuiſile: inaudiſile ⁊ id genus. quēadmodū igit̄ inuiſile poteſt vno mō ſumi pro eo q̄ȯ non eſt aptum videri: ceu vox: q̄ nō eſt de gnē viſiliū: alio modo q̄ȯ male vr̄: ſiue: q2 videtur prauę: ſiue q2 a remotis. Tertio mō: q2 aptu3 videri: ſed non vr̄: vt q̄ȯ oīno in tenebris. ſimili diſiōe infinitu3 vno modo dr̄ id q̄ȯ impoſe eſt ꝑtranſiri: ex eo: q2 non eſt aptū ꝑtranſiri. vt punctū ⁊ qualitas infinita dicunt̄. ꝓīde vt vox inuiſilis dr̄. alio modo id q̄ȯ tranſitionē h3 incōſutilem: q̄ȯ q̄dem dupl̄r ꝯtingit: aut q̄ȯ vix: vt labirintus: aut pelagi altitudo. aut q̄ȯ aptū eſt quidē hr̄e: nō habet tn̄ tranſitionē vel finē: vt cū iter longiuſculū dicim⁹ eſſe infinitū. Tertio modo infinitū dr̄ omne: aut appōne vt nūerus: aut diſiōe vt magnitudo: aut vtriſq̄ vt tēpus.

¶ Hęc de noīe. Auer. aūt ⁊ The⁹. nō ſubdiuidentes: fecerunt hanc diſiōe3 q̄nquimembrē: ⁊ vlt̄ Auer. 3ᵐ ⁊ 4ᵐ modum eſſe tranſumptiue dictum. Themſ. Auer.

¶ Separatu3 igitur infinitū ab ſenſilibus eſſe non poteſt: quod quide3 ipſum ſit infinitu3. ſi enim infinitum ipſum neq3 magnitudo ſit: neq3 multitudo: ſed ſubſtantia: ⁊ non accīns: indiuiſibile erit: nam diuiſibile: aut magnitudo: aut multitudo eſt: ꝙ ſi indiuiſibile ſit: infinitum non erit: niſi velut vox inuiſilis: q̄ȯ q̄dem neq3 ſic dicunt affirmantes infinitū eē. neq3 nos ſic dubitamus: ſed de eo q̄ȯ impertranſibile eſt. Si vero per accidens infinitu3 ſit: non erit vtiq3 ipſum elementum rex quatenus infiniti: quēadmodu3 nec inuiſibile loquutionis. ⁊ tn̄ vox eſt inuiſilis.

Expō. ¶ His ita expoſitis: proſequitur de q̄ōe. ⁊ pᵐo probat ꝙ infinitum eſſe non pōt ens ſeparatū quale Pythagorici conſtituerunt: ⁊ arguit pᵐo ſyllō diuiſiuo: q2 aut tale ſeparatum eſt magnitudo vel multitudo: aut per accidēs infinitu3: non eſt magnitudo: neq̄ multitudo ſed ſubſtātia ⁊ non accidēs. igitur eſt indiuiſibile. ⁊ ita ſi dicetur infinitū: erit velut vox inuiſilis: ⁊ punctū infinitū: q̄ȯ q̄dē neq̄ ipſi dicunt. neq̄ nos diſputamus. ſ3 potius queſtio noſtra eſt de eo infinito: q̄ȯ impertranſibile eſt. Si vero dicatur ꝙ tale ſeparatu3 eſt ſubſtantia per ſe: ⁊ quāta ac infinita per accidens. igitur ipſum vt ſic. non erit rerū ſiue elementū ſiue principiū: nam nullu3 accidens eſt per ſe ꝑncipiu3 ſubſtantiarū. niſi per accidens ⁊ diſpoſitiuū: ⁊ non quatenus tale. quēadmodum nec inuiſile vtpote vox quę inuiſilis eſt: quatenus inuiſile eſt elemētum loquutionis: tamēſi vox quę eſt loquutiōis elemētum ſit inuiſilis: quoniā non vt inuiſile eſt elementu3 loquutionis. ſed vt vox: ſic ſubſtantia illa erit: per ſe principiu3 rerum: quatenus ſubſtātia. ⁊ non quatenus infinita: cū infinitudo ſit illi accidens.

¶ Preterea quo nam modo poteſt aliquid eſſe ipſum infinitū: ſi quidem neq3 magnitudo: neq3 nūerus: quoꝝ infinitū ipſum eſt affectio quedam: eſſe poteſt?

Expō. ¶ Secūdo arguit. minus poteſt paſſio ſiue affectio etia3 ſeparata: q̄ ſubiectū: ſed magnitudo ⁊ numerus quoru3 infinitum eſt paſſio: non poteſt eſſe ſeparata. igitur neq3 infinitū. Ariſtoteles autē ꝓcedit iterrogatorie more dyalectico: vt dicitur in topicis.

¶ Manifeſtum etiam eſt infinitum eſſe non poſſe vt actu ens: ⁊ vt ſubſtantia: atq; rerū principium. nã quicquid ipſius acceperis infinitum erit: ſi partibile ſit. ſi enim ſubſtantia ſit: ⁊ non in ſubiecto: infiniti ratio ⁊ ipſū infinitum eſt idem.

Expõ. ¶ Hactenus confutauit Pythagoreos. nunc refellit platonis poſitionem. hic eniꝫ ↄceſſit infinitũ. ſed voluit ipſꝫ eſſe ſeparatũ ſimplr a ſenſibilibus tanq̃ actu ens: ſubſtantiam: ⁊ reꝝ pͥncipiuꝫ: vti mens anima atq; intellect⁹ eſt: ⁊ ad huius poſitionis confutationẽ ſuppõit in ſeparatis a materia quicq̃d illius acceperis: ſi habeat partes eiuſdem rationis ⁊ nominis eſt cũ toto: ⁊ hoc probat per H. q: in ſeparatis a materia ratio rei ⁊ ipſa res eſt idẽ. circa hanc ſuppoſitionẽ ſic pcedit. q: pͥmo ponit poſitionem: quã intendit refellere. ⁊ inquit. manifeſtuꝫ etiam eſt infinitum eſſe non poſſe: vt actu ens. ⁊ vt ſubſtãtia: atq; rerum pͥncipium. veluti animus: mens: ⁊ idea. vt ponit plato. hic. n. infinitudineꝫ ab omnibus ſenſibilibus abiũctaꝫ ponit: pythagoras ſeparatã: ſed in ſenſibilibus collocataꝫ: vt diximus. hęc eſt poſitio. deinde ſumit ſuppoſitionem. ⁊ inquit. nam quicq̃d ipſius acceperis: infinitum erit: ſi ptibile ſit hęc eſt ſuppoſitio: quã pbat dicẽs. ſi. n. ſubſtãtia ſit ⁊ non in ſubiecto: infiniti ratio ⁊ ipſuꝫ infinitũ ideꝫ eſt: quia in abſtractis a materia idem eſt eſſe ⁊ id cui⁹ eſt eſſe. hęc eſt ſuppoſitionis ratio.

¶ Quare aut eſt indiuiſibile: aut in infinita diuiſibile. non diuiſibile: quia fieri nõ poteſt vt multa infinita ratione eadeꝫ ſint. nam quemadmodum aeris pars eſt aer: ſic ⁊ infiniti ps infinitum quid eſt: ſi ſubſtantia ſit atq; principium. Impers igitur eſt atq; indiuiſibile. ſed impoſſibile eſt vt tale quod eſt actu ens ſit infinitum: quando quãtum quid eẽ neceẽ eſt.

Expõ. ¶ Hac ſuppoſitione ſumpta: arguit ſic. ſi ſubſtantia ſepata eſt infinita: aut eſt diuiſibilis: aut indiuiſibilis: non diuiſibilis: quia tunc plura infinita actu eſſent in reruꝫ ratione: nam per ſuppoſitioneꝫ quęlibet pars rei ſeparatę eſt eiuſdem rationis cum toto. Neq; indiuiſibile: q: tũc non erit quãtum: ⁊ per cõſequens non poteſt eſſe infinitum: quo vero ad verba attinet orõnẽ illam. non diuiſibile: ſupplent: q: gręca ſeries illaꝫ expoſcit: reliqua ſenſu ⁊ verbis clariſſima ſunt. Juniores ob malas tranſlationes multa fabulantur: ⁊ enituntur exponere qđ non dicit

Juniores. Ariſto. ⁊ qđ dicit: pręterminttunt. ¶ Propterea obijciũt:

Obo illoꝝ. q: dies eſt pars temporis infiniti: ⁊ tamen non eſt infinitus. Scđo dubitant: q: non videtur veꝝ in ſubſtãtia idẽ eſſe rem ipſam ⁊ quiditatẽ. quia. vt dicitur. 3°. de anima. ī ſubſtantia aliud eſt magnitudo ⁊ magnitudis eẽ. ¶ Sꝫ

Dubitatiões non ſunt ad ppoſitũ. iſtę dubitationes non ſunt ad ppoſitũ. pͥma quidem nõ: q: Ar. loquitur de infinito ſeparato: in illo. n. q̃cq̃d acceperis vnam habet rõnem cũ toto. modo dies ⁊ id genus ſunt accidentia materialia: ⁊ nõ ad ppoſitũ. Scđa minime: q: loquitur non in ſubſtantia pręcdicamentali: ſed ſeparata: in qua eſſe hoc eſt ratio. ⁊ res ideſt indiuiduũ idẽ eſt: qđ quo modo contingat: in libro de aĩa diximus.

¶ Per accidens igitur id infinitum erit: quod ſi ſic ſit: dictum iam eſt antea non poſſe ipſuꝫ principium dici: ſed illud cui accidit ceu aereꝫ aut par. quare abſurde proferũt: qui tale id eẽ arbitrantur: vt Pytagorei dicunt. Simul eniꝫ infinitum ipſum ſubſtantiam faciunt: ⁊ partiuntur.

Expõ. ¶ Refellit vnam reſponſionẽ: poſſet. n. dici φ ſubſtantia eſt infinituꝫ: quatenus ſibi accidit infinitudo: q: magnitudo: aut numer⁹ accidit ſibi. Contra obijcit. pͥmo: q: tũc infinitum nõ erit per ſe pͥncipium: cum nullum accidẽs ſit ſubſtantiarum principium: ſed per accidens ratiõe ei⁹ cui accidit: ↄtra eos. Scđo: q: tunc hęc poſitio platonis coincideret cũ illa pythagoricoꝝ. illi. n. ſubſtantias rerũ ponunt numeros ⁊ magnitudines. ⁊ ita ipſi facient ſil' infinitum ipſꝫ ſubam: ⁊ partiunť ipſꝫ: qđ abſurdum vr̃.

¶ Uerum hec quidem forſitan inquiſitio vniuerſalis eſt magis: vtrum videlicꝫ eſſe poſſit infinitum ⁊ in mathematicis ⁊ intellectilib⁹: ⁊ in his que nullam prorſus habent magnitudinem. nos autem ſi ſit in ſenſilibus: ⁊ his de quibus doctrinam facimus: hoc eſt vtruꝫ in his ſit vel ne infinitum corpus que auctiõe pficiſcuntur: perſcrutamur.

Expõ. ¶ Excuſat ſe nunc Ar. ⁊ eligit q̃onẽ ppriã huic libro: ⁊ q̃ dicit: ſunt manifeſta per ſe. ¶ Ex his habes Ar. abſtuliſſe infinitudinem generatiuã a toto genere ſeparatoꝝ. ⁊ ppterea non peripathetice ſentiunt: qui deuꝫ aſſerunt infinitum eſſe. ¶ Propterea aĩaduerſione dignũ vt in codicillo de infinitate primi diximus: theologuꝫ ⁊ peripatheticum non poſſe ↄuenire hac in queſtione. peripathetici. n. q̃titatẽ duplicem autumãt. molis. quę pręcdicamẽtaria eſt: iuxta quã res longa lata ⁊ alta: aut bina aut terna ⁊ id gen⁹ dr̃. Alterã vigoris: iuxta quã vna res pt agere aut pati. has etiam theologus concedit: veꝝ theolog⁹ q̃titateꝫ vigoris menſurat: aut deſcribit ab eo in qđ: aut agit: aut poteſt agere: peripathetici ab eo in qđ agit: ſi quidem q̃cq̃d deus poſſit agere: egit. Tũc theologus aſſerere cogitur deuꝫ eſſe infinitũ vigore: q: motũ aliquãte velocem efficere poteſt: ⁊ non tantũ q̃n velociorẽ in infiᵐ: ⁊ ppterea dicit deũ eſſe taleꝫ. Peripatheticus vo: q: tenet deũ non poſſe velociorẽ motũ facere motu cęli: cõcludit illum eſſe finitũ vigore. rões aũt quas Ar. aduerſus pythagoreos. ⁊ platonẽ fecit: omnes remouẽt infinitudinẽ a ſeparatis: quę eſt affectio q̃titatis pręcdicamentarię: eã vero quę eſt q̃titatis vigoris tollere non vr̃ ex his rõnibus. veꝝ de his latius in codicillo: ⁊ fortaſſe in. 8°. hui⁹.

Auer. aũt att. φ ſi antiqui vellent īfinitudinẽ eſſe accñs per ſe ſeparatę ſubſtantię veluti ſunt q̃litates pͥmę elr̃i: proculdubio poſſent ſuſtinere infinitudinẽ eſſe pͥncᵐ: veluti pͥmę q̃litates ſunt. ⁊ ita vult φ rõ Ariſtotelis. non valeat: niſi tenẽdo īfinitũ eẽ accidẽs p accñs. ¶ Sed pace Auer. hęc defenſio nulla eſt: q: ſiue ſit accñs per ſe: ſiue per accñs: nũq̃ poteſt eſſe pͥncipium per ſe: ſed ſoluꝫ: aut inſtrumentariũ: aut diſpoſitoriũ. modo veteres infinitudinem ↄſtituerunt vt pͥncipale ⁊ per ſe pͥncipiuꝫ: ideo rõ Ar. eſt efficax ad hoĩes. ¶ Ulterius ſumit Auer. cõmẽ. 39. infinitum trifariã dici. aut in rebus intellectilibus. ⁊ hoc ẽ metaᶜᵃˢ: aut in rebus ſenſilibus: ⁊ hoc eſt phyſicũ: aut in rebus mathematici ⁊ medije: ⁊ hoc eſt mathematicum ⁊ medium. recte igitur Ar. applicat conſiderationem ad res ſenſiles: q: hęc eſt ppria phyſico: pręterminttit vlem de infinito contẽplationem: q: tranſcendit limites noſtrę conſiderationis. Hęc ex cõmento colligi poſſunt fructuoſa.

Margin notes (right): q̃d artẽ õ infinitate pͥmi. — diſa theologi a peripatheticis. — q̃ Auer. cõmẽ. 38. — ↄ auerro. — que auer. cõmẽ. 39.

¶ Ex ijs igitur logice conſideratis videbit̃ vtiq̃ ipſum non eſſe. Si nãq̃ ratio corporis eſt ſuperficie terminatũ eſſe: neq̃ intellectile: neq̃ ſenſile vllum corpus erit infinitum.

Expō ¶ Nunc de intẽto exequit̃. p̃mo ꝑ rationes cõmunes: quę logicę dicũtur propter rationes poſtea dicendas: ⁊ textus apud Auerroem reſoluitur in ſyllogiſmos ſic. omne corpus qḋ continetur ab vna ſuperficie aut pluribus eſt finitũ. oẽ corpꝰ cõtinet̃ vna aut pluribꝰ ſuꝑficiebꝰ. g̃ oẽ corpꝰ eſt finitũ. minor ꝓſyllogiʒat ſic. oẽ rotũdũ aut nõ rotũdũ corpꝰ vna vel pluribꝰ cõtinet̃ ſuꝑficiebꝰ. rotũdũ q̇dẽ vna nõ rotũdũ v̇o pluribꝰ: ſʒ oẽ corpꝰ ẽ rotũdũ aut nõ rotũdũ. igit̃ oẽ corpꝰ eſt vna aut plibꝰ ſuꝑficiebꝰ ꝯtentũ: q̃ erat minor. De rõne ſolã miorẽ p̃ncipalis ſyllogiſmi tãgit. dicẽs. ſi nãq̃ rõ corpis eſt ſuꝑficie terminatũ eẽ: neq̃ itellectile neq̃ ſenſile vllũ corpꝰ erit ĩfinitũ. Quo v̇o ad v̇ba attinet rõnes hę dicunt̃ logycę: aut q꞉ ſunt ꝑ cõia pluribꝰ ſciẽtys. nã cõpꝰ hic cõiter accipit̃: vt cõe itellectili: ſenſili: ⁊ medio corpi: aut q꞉ rõnes hę ſunt ꝓbabiles. qm̃ oẽ corpꝰ ſiue rotundũ ſiue rectũ ſiue cuiuſuis figurę eẽ terminatũ eſt neceſſariũ: ſed ꝙ oẽ corpus ſit tale: eſt verũ: ſed nõ per ſe notum. aduerſarius enim dicere poteſt eẽ aliqḋ corpus: vt ĩfinitũ: cuius nulla eſt figura.

¶ At v̇o neq̃ numerꝰ ita vt ſeparatꝰ ⁊ infinitus. numerꝰ. n. oĩs aut id qḋ numerꝫ hʒ: numerabile eſt. Si igit̃ numerabile numerari põt: etiã pertrãſiri poterit infinitũ.

Expō ¶ Ideʒ ſyllogiʒat in q̃titate diſcreta. Et p̊ ꝓponit ꝯñẽ. dicens. neq̃ numerꝰ ita vt ſeparatꝰ ⁊ infinitꝰ eſſe põt. ⁊ dixit ita vt ſeparatꝰ: q꞉ oĩs numerꝰ ſiue in ipſis vnitatibꝰ fuerit. ⁊ ſic eſt ſeparatꝰ: ſiue in ipſis rebꝰ: hominibꝰ: eqs: bobꝰ cõſtitutus. ⁊ ſic eſt cõiunctꝰ. eſt igit̃ ꝯ. ꝙ nullus numerꝰ eſt ĩfinitus: ſiue ſit ſeparatꝰ ſiue cõiunctꝰ. deide ſumit vnã ſuppoſitionẽ. vʒ. ꝙ oĩs numerꝰ ⁊ oẽ numerũ hñs eſt nũerabile: ⁊ ecõtra. oẽ numerabile ⁊ numerꝫ habẽs eſt numerus.

Syllo ¶ Tunc ſyllogiʒat ſic ꝑ ipoſe. oĩs numerꝰ numerari põt. aliqḋ infinitũ eſt numerꝰ. igit̃ aliqḋ infinitũ numerari poteſt. ꝯ eſt ipoſſibilis: ⁊ nõ ꝑꝑ maiorẽ. igit̃ ꝑꝑ minorẽ. ⁊ ita eius ꝯdictoriũ eſt verũ. nullũ infinitũ eſt numerꝰ. ⁊ ꝑ ꝯñs ſeq̇t̃ nullũ nũerũ eẽ ĩfinitũ ꝑ ꝯuerſionẽ in terminis. Inq̇t. ſi igit̃ numerabile ſiue numerꝰ oĩs numerari põt: tũc ſubĩtellecta minori infert: ẽt ꝑtrãſiri põt ĩfinitũ: ⁊ tũc arguas vt priꝰ. hęc ẽt rõ eſt logyca. aut q꞉ ex cõibꝰ pluribꝰ ſciẽtys: vt dic̃ Auer. nã hęc ꝓpõ. oĩs nũerꝰ eſt nũerabilis. ⁊ oẽ nũerabile in poꝰ põt eẽ in actu. eſt cõis pluribꝰ ſciẽtys: vt mathematicę ⁊ p̃hicę. aut q꞉ hęc ꝓpõ nõ eſt v̇a: niſi ḋ nuõ quo

Que ex ponos. aĩa nũerat: ⁊ nõ ꝓ rebꝰ nũeratis: vel nũerabilibꝰ: vel diſtĩctis: vt ſunt ptes alicuꝰ continui. ¶ Expoſitor aũt aſſerit vtraſq̃ eẽ dyalecticas ⁊ nõ demõſtratiuas. p̃ria q̇dẽ dyalectica eſt: q꞉ ꝯcedẽs corpꝰ ĩfinitũ: nõ ꝯcederet de rõne corporis termiari ſuꝑficie. Scḋa v̇o q꞉ ꝗ multitudinẽ poneret ĩfinitã: nõ diceret eã eẽ nũerũ: vel nũerũ hr̃e. q꞉ nũerꝰ addit ſuꝑ multitudinẽ rõnẽ mẽſurationis. eſt enim numerus multitudo mẽſurata per vnũ: vt dicit̃ in. 10. metaphy. Mihi aũt placet hęc moderatio.

¶ Phyſice v̇o magis conſiderãtibꝰ ex his: neq̃. n. cõpoſitũ: neq̃ ſimplex eẽ põt. cõpoſitũ q̇dẽ igit̃ corpꝰ nullũ eſt infinitũ. ſi elemẽta multitudine finita ſint: neceẽ eſt. n. plura eẽ aequariq̃ contraria ipſa ſemper: ⁊ non vnum ipſorum infinitum eſſe.

¶ Hactenus logice: nũc phyſice ⁊ hoc ꝓponit. phyſice v̇o magis ꝯſiderãtibꝰ ex ys patebit. Animaduerſiõe dignuʒ ꝙ Ariſto. rẽ hãc diſputat hic: ⁊ 3° celi. hic q̇deʒ ſupponẽdo nõ eẽ aliud corpꝰ p̃ter q̃ttuor elta. nã opĩo antiquoꝝ erat ꝙ cęlũ eẽt de nã q̃ttuor elntoꝝ. ſyllogiʒat ac ſi nõ ſit aliud corpꝰ p̃ter elnta. ꝯſueuit. n. ꝓcedere ex cõibus opĩonibus: anq̃ ꝓpriã inueſtigauerit. ¶ Scḋo ſupponit elnta eſſe numero finita. In 3° v̇o de cęlo poſtq̃ in p̃mo de cęlo demõſtrauit cęlũ eẽ alterꝰ nãę ab elntis. ⁊ in lib. 2° de gnõne: ꝙ nõ ſint niſi q̃ttuor elnta: nõ ex ſuppoſitõe: ſed ſimplr̃ demõſtrat nullũ eẽ corpꝰ infinitũ. Et hęc eſt cã replicatiõis ꝓblematis in 3° illo de cęlo. Quarę in his rõnibꝰ petit Ariſto. tãq̃ poſteriꝰ declarãda elnta nõ eſſe infinita. vt dicet̃ in 2° de gnõne. ⁊ nullũ eſſe corpꝰ p̃ter elntaria. Syllus igit̃ apud Themiſtiũ eſt hypotheticꝰ diuiſiuus ſic. ſi ſit corpꝰ aliqḋ ĩfinitũ aut cõpoſitũ ſiue mixtũ: aut ſimplex id erit. tria igitur facit apud Themiſtiũ: q꞉ p̃mo ꝓbat ꝙ nõ mixtũ: deinde remouet cauillum tertio ꝙ neq̃ ſimplex. Ꝙ quidem igit̃ nõ mixtũ: ſyllogiʒat ſic. ſi eſt mixtũ: aut ex oĩbꝰ elntis: aut pluribꝰ: aut vno. ꝓbat p̃mo ꝙ non ex vno: q꞉ oẽ corpꝰ nãle ĩgenitã atq̃ inſitã quãdã viʒ hʒ in ſe vt vel caliditatem aut frigiditatẽ: aut humiditatẽ: aut ſiccitatẽ. q̃re non põt eẽ ĩfinitũ: q꞉ ſua vis. erit ẽt ĩfinita: ⁊ ita cętera miſcibilia deſtruet. Inq̇t. Neq̃. n. ꝯpoſitũ: neq̃ ſimplex eẽ põt: cõpoſitũ q̇dẽ igit̃ corpꝰ nullũ eſt ĩfinitũ. ſi elnta multitudine finita ſint: vt ſupponẽdũ eſt: ⁊ qm̃ miſcibilia debent eẽ plura: inq̇t. neceſſe eſt. n. plura eſſe ad hoc vt ſit mixtio: ęquariq̃ ꝯtraria ipſa ſempꝛ: ⁊ nõ vnũ ipſoꝝ infinitũ eẽ: q꞉ ſic nõ mixtio: ſed deſtructio eſſet: nõ igit̃ põt corpus mixtum eſſe infinitũ ratiõe vnius elemẽti ĩfiniti.

¶ Nam ſi ignis q̇deʒ ſit finitus: aer v̇o ĩfinitꝰ: q̃q̃ vniꝰ corporis potentia minor ſit illa alterꝰ: atq̃ pars ignis aequalẽ aeris partẽ vi exuperet: nõ exuperatio illa numerũ hẽat aliquẽ: infinitum nimirũ corpus perſpicuũ eſt exuperare finitum atq̃ corrumpere.

Expō ¶ In tranſlatõe hac nihil adiecimus: nihilq̃ abſtulimus: niſi ꝙ orões male in latinũ ſonãtes ꝑpoſteras fecimꝰ: vt ſenſus clarior eẽt. vñ ꝗ barbaris afficeret̃ trãſlatiõibꝰ: vtat̃ nr̃a ꝑ explicatiõe vera Ariſto. Ariſtoteles igit̃ remouet cauillũ. vt paraphriʒat doctus Themiſtiꝰ. dicet. n. ꝗſpiã. corpꝰ ĩfinitũ eẽ: ſed minor potẽtia ꝯſtitutũ q̃ finituʒ. nã tñ magnitudo aeris exuperare magnitudinẽ ignis dicatur. vis tñ corpis minoris pollẽtior atq̃ amplior ſit q̃ maioris: ſoluit̃ hęc reſte dici tũc: cũ vtrũq̃ corpꝰ ſinẽ habeat ⁊ terminũ aliquẽ. i. cũ vtrũq̃ finitũ ſit. Quum v̇o alterũ fine careat: alterũ nõ caret: rõ nulla eſt: ⁊ ita licet aer ille: ꝗ maior eſt igne: ĩbecillior ſit igne: ſi tñ ꝑ adiectionem magnitudĩs q̃tulibet auctus fuerit: erit aliq̃ñ ꝑtãte ęqualis igni: eo ꝙ poterit. maiorẽ ẽt aſſeq̇ ſi augeat̃ idẽtidem. Quare ſi in ĩfinitũ creſcet: ẽt in ĩfinitũ ignẽ excellet: ⁊ ita cauillus nullus eſt. verba patent trãſlatiõibus ipſis.

¶ Nec vnũquodq̃ infinitũ eẽ põt. nam corpꝰ q̇dẽ eſt qḋ oĩ ex parte dimenſionẽ hʒ. infinitũ aũt ideterminate extẽſuʒ eſt: ĩfinitũ ꝓfecto corpus ꝑ oẽm erit dimẽſionẽ in ĩfinitũ dimẽſuʒ.

Expō ¶ Probauit mixtũ nõ poſſe eẽ ĩfinitũ propterea: q꞉ ſic ex vno elnto ĩfinito: ⁊ ſoluit cauillũ: nũc ꝓbat ꝙ mixtuʒ eſſe nõ põt ĩfinitũ: q꞉ oĩa vel plura elnta eiꝰ ſunt ĩfinita: ⁊ hoc ꝓponit dicẽs nec vnũq̃dq̃ elntoꝝ: vel plura illoꝝ ĩfinitũ eẽ põt. ꝓbat hoc enthymematice aſſumens in añte duo ⁊ inq̇t. nã corpus q̇dẽ eſt: qḋ oĩ ex ꝑte dimẽſionẽ hʒ: vt lon-

gitudinē:latitudinē:ꝛ altitudinē.hoc eſt pᵐ. Infinitū autē eſt extenſuꝫ indeterminate. hoc eſt ſine termino ꝛ fine. B eſt zᵐ. Ex his infert ꝯnē:ꝛ inqt. Infinitū ꝑfecto corpꝰ per oēꝫ erit dimēſionē in īfinitū dimēſuꝫ: tūc ſuppleda eſt rō: ꝙ.vꝫ.nō patiꝑ ſecū aliud in mixto: ꝛ ita nec oia nec plura eē pnt īfinita.nullū igiꝑ mixtū eē pōt īfinitū. ❡ Sꝫ dubitare ſolēt vn̄ teneat ꝯñā hꝫ Ariſt.ex illis duabꝰ ſumptionibꝰ.

Dubiuꝫ.

❡ Auerro.ſuppl'et ꝑ vnā regulā cōeꝫ.vꝫ.ꝙ qñ aliqd fuerit cōpoſitū ex duobꝰ:neċe eſt vt definitio illiꝰ cōpoſiti ſit cōpoſita ex defōnibꝰ illoꝝ duoꝝ. Vbi cā. qm̄ qꝛ definitio. corpus eſt illud qȯ expandiꝑ ad oēs ptes: ꝛ definitio īfiniti eſt illud qȯ nō hꝫ finē. Ex his ſequiꝑ ꝙ corpꝰ infinitū extēdaꝑ ſm̄ oēs ptes in īfinitū. ꝛ vult ꝑ ptes ſex dr̄ias poſitiōis: vt ſurſuꝫ ꝛ deorſū ꝑ lōgitudine:an̄ ꝛ retro ꝑ altitudine: dextrū ꝛ ſiniſtrū ꝑ latitudine. ❡ Addit Auer. vltra rōnē Ari.aliā:ꝛ inqt. Et ſi nos poſuerimꝰ īfinitū eē ī q̄dā pte ſic:ꝛ q̄dā nō:tē vnū īfinitū eē poſſet maiꝰ altero. nā poſſet addi ſibi ex ea pte q̄ finitū ē aliȯ corpꝰ ꝯtiguū:ꝛ tūc ꝯgregatū ex ābobꝰ erit maiꝰ q̄uis illoꝝ:ꝛ ita ꝑpoᵐ.

R.ᵒ auer.

❡ Recētiores diſputāt ꝯ Auer. an rōnes hꝫ duę valeāt:ꝛ breuibꝰ ſoluūt illas.p̄mā qdē eo:qꝛ definitio compoſita erit:corpus infinitū eſt corpus ſine fine:habens tres dimēſiones. Nam ex eo qꝛ corpꝰ habet treꝫ dimenſiones ex eo qꝛ infinituꝫ eſt ſine fine: nō ꝙ habeat dimēſiones infinitas: ſed eſt corpus ſine fine:ꝛ habēs tris dimenſiones. Secundā vero: qꝛ nihil prohibet infinitū excedi ex ea parte qua finitum eſt. Contra hos ſunt multę captiunculę: quę non ſunt dignę recitatione.

Diſputatio recentiorum.

❡ Uerum pro defenſione Ariſto. ꝛ Auerroys ſumendū eſt infinitum quoties addiꝑ alicui: reddere illud infinitū:cui addiꝑ:ꝛ oē ꝓſuppoſituꝫ requiſitum ad illiꝰ rationē. verbi cauſa.ſi addiꝑ longitudini reddit lineā infinitā. Si latitudini reddit longitudinē ꝛ latitudinē infinitas: qꝛ eē nō pōt latitudo nō ꝓſuppoſita longitudine.igiꝑ ſi addiꝑ altitudini:ſiue corpori: reddet altitudinē infinitā:ꝛ oia ꝓſuppoſita:vt latitudinē ꝛ longitudinē:qꝛ nō pōt altitudo eē nō ꝓſuppoſitis latitudine ꝛ longitudine. Ex his apparet vis rōnis Ari. ꝛ Auer.ꝙ nō pōt eē corpꝰ īfinitū:qn̄ ſiꝫ oi ex pte īfinitū:qꝛ eē nō pōt corpꝰ infinitū qn̄ intelligaꝑ infinitudo addi altitudini: ꝛ nō pōt addi altitudini qn̄ addaꝑ oibus ꝓſuppoſitis:ꝛ ita qn̄ ſit oi ex pte infinitū.ꝛ hāc deductionē ignorāt iuniores ꝛ reprehēſores illoꝝ.

Defenſio Ariſto. ꝛ Auer.

❡ Ex his oibus pꝫ elemēta ipſa actu remanere in mixto. Aliter rōnes Ariſt.nullę eſſent.

Nota de mixto.

❡ At vero neq̄ pōt infinitū corpus eē vnū: ac ſimplex:aut ſimplr̄: aut vt aliqui ſentiſit id qȯ eſt p̄ter elemēta : exquo haec generant. Sunt enim qui hoc infinitū faciunt: ſed non aerē aut aquā ne ipſoꝝ caetera ab infinito illo corrumpantur.habēt eniꝫ inter ſe cōtrarietatē. quādo aer frigidus : aqua humida : ignis calidus ſit: quoꝝ ſi vnū eſſet infinitū: corrupta iam eſſent caetera. ꝓpterea nunc aliud infinitū eſſe autumant: ex quo haec ſunt.

Expō

❡ Hactenꝰ ꝙ infinitū nō poſſit eē:aliūt.ꝙ nec ſimplex. ꝛ ꝓ ꝑponit hoc:ꝛ inquit. At vō neq̄ pōt infinitū corpꝰ eē vnū ac ſimplex.hoc eſt cōtinuū ꝛ nō mixtū: aut ſimplr̄: aut vt aliq ſentiūt id qȯ eſt p̄ter elemēta : ex quo hꝫ generāt: vt poſuit Anaximāder:q ꝯſtituit nāꝫ quādā mediā iter ignē ꝛ aquā:vt vaporē. Hꝫ eſt intētio. Sꝫ anteq̄ rē ꝓſequaꝑ: ꝓbat nullū elemētoꝝ eē poſſe infinitū ad intētionē illoꝝ ꝑ h ne ꝑ magnitudine viriū ſuarū reliq̄ corrūperet. Sūt .n.nunq̄ in elemētis ꝯrietates: vt aer humidus: aq̄ frigida:ignis calidus. Si igiꝑ vnū ex illis infinitū poſuiſſent: videbāt reliq̄ ſtatim corruptū iri.eſt.n.nā cōpertū: vt imbecilliora a valentioribꝰ obteranꝑ. ꝓpterea dederūt aliȯ infinitū eſſe: ex quo hꝫ ſunt.qȯ ſit igni ꝛ aeri amphybiū ancepſq̄. Quo vō ad vba attinet:Ariſt. vult aerē eē frigidū:aquā hūidā:aut qꝛ nō curat de exēplis:aut fortaſſe in grecis codicibꝰ ē trāſpō:ꝛ dꝫ legi aerē hūidū: aquā fridā. De mēte igiꝑ veteꝝ colligimꝰ nullū ſimpliciū poſſet eē infinitū:reſtat diſputemꝰ de corpe meᵒ:ſiue amphybio igni ꝛ aeri:ſiue de vapore. qȯ ꝑꝑ infinitā ex eo factā gnōnē aſſerunt infinitū eſſe. Poſtea de elementis redibit.

❡ Sed ipoſſibile eſt tale corpus eſſe:nō ſolū ex ea parte:qꝛ infinitū eſt. (De hoc eniꝫ cōmune qd eſt dicendū de oi ſilr̄ ꝛ aere ꝛ aqua ꝛ quouis alio:) ſed ex ea parte:qꝛ eſt tale ſenſile corpus:p̄ter ea q̄ vocanꝑ elemēta.oē eni in id diſſoluiꝑ:ex quo etiā cōſtat. quare p̄ter aerem: ꝛ ignē: ꝛ terrā: ꝛ aquā corpꝰ hic aliud qȯdā eēt. qȯ quidē nullū apparet tale.

Expō

❡ Tale corpus mediū amphybiū aeri ꝛ igni poteſt dupliciter ipugnari. vno modo ex ea parte: qua ponitur alteriꝰ naturę ab elemētis. alio modo ex ea parte qua infinitū ē. ❡ Confutat igiꝑ ipſuꝫ. Primo ex ea parte qua poniꝑ alterius naturę ab elementis:qꝛ ex ea parte:qua poniꝑ infinitum:habet cōmunē cōtradictionē: veluti ſimplex corpus quod ponitur infinitū.ꝛ hoc ꝑponit:ꝛ verba tranſlatione patent.cōtradictio igiꝑ ꝓpria eſt:ſi tale corpus amphybiū eſſet:ex quo cuncta cōſtarent: tūc reſolutio aliquādo fieri in illud appareret.modo nullū apparet corpus p̄ter elementa ꝛ mixtū.igiꝑ tale corpus: nullū eſt.

Dubiū.

❡ Sed ambiges. ❡ Primo.qꝛ Ariſtote.negare nō poteſt vaporē:qui corpus ſunt mediū inter aerē ꝛ aquā:neq̄ exhalationē: q̄ amphybia ē igni ꝛ aeri:vt patet in meteoris. igiꝑ tale corpus nō eſt negandū.

Prima

❡ Scdo.qꝛ in reſolutione mixti nullum elementū purū videꝑ:qꝛ elemēta pura videri nō poſſunt.igiꝑ ratio Ariſt.poſſet eſſe cōtra Ariſt.

2.dubiꝰ.

❡ Dici poteſt ad primū.ꝙ Ariſto.nō negat corpora illa media: ſed vult nullū eſſe mediū ex quo cuncta conſtent:qꝛ in reſolutione nō videmus ſemper illud remanere.

Solō prime.

❡ Ad zᵐ dico ꝙ licet nō videnꝑ elemēta pura: videnꝑ corpora in quibꝰ elemēta pura pdominanꝑ:ex quibꝰ fiunt: ꝛ in quę reſoluūtur mixta:quicquid velint alchimici.

Solō ſcunde.

❡ Neq̄ igiꝑ ignis:neq̄ aliud quicq̄ elementorum infinitū eē poteſt. oino enim ꝛ p̄ter id qȯ infinitū ſit ipſorū aliqȯ: vniuerſum ipſum (q̄uis finitū ſit) ipoſſibile eſt aut eſſe aut fieri vnū qd ipſoꝝ: velut heraclytus ſentiebat. dicens. oia tandē cōuerti in ignē.

Expō

❡ Confutato corpore illo medio ex ea parte qua ponebaꝑ mediū:nunc cōmuni ratione refellit omne ſimplex corpꝰ infinitū:ſiue ſit mediū: ſiue elementū extremū. Et primo arguit cōtra corpus ſimplex. ꝛ ſyllogiſmus eſt.ſi aliquod elementoꝝ eſſet infinitū: tandē vniuerſus mundus conuerteretur in illud.ꝛ hoc deſtruit.dicens. omnino enim ꝛ p̄ter id quod infinitū ſit ipſorū aliquid vniuerſuꝫ ipſum (q̄uis finitū ſit.) īpoſſibile eſt aut eſſe aut fieri vnū quid ipſorū.quaſi dicat. ꝙ eſt ipoſſibile vniuerſum conuerti in aliquod elementoꝝ: ſiue elemētū ſit finitū ſiue infinitū: velut Heraclytus ſentiebat dicens omnia tandē conuerti in ignem. Sic igitur vniuerſum conuerti in igneꝫ eſt nō modo impoſſibile ex ea parte qua ignis eſſet infinitus:ſed

ex ea parte: quia īpoſſibile eſt ſimpliciter: ⁊ ita conſequēs eſt ſimpliciter impoſſibile. Propterea adiecit. ⁊ preter id quod infinitū ſit ipſoꝝ aliquid: quia ſiue aliquod ipſoꝝ ſit infinitū: ſiue nō. vniuerſum conuerti in aliquod ipſoꝝ
Auer roes com mēto.46
eſt ſimpliciter impoſſibile. ¶ Auerroes vero reſoluit textum ad duas poſitiones. Una eſt ꝙ aliquod elementoꝝ eſt infinitū quicquid ſit illud. Alia eſt Heracliti: que ponit omnia finita: ſed qđ aliquod eorum vt ignis excellit cetera viribus ⁊ potētia adeo vt demū oīa corrūpat in ſuiqꝫ nāz vertēs. vult mō ꝙ Ariſt. ꝯdicit pme poſitiōi ponētis aliqđ illoꝝ infinitū. Scđe vō ꝯdicet in libro celi. et in meteoris: ⁊ vbi ꝓbabit ſimplr mundū nō poſſe corrūpi. hec ex cōmento colligi poſſunt.

¶ Eadē aūt ratio ⁊ ad illud vnū cōueniet: qđ pter elemēta nāles faciūt. oē.n.ī ꝯtrariū ex cōtrario: ceu in frigidū ex calido mutat̄.

¶ Nunc applicat eādē rōnē illi corpi medio. qđ nāles ꝓpe gnōnē autumāt. nā illud tale oꝫ hr̄e quādā ꝯrietatē ad ea elemēta: q̄ ex illo fiūt. ſiqdē oīs mutatio fit ex ꝯrio in contrariū. quare tale corpꝰ mediū rōne ꝯtrarietatis deſtruet cuncta: velut de elementis dicebatur.

¶ Oportet etiaꝫ hinc conſiderare de quolibet vtrū eē poſſit vel nō poſſit corpꝰ aliqđ ſenſile infinitū. Oꝫ itaqꝫ nullū penitꝰ ſenſile corpꝰ eſſe poſſit infinitū: hinc patebit. nam omne ſenſile corpꝰ alicubi eſſe aptū eſt: atqꝫ locꝰ eſt qdam cuiuſqꝫ: ⁊ ideꝫ partis ac totius: ceu vniuerſae telluris glebaeqꝫ vniꝰ. itēqꝫ ignis ⁊ ſcintillae.

¶ Hactenus ſpeciatim ꝙ nō ſit corpꝰ infinitū: ꝓbauit. nūc vniuerſaliꝰ rem ꝓponit. dicēs. opꝫ etiā hinc cōſiderare de quolibet vtrū eē poſſit vel nō poſſit corpꝰ aliqđ ſenſile infinitū. hec eſt intētio gnālis de quolibꝫ. Qua qdē ſuppoſita petit duo. Primū ꝙ oē ſenſile corpꝰ ſuapte nā aptū eſt alicubi eē. ꝯtra ēt cuiuſqꝫ corpis ſenſilis ſemꝑ eſt locꝰ qdā nālis. Scđꝫ eſt ꝙ idē ſit locꝰ alicuiꝰ totiꝰ corpis ſenſilis ⁊ cuiuſqꝫ illiꝰ ꝑtis: ceu vniuerſe telluris ⁊ vniꝰ glebe. itemqꝫ ignis ⁊ ſcintille. he ſunt due petitōes: quas Ariſt. in hoc ꝓ-
Auer roes com mēto.48
ceſſu cōſtituit. ¶ Auer. aūt addit 3am. vꝫ. ꝙ oē corpꝰ hꝫ locū nālē ⁊ locū nō nāleꝫ: ita vt in nāli q̄ſcat: ⁊ cū eſt extra ipſum: moueꝛ ad illū naturaliter. hanc Ariſto. tacuiſſe aſſerit: quia ſequitur ex ſecunda.

¶ Quare ſi id ſimilare ſit: aut imobile erit: aut ſemper mouebit̄. qđ qdem eſt ipoſſibile. Nā cur potiꝰ deorſum q̄ ſurſum: aut ad quemuis locū moueret̄. dico autēꝫ vt ſi gleba ſit: quorſum ipſa mouebit̄: aut vbi manebit. corporis enim ſimilaris locus ipſe infinitus eſt. occupabit igit̄ vniuerſum locū: ⁊ quonāmodo. quae nam igitur ipſius quies: aut vbinam erit: ⁊ quis praeterea motus: an vbiqꝫ manebit. non mouetur ergo: aut ad omnem locum mouebitur. non ergo quieſcet.

¶ Mihi locus iſte difficillimꝰ eſt tam in grecis q̄ in latinis verbis. videt̄ tñ mihi cū Themiſtio eē ſic textꝰ introducēdus. Si corpꝰ vllū infinitū ſit: aut ex partibꝰ cōſimilibꝰ cōſtabit. qđ greci tū homogeniū tū homoides vocāt. aut ex partibꝰ diſparibꝰ. hoc eſt mēbris gñe ⁊ nā differentibꝰ. qđ heterogeniū: aut anomion dicūt. Primo deſtruit ꝙ nō homogeniū: qꝛ vbi homogeniū: locꝰ cenſebit̄ idē totius ⁊ partiū: atqꝫ eque infinitꝰ totius ⁊ partiū. Tunc arguit vt exponit Themiſtiꝰ. quare ſi id ſimilare ⁊ homogeniꝫ corpꝰ ſit: ꝑs illiꝰ ſubaudi aliqua: aut imobile erit: aut ſemꝑ mouebit̄. Ecce q̄uo diſiunctionē refert ad partē illius. nō ad totū: vt expoſitores blactericāt. aſſerit āt vtrūqꝫ eſſe ipoīe: qꝛ tolleret̄ definitio nāe: vbi alterū q̄etis ſiue motꝰ ſiue q̄es tolleret̄. Et pͦ ꝓbat ꝙ nō mouebit̄ pars illiꝰ: qꝛ nō eſt determiatū vbi aſſignare q̄ moueat̄: cū locus ſit infinitꝰ: aut ipſaꝫ oꝫ moueri ad oēm illiꝰ infiniti loci partē. inquit. Nam cur potiꝰ deorſum q̄ ſurſuꝫ: aut ad quēuis locuꝫ moueret̄: vt ſi gleba ſit ꝑs illa quorſus ipſa mouebit̄. Sic igit̄ pꝫ illā moueri nō poſſe. Qđ vō neqꝫ q̄eſcere: ſimili rōne declarat̄. ⁊ iquit. aut vbi manebit. corporis.n. infiniti illiꝰ ſimilaris locus ipſe infinitꝰ eſt. igit̄ ſi oꝫ manere in qualibet illiꝰ infiniti loci pte: opꝫ illā occupare vniuerſuꝫ locū illū infinitū. ⁊ hoc nō videt̄. Primo. qꝛ nō appet quonāmō poſſit finitū qd occupare infinitū. Scđo. qꝛ nō videt̄ quenā ſit illiꝰ ꝑtis q̄es. vtrū verſus dextrū vel ſiniſtrū: aut vbinā erit. Tertio. nō videt̄ q̄s fuerit ille motus quo ꝑuenit ad partē illiꝰ loci in qua quieuit: an vbiqꝫ manebit. nō g̊ moueꝛ: aut ad oēm locū mouebit̄. neqꝫ g̊ q̄eſcet: ⁊ ita neutrū dici pōt. ¶ Sꝫ dubitat̄. ¶ Prio. qꝛ ꝑ
Dubōes. Prima.
hāc cōeꝫ ꝓbarē terrā nō eē: qꝛ ſi eēt: vel eiꝰ aliq̄ ꝑs eſt immobilis: vel ſemꝑ mouebit̄. nō ſemꝑ mouebit̄: qꝛ nō magis ad vnā loci totiꝰ partē q̄ ad aliā: nō q̄eſcit ꝑ idē. igī ſi rō de īfinito valet: ⁊ de terra vniuerſa: ac quolibꝫ elemēto valebit. ¶ Scđa dubitatio eſt. qꝛ dicerē īfinitū eē: ⁊ nul-
Scđa.
lam ipſius partē poſſe moueri: ſꝫ q̄eſcere ſemꝑ q̄ete totiꝰ.
Cōtra nouū expoſitorem.
¶ Dubitatio vō: quā fecit nouꝰ expoſitor: nō eſt ad ꝓpoſitū. credit.n. Ariſt. duxiſſe ad hoc ipoīe ꝙ corpꝰ illđ: aut ſꝑ q̄ſcet: aut ſemꝑ mouebit̄. hec nō eſt ad ꝓpoſitū. qm̄ ſyllogiſmus Ariſt. de parte illiꝰ ꝓcedit: ⁊ nō de vniuerſo illo.
Solō
¶ Propter hec dici pōt ad pͫm ꝙ Ariſt. in rōne ſuppoſuit vnū eē locū totiꝰ ⁊ ꝑtis: ⁊ locū illiꝰ īfiniti eē īfinitū: ⁊ ꝙ illius ꝑs aliq̄ moueat̄. mō nō eſt ad ꝓpoſitū de terra: qm̄ locus terre eſt finitꝰ vt centrū totiꝰ: ad qđ q̄lꝫ ꝑs mouebit̄: ſi ſit ſepata a toto. at locꝰ illiꝰ corpis eſt īfinitꝰ: ad cuiꝰ ptē oēꝫ pōt moueri ꝑs aliq̄: ⁊ ois ꝑs. ¶ Ad 2m dici pōt ſaltē de poſſibili poſſe aliquā ptē moueri: vt pͦ huiꝰ ꝯ parmēidē dixit. Modo hoc poſito in eē: ſequit̄ ꝑdictū ipoīe: vt dctū eſt. ⁊ hoc ſufficit. ¶ Auer. aūt: pace ſua dixerim: locū hūc
Adūſus Auer.
nō recte iterptat̄: vt pꝫ legēti ipſuꝫ. facit.n. ſylluꝫ diuiſiuū trimēbrē: ⁊ ꝯſtruit illiꝰ q̄ālꝫ ptē. vbi ꝑfecto in textu mō illo nō legit̄: vt ex noſtris ⁊ veteribꝰ trāſlatōibꝰ plane cōſtat. ſepe.n. ex malis q̄s habebat trāſlatiōibꝰ bonꝰ Auer. dormitat. ¶ Dubitāt iuniores: qꝛ nō videt̄ locū eē eūdeꝫ
Dubitaꝫ tertia.
totiꝰ ⁊ ꝑtis. nā tūc ꝑs eēt equalis toti: qꝛ locꝰ eſt eq̄lis locato. igit̄ ſi idē eēt locꝰ totiꝰ ⁊ ꝑtis: idē eēt eq̄le vtriſqꝫ: et ita illa eēnt equalia inter ſe. hic iuniores diſputāt inter ſe.
Ptis pō
¶ Quidā dicūt eūdē eē locū totiꝰ ⁊ ꝑtis cōtinue toti: nō tñ eodē mō. nā totiꝰ ꝑ ſe. ꝑtis vō ꝑ accñs. at ꝑtis diſcontinue idē eſt locꝰ ꝑ ſe: q̄ totiꝰ: ita vt ſcintilla ignis diſcōtinua nō ſituat̄ nāliter: niſi occupet totū cōcauū ignis. vñ ſi ad imaginationē nihil ignis eēt in cōcauo pter vnā ſcintillaꝫ illa ſe extēderet quouſqꝫ totū cōcauū occuparet. ¶ Ariſ. igit̄ loquit̄ de parte: quatenꝰ illa eſt a toto diſcōtinua: qꝛ ꝑ illā hoc mō ſumptā ſyllogiꝫat. nō aūt de parte cōtinua toti. cū illa vt ſic nec per ſe moueat̄: nec ꝑ ſe loceꝛ. hanc poſitionē (vt mihi videt̄) iuſte refellūt alij iuniores. ⁊ maxie
Confutatio.
quo ad illud qđ cōcedunt de occupatione totius concaui facta ab vna ſcintilla. Primo qꝛ ſic vnū minimū eēt aptū occupare per ſolū motū localē totū lune concauū rarefaciendo ſe. quod nullus diceret. ¶ Scđo. qꝛ tūc aliqua ꝑs illius ignis per ſolū motū localē eſſet apta acqrere maiorem raritatē q̄ ſit ſūma: vt in caſu vbi per imaginationē

vniuerſus ignis. a cócauo remoueret vna ſcintilla ſola remanēte. n. illa (vt dicūt) deberet ſe extēdere per totum. ¶ Tertio. ſequit̃ ꝙ vnū minimū ignis per imaginationē eēt. ei poſſet cq̄le vniuerſo igni: vt ſi remoueret̃ vniuerſus ignis ſolo vno minimo remanēte. hę rōnes rōnales ſūt: vt mihi videt̃. nō eni3 aurib⁹ boni viri ſonat vt ſcintilla vna ignis ſumē rara in ꝓpria ſphera exiſtēs poſſit vniuerſum cócauū occupare remoto vniuerſo igne. ¶ Propter hec aliter fingūt ⁊ (vt mihi videt̃) deteri⁹. volunt. n. ꝙ remoto vniuerſo igne: illa ſcintilla nō occuparet totū: q2 eēt in toto cócauo rōne partis: velut leo eſt in cęlo rōne aeris: q tandē eſt in coelo. ¶ Propterea Ariſto. vult. nō ꝙ gleba moueat̃ occupādo totū locū infinitū: ſ3 ſufficit ad illū ſm ſe totū: vel ſm partē ſe hēre. ¶ S3 hec reſpōſio vitat vnū: ſ3 incidit in pei⁹. vitat enim illud abſurdū de occupatiōe toti⁹: quā faceret ſcintilla. Sed reddit rōnē Ariſto. imbecillā. nā dicerē partē illā ſemp qeſcere: q2 ſemp eſſe pōt in parte totius loci infiniti. ⁊ ſic eēt in vniuerſo loco: quia in illius parte: ⁊ generatim qcqd ipſi dicerēt: nos reſpōderemus rōni Ariſt. ¶ Ego vō cū Themiſtio ſentio: q ita ſcribit. nō ꝙ eadē exeq̄taq3 moles ſit vtrūq3 cōplectēs: ſ3 ꝙ quēadmodū ipſi toti ſupern⁹ aut infern⁹ peculiaris eſt locus. ſic itē peculiaris ⁊ partib⁹. Ecce q̄ inquit. ¶ Ubi p̊ debes ſcire ꝙ ſi eſſet corp⁹ aliqđ nāle. infinitū: ipſu3 eēt naturaliter ſurſum ⁊ naturalr deorſum: naturalr in dextro ⁊ ſiniſtro: ⁊ reliqs poſitionis differētys. nā eſſet occupās oē3 locū: ⁊ ita cū debeat habere locū naturalē: oēs hi loci eēnt ſibi nāles. Ex his ſequit̃ vt quęlibet illius ps: vt ſcintilla: ſiue gleba: etiā habebit ſibi peculiarē oēm illū locū: vt ſurſum ⁊ deorſum. q2 idē eſt locus ſpecie totius ⁊ partis in ſimilaribus. ¶ Tunc quo ad ꝓpōnem Ariſto. dico ꝙ ipſe vult eunde3 eſſe locū ſpecie totius ⁊ partis. vt ſupernū locū eſſe totius ignis ⁊ ſcintillę. nō aūt eundem eſſe locū numero: q2 ſcintilla recte ⁊ naturaliter locat̃ ſi in cęli ea parte collocet̃: quę eſt ad ortū: aut ad quē vis aliū ſitum. Similiter gleba naturaliter eſt in loco ſi ſit in inferno ſitu. vbicūq3 fuerit. ¶ Quo vero ad rōnē illa Ariſto. rō videtur efficax. q2 ſumit partē aliq̄ illi⁹ diſcontinuā a toto: cū ſit polē: ⁊ arguit ꝙ erit ſemper in motu ⁊ ſemp quieſcens. Semper in motu: q2 nūq̄ erit in loco ſibi naturali tm̄: q2 cu3 idem ſit locus totius ⁊ partis: ⁊ vniuerſum illud hēat oēm locū: etiā pars illa: ⁊ ita nūq̄ quieſcet. q2 nūq̄ erit in loco aliquo. ita vt nō ſit apta eſſe in alio ⁊ ſic nūq̄ qeſcet. quia nullibi pōt quieſcere: cū nullus ſit locus ſibi naturalis ſolus. Et ſic p3 vis rōnis ⁊ ſenſus ꝓpoſitionis.

2. ratio.

Confutatio.

Propria ſolutio.

¶ Sin vō vniuerſu3 ipm diſſimilare ſit. Diſſimilaria quoq3 erūt loca ipſa: ⁊ primo qdē corpus vniuerſi ipſi⁹ nō erit vnū niſi tactiōe.

¶ Cōfutat nūc alterā ſyllogiſmi partē: ⁊ ꝓbat ꝙ vniuerſu3 illud qđ aſſerūt infinitū nō pōt eſſe heterogeneū: ſiue anomion hoc eſt diſſimilare: q2 tūc loca partiū vniuerſi erūt diſſimilaria: ⁊ hoc improbat primo: q2 tūc corpus vniuerſi illius infiniti non erit vnum: niſi contactiōe: qđ reputat impoſſibile. Quo vero ad verba greca attinet vniuerſum ſiue mundus grece eſt pan: rōnabiliter vero Ariſto. applicauit ſyllū ad vniuerſum ſiue mundū: aut quia antiqui infinitū quod poſuerunt: voluerunt eſſe mundum: vt primo cęli habetur: aut quia ſi habetur ipſum mundum non poſſe eſſe infinitum: de quo magis videtur: ſtatim habebitur nullum aliud eſſe poſſe.

¶ Deinceps illi⁹ partes aut ſpecie finitae ſunt: aut infinitae. Finitae quide3 etiā eſſe nequeūt. erunt enim aliae quidem infinitae: aliae vero non infinitae: ſi vniuerſu3 infinitū ſit. vt ignis aut aqua. Sed tale corruptio eſſet in cōtrariys ipſis. velut antea dictum eſt. Et propter hoc: nullus naturaliū infinitum ipſum vnūq3 ignē aut terram fecit: ſed aut aquam: aut aere3: aut horum medium: quoniam horum locus manifeſte determinatus erat. at illa vtrobiq3 eē. poſſunt: ſurſu3. v3. ⁊ deorſum.

¶ Quia rō tacta videt̃ non eſſe abſurda: quia poſſet concedi infinitū eſſe: ⁊ nō vnum ſimpliciter: ſed cōtactu: vt concedunt de mūdo: hac de cauſa facit ſecundā rationem. Et erigitur ſic. partes illę diſſimilares hoc eſt diuerſę genere ſiue ſpecie: aut numero finitę ſunt: vt q̄ttuor: vt eſt rei veritas: aut numero infinitę. primo ꝓbat ꝙ eſſe nō poſſunt numero finitę: vtpote quattuor: q2 op3 vt aliç illaru3 ſint finitę. Aliç infinitę ſi debet vniuerſum eſſe infinitu3. non enim poteſt aliquod vniuerſum infinitū eſſe: niſi partib⁹ numero cōſtet infinitis: aut numero finitis: ſed dimenſione infinitis: ⁊ ita op3 vt aliquę ſint finitę vt ignis ⁊ aqua. modo hoc eſſe nō poteſt: quia tale ſiue talis conceſſio poneret cętera finita corrūpi: ⁊ ſola infinita remanere. vt dictum eſt. Confirmat hoc a ſigno: quia nullus naturalium poſuit ignē ⁊ terram infinita. Tu3 quia contraria: ne pręnimia magnitudine cętera corrumperet. Tum quia loca ipſoꝝ determinata ſunt: vt deorſu3 terra. ignis ſurſu3. intermedia vero quia nō contraria: ⁊ quia loca ſunt non ita determinata: poſuerūt infinita: quę ratio docet non poſſe eſſe aliquod elementorum infinitū: quod ſit pars diſſimilaris illius vniuerſi: quia cętera corrumperet. Propterea ait. quoniam horum. ſcilicet. ignis ⁊ terrę locus manifeſte determinatus eſt: vt ignis ſupernus: terrę infernus. at illa videl3. intermedia vtrobiq3 eſſe poſſunt: ſurſu3. v3. ⁊ deorſum: cum ſint grauia ⁊ leuia in reſpectu. Sic igitur patet ptes diſſimilares vniuerſi iſiniti nō poſſe eē nuō finitas.

¶ At ſi infinitae ⁊ ſimplices ſunt: erunt ⁊ loci infiniti ⁊ elementa infinita. ꝙ ſi hoc eē neq̄at: erunt ⁊ loci finiti: ⁊ vniuerſum finitum ſit neceſſe eſt.

¶ Nunc deſtruit aliam partem: ⁊ probat partes illas diſſimilares non poſſe eſſe infinitas. nam cum ille ſint partes vniuerſi: erunt elementa ⁊ ſimplicia corpora. modo nec loci nec elementa eſſe poſſunt infinita: vt nunc petit: vt poſterius declarandum.

¶ Impoſſibile nāq3 eſt vt non coęqua ſint locus ⁊ corpus. neq3 eni3 locus vllus ſimul maior eſſe poteſt q̄3 quantſcunq3 eſſe poteſt corpus: neq3 corpus maius q̄3 locus ipſe. na3 aut vacuum aliquid erit. Simulq3 cum hoc corpus non infinitu3: aut corpus aliquod erit: qđ nuſq̄3 aptum natum eſt eſſe.

¶ Quo quidē ad tranſlationē. In gręcis codicibus inuenimus verba Ariſto. tranſpoſita: velut a gręcis expoſitoribus habemus. ideo recte verba ⁊ orationes latinas fecimus: nihil tn̄ pretermiſimus. Quo vero ad ſenſus: q2 ex infinitate corporū concluſit infinitatē locorū: vt oſtenderet eſſe id non iniuria factū. docet qualem corpus ⁊ locus inter ſe rationem habent: quę ex tranſlationibus noſtris eſt manifeſta. ¶ Ex omnib⁹ his Auerroes in calce cōmēti colligit ſyllogiſmū: quē Ariſtoteles intendit: qui ſic componitur. omne quod eſt in loco ſibi ęquali: eſt finitū. quo-

Que ... roca ... mēto. 4

niam infinitū non dicitur equale. omne corpus ſimplex eſt in loco ſibi equali. igitur omne corpus ſimplex eſt finitum. ¶ Sed hic emergūt dubiōnes: que ex verbis cōmenti ſolui poſſunt.

Prima dubitatio.

¶ Prima eſt vnde valeat illud enthymema. ſin vero vniuerſum ipſum diſſimilare ſit. hoc eſt partiū diuerſe ſpeciei: diſſimilaria quoqꝫ erūt loca ipſa. ¶ Reſpōdet Auer. & inquit. & iſta propoſitio apparet ex hoc: quia omne corpus ſimplex habet locū naturalē. vbi igitur vniuerſuꝫ eſſet corpus heterogeniū: eius partes eſſent elementa diuerſe ſpeciei: & corpora ſimplicia. modo vnicuiqꝫ corpori ſimplici locus competit peculiaris & vnus.

2. dubit⁹.

¶ Secūda dubitatio eſt. quia ipſe ponit partes talis vniuerſi eſſe contrarias. quod falſum eſt de celo ipſo. cui nihil eſt cōtrarium.

Solutio Auer.

¶ Reſpondet Auerroes. & hoc non eſt verū niſi de corporib⁹ que mouenť motu recto. & hoc ſignificat ꝙ perſcrutatio eius hic eſt de hac natura. quoniā non apparuit hic aliā naturā eſſe. ſic igitur dictū Ariſto. eſt verū ſuppoſito celo eſſe eiuſdeꝫ nāe cum elementis: donec res hec ꝑficietur .3. celi. quo fit vt celū ipſum habeat aliquid cōtrarij.

Tertia.

¶ Tertia dubitatio eſt. quare loca ignis: & terre ſunt terminata: atqꝫ nullo modo conuenientia. at loca mediorum ſunt indeterminata: cū aque ſurſum & deorſum ferātur. ſimiliter aer.

Solutio auerrois.

¶ Reſpondet Auer. hoc pro tanto eſſe: quia ignis nō habet niſi leuitatē tm̄: terra grauitatē ſolū. ideo loca eorū ſunt definita: & valde contraria. aqua vero & aer habent vtrūqꝫ. ſ. grauitatē & leuitatē. aer enim eſt leuis in loco aque & terre: & in grauitate aſſimilatur aque. in leuitate autē aſſimilatur igni. Similiter eſt aqua. Eſt enī grauis in loco ignis & aeris: & leuis in loco terre. Sic igiť ignis & terra definita habent loca. quia ſimplices habent motiuas qualitates. Intermedia vero indiſtincta: qꝛ qualitates habent mixtas.

Replica.

¶ Sed hic dubitať: qꝛ tunc aer & aqua cōponerenť ex terra & igne.

Reſpōſio auerrois.

¶ Propterea Auer. 4. celi. cōmento. 26. inquit. Et nō eſt intelligendū ex hoc quod dicit. ꝙ due potentie exiſtunt in medijs his: queadmodū contraria exiſtunt in medio. ver. g. ſicut albū & nigrū exiſtunt in rubro: quoniā ſi ita eſſet: tunc aqua & aer cōponerentur ex terra & igne. ſed eſt itelligendū ꝙ due potentie exiſtunt in eis ſm̄ cōparationē: ex quo nō ſequitur vt ſint compoſita & reliqua.

Reſpōſio ſimplicij.

¶ Simplici⁹ vero autumat media elementa componi ex extremis: & mixta eſſe etiā ex qualitatib⁹ extremis: que res in libro deſtructio deſtructionū diſputata eſt diſputatione prima in ſolutiōe vndecimi dubij. Sed in libro celi diſputabiť melius: quia hic res hec obiter tacta eſt.

Quarta

¶ Dubitareť etiam quarto cur addidit poſitionē hanc de elementis. videlicet. ꝙ extrema nō poſſunt eſſe infinitā: ſed media ſic.

Reſpōſio auerrois.

¶ Reſpondet Auerroes poſitionē hanc eſſe additā: aut vt ab illa ſumat vnū cōtrarium corrumpere alterū: cū ſit fortius illo: aut vt habeat illa eſſe finita ob locorum determinationeꝫ: vt fuit dictū in textu. hec ex cōmento colligi poſſunt.

¶ Anaxagoras vero de ipſi⁹ infiniti quiete abſurde loquitur. aſſerit enim infinitū ipſum ſeipſo firmari. idqꝫ ex eo euenire: quia in ſeipſo eſt. quādo nihil aliud ipm̄ cōtineat: quaſi vbi aliqd ſit: ibi eſſe aptū conſiſtere.

¶ Anaxagoras enixus eſt reddere cauſam: cur immenſuꝫ illud chaos imobile eſſe voluerit. aſſerebat enim chaos illud infinitum ſeipſo fulciri: idqꝫ ex eo euenire: quia in ſeipſo eſt: quippe cum nihil aliud ipſuꝫ contineat: quaſi vbi aliquid ſit aſſerens ibi eſſe aptum conſiſtere: & ſic euitare eſt enixus queſtionem.

¶ Sed hoc non eſt verū. naꝫ eſſe poteſt aliqd vi alicubi: & non vbi aptū eſt eſſe.

¶ Sed Ariſtoteles hoc abſurdū refellit. ¶ Primo quia illius fundamentū eſt falſum. nam nō eo loci in quo queqꝫ res eſt: ſemper naturalis eſt quies. poteſt eniꝫ inuita atqꝫ vi res aliqua aliquo loco detineri: in quo naturaliter nō quieſcit: vt lapis in tecto pendens. & ſic fundamentuꝫ falſum eſt. ¶ Auerroes autē reducit fulcionē Anaxagore ad oppoſitū. arguit enim ipſe ſic. infinitū nō habet locū ad quē moueri poſſit. igitur quieſcit: quieſcit alicubi. igiť aptū eſt quieſcere ibi: aptuꝫ quieſcere ibi. igiť naturaliter quieſcit. reducit igitur argumentū in contrariū: quia propter carentiā loci: in quē moueri poſſit: nō debem⁹ arguere niſi quietē violentā: vt ſi gleba deſcēderet vſqꝫ ad culmen caſtri: & ibi detinereť. patet eam ibi vi quieſcere. tūc ad formā dicerē. infinitū ſi eſſet: quieſcere ob carentiā loci: ad quē moueri poteſt. ſed negať ſi quieſcit: ꝙ ſit aptum quieſcere ibi: quia poteſt aliquid vi detineri. hec ex calce cōmenti colligi poſſunt.

Que mē roce commēto. 30.

¶ Inſuper etiam quāuis: quia maxime nō mouetur totum: ob hoc ꝙ in ſeipſo firmať: atqꝫ in ſeipſo eſt: imobile eſſe neceſſe eſt: propter quid tamen non eſt aptum moueri dicendum erat. non enim ſat eſt hoc modo dicendo euadere. hac nāqꝫ ratione fieri poteſt etiam aliud quoduis corpus non moueať: nihil tamen ꝓhibeat eſſe aptum moueri.

¶ Secundo reprehendit Anaxagorā quo ad aliud. arguebat eniꝫ. chaos illud infinitū in ſeipſo firmatur: atqꝫ in ſeipſo eſt. igitur eſt imobile. obijcit modo Ariſtoteles. dicēs. propter quid tamen nō eſt aptū moueri: dicendū erat. nō enim dicendo modo illo: quia in ſeipſo eſt. ſat eſt euadere. hac nāqꝫ ratiōe fieri poteſt: etiā aliud quoduis corpus nō moueatur: nihil tamen prohibeat eſſe aptum moueri. igitur dicta cauſa nulla eſt.

¶ Etiam cū terra non ferť: nec ſi infinita eſſet: quatenus coerceretur a medio: tunc non quia non eſt aliud ad qđ fertur: in medio ipſo quieſceret: ſed quia nō hoc pacto apta eſt ferri. liceret tamen dicere terram ſeipſam fulcire. ꝙ ſi neqꝫ in terra exiſtente infinita hoc cauſa eſſet: vt ipſa ſit in medio: ſed qꝛ grauitatem habet: quae quidem grauitas manet in medio. ſimiliter infinitū etiā manet in ſeipſo propter quādam aliam cauſam: & non qꝛ infinituꝫ eſt atqꝫ ſeipſum firmat.

¶ Tertio reprehendit Anaxagoraꝫ quo ad aliud. aſſignabat enim cauſam cur infinitū nō mouetur: & dicebat hoc ex eo eſſe. quia nō erat locus extra ipſum: ad quē moueri poſſꝫ: & ob hoc dicebat ipſum naturaliter quieſcere. Contra obijcit. dato ꝙ terra non moueať: & ſit infinita: & coerceatur a medio: quatenus vltra ipſuꝫ tenere nō poteſt. nō propter hoc ipſa quieſceret. quia extra eaꝫ nō eſt locus ad queꝫ moueri ſit apta: ſed ob grauitatē: que ſuapte natura facit quieſcere in medio. igitur infinitū ipſum non ex eo quieſcit: quia infinitū nō habens locū extra: ad quē moueri poſſit. Sed oportet dare cauſam aliā. Sed quia verba fuerant in grecis codicibus parū obſcura: vt tranſlatiōes clariores ſint: lege litterā. etiā cū terra nō fertur: quaten⁹ coerceretur a medio: neqꝫ ſi infinita eſſet: ferretur. etiam quatenus coerceretur a medio: extra quod nullus eſſet

locus:ad quē moueri poſſit: in medio tamē ipſo qeſceret: nō qꝛ non eſt aliud ad qđ fertur in medio ipſo quieſceret: non quia non hoc pacto apta eſt ferri:reliqua verba tranſlationib' perſpicua ſunt.

Quo ad verba.

¶ Nolo tamē ignores me nonnulla verba mutaſſe vt ſenſus clariores fierent. Uti verbum illud modo:naꝫ grece eſt μέντοι: quod licet ſonet: ſed aut tamē.hic nullo modo illud ſonare poteſt. Ampli' verbum illud.tūc.grece eſt alla:quod latine ſonat ſed:hic vero ſonat tunc:vt mihi videtur:reliqua vt iacent trāſtuli.

Summa rationis.

¶ Sic igit' vis ratiōis eſt:terra vbi infinita eſſet:quieſceret in medio:ꝛ non propter infinitudinem:ſed propter grauitatem:quę a propria ſpecie quieſcit in medio. igit' ſi vniuerſum infinitum eſſet:quieſceret non propter infinitudinem:ſed aliam ob cauſaꝫ: ꝛ ita Anaxagoras abſurde ratiocinatus eſt in huius rei cauſa.

Aueroes.commēto.51. Prima ratio auer.

¶ Ex verbis Auerro. in pręſenti cōmento colligunt' tres declarationes hui' rationis. ¶ Prima eſt quę accidūt quieſcenti quatenus eſt quieſcens:non ſunt cauſę per ſe quietis:ſed finitudo ꝛ infinitudo accidunt quieſcenti quatenus eſt quieſcens.igitur non ſunt per ſe cauſę quietis. Minor pꝫ: quia non eſt differētia in terra quo ad hoc ꝙ ſit finita:aut infinita in dando ꝙ mediuꝫ eſt cauſa quietis terrę: quia ſiue ſic ſiue nō: ipſa terra qeſcit in medio:qꝛ grauis:qđ a ſpē in medio reſidet.

Secūda ratio.

¶ Scđa eſt.qđ eſt cā qetis violētę:nō eſt p ſe cā qetis nālis alicui':ſꝫ īfinitudo ē cā qetis violētę:qꝛ facit quieſcere omnem locū violenter occupando.igitur non eſt cauſa quietis naturalis per ſe.

Tertia ratio.

¶ Tertia ratio quę tangitur in calce cōmenti eſt ad īpoſſibile.ſi infinitudo eſt cauſa quietis per ſe: tunc omne quod quieſceret: propterea quieſceret:quia eſſet infinitum. tenet conſequentia.naꝫ per ſe eſt de omni ꝛ neceſſario.vt dicitur primo poſterioꝝ. Hę tres rationes colligi poſſunt in cōmento.

...tiſtrꝰ p ...tio. duci ad actū:cū non ↄueniat ſimplicitati illius qō mouetur: neq3 motus eius quo mouet̄. ¶ Et hęc eſt intentio Ar.plane,aſſerit.n.plane id qō ſurſuꝫ eſt vt circulus vltimus neq̄q̄ vniuerſum eſſe in loco ſm oēs partes:hęc aūt nō ſm totū.nō rn̄det niſi eē ſꝫ ptes. q̄re ſi negat ipſꝫ vniuerſuꝫ ſm oēs ptes nō eē in loco.vr̄ affirmare ſm ptes eē in loco.hęc eſt itētio auēpaces hiſpani. Alexādri. ꝛ oiuꝫ ꝑipatheticoꝝ.nec vlt aliō Alex.niſi ꝙ ſupmꝰ circulus nō eſt in loco aliq̄ mō ſumēdo loco ꝑ ↄtinēte:ſꝫ ꝑ pte voluit ipſꝫ eē in loco ꝑ ptes. ¶ Rōes Auer. ↄ hęc friuolę ſunt ad pmā pꝫ ſolō.licꝫ.n.totuꝫ nō ſit aliō q̄ ſuę ptes oēs.pt aliqd toti ↄpetere rōe totiꝰ:qō nō ↄpetit rōe ptiū. ꝛ aliqd ſibi rōe ptiū:qō nō rōe ſui. qꝛ ſaltē totū ꝛ ptes ratione dn̄t:ꝛ ordine. Ad illō qō dicit ꝙ male facit Themiſtiꝰ. ↄfundēdo ipſꝫ per accn̄s cū ipſo per ptes:dico ꝙ bene facit.q2 illud eſt de vniuerſo mūdo.ꝛ nō de circulo vltio intelligēdū. Ad rōes q̄s addit Joā.ↄ Themiſtiū.l qōe rn̄deo ꝙ Ar.vult ꝙ cęlū ſm ptes mutet locum ꝛ ſm formā ꝛ ſꝫ māᵐ:ſm totū nō.Ex h̄ nō ſeqt̄ ipſꝫ ſꝫ ptes nō eē i loco:ſed ꝙ ſic̄ ſm ſe nō mutat locū.ita ſm totū nō ē i loco.ꝛ vt ꝑ ptes eſt mutās locū ſm formā ꝛ māᵐ:ita rōe ptiū per accn̄s dici pōt mutare locū mō quo ptes mutant. ¶ Ad ſcōaꝫ dico.ꝙ cęlū vltimū nō eſt i loco ꝑ ptes: q̄ actu ſint i loco ꝑ ſe:ſꝫ poᵃ.Et cū dr̄.igr̄ ñ actu moueret̄ negat̄ ↄn̄a. illud.n.eēt veꝝ in motu recto:q eſt delatiuꝰ.nā ille eſt vt acqrat locū:iſte nō eſt vt acqrat locū. ſed circa locū. ꝛ ita ſuit aliqō actu moueri:ñ tn̄ eē actu i loco:vl̄ actu moueri ad locū:ſumēdo actū ꝑ eē ſepōnis.niſi ſumat̄ actu. ↄ pōaꝫ eēndi. ¶ Ad 3ᵐ dico.ꝙ illę ptes ō pōali prit eē in loco ꝑ ſe:ñ qdē ō pōali i ſpē:ſꝫ i gn̄e. tale aūt ñ opꝫ vt reducat̄ ad actū ſpēi:ſꝫ gn̄is.ꝛ ita ſuffic̄ vt aliqd ſui gn̄is ſit tale vt eīn tū vl̄ id genꝰ. ¶ Ad rōes ↄ auēpacē ad pᵐ dico. ꝙ Ar. vlt ꝙ oē cōpꝰ ex̄ qō nlꝫ aliō eſt:nō eſt ꝑ ſe i loco:capiēdo locū ꝑ ↄtinēte:cū q̄ tn̄ ſtat ipſꝫ eē in loco:q2 circa locū cōtentū. ¶ Ad 2ᵐ dico.ꝙ Ar.vult aliquid eē in loco ꝑ accidens ꝛ ptes. vt dicit Themiſtiꝰ. fuſiꝰ capiēdo ꝑ accn̄s ꝑ eo qō eſt tale ꝑ aliō:ꝛ ita ſunt idē. ¶ Ad 3ᵐ dico.ꝙ rōe loci ē cōtinere:eſſe ęq̄le:ꝛ id in quo eſt locatū vt in vaſe: capiēdo locū ꝑ ↄtinēte reſpectu corpoꝝ rectoꝝ.nā phs in ſolōne qōis de vltimo circulo inuit aliū modū eēndi i loco.ꝛ ita pꝫ ꝙ hęc expō ↄuenit vbis Ar.nā licꝫ definierit locuꝫ: aliū modū accipiēdi locū inuit. ¶ Sꝫ petunt ſcholares vlteriorē hoꝝ declōnē.pꝰ q̄re ſi corpꝰ ſm ptes externas ↄtineret̄ eēt i loco ꝑ ſe ꝛ actu.ſm iternas vō ꝑ ptes ſiue aper accn̄s. ¶ Scōo quo mō cęlū pt eē in loco ꝑ ptes: q̄ ſunt poᵃ diuiſibiles. ¶ Et 3ᵒ quo nā mō ptes illę cęli internę ſit ſepabiles a toto. ¶ Quarto cū oē pōale reducat̄ ad actū:ꝛ illę ptes ſunt diſibiles in pōa:cur nō q̄q3 erūt diuiſę. ¶ Quito quo mō pt eē motus in actu cęli ꝛ ꝑ ſe:ſi cęlū eſt i loco per ptes:quę ſunt potētia in loco. ¶ Sexto cur magis cęli locantur per internas:q̄ per externas: cum moueatur ſm omnes. ¶ Septimo cum omne per accidens reducatur ad per ſe:ꝛ totum ſit in loco per accidens hoc eſt per partes: quę ſm Themiſtium. ſunt in loco per accidens.ad qō per ſe illę reducentur. ¶ Octauo cum omne in potentia ſupponat aliquid in actu: ꝛ partes illę ſint potentia in loco:quid eſt illud quod actu eſt in loco:ꝛ illud in actu quod pręſupponūt. Hę ſunt dubitatōes:quaꝝ ſolōnes ſcolares vellēt vlteriꝰ expoſitas. ¶ Ad primā dico.ꝙ vbi corpus eſſet in loco per partes externas:tunc eſſet ↄtentum a loco:ꝛ ita eēt in loco actu ſeparato:ꝛ per ſe:qō ꝓprie eſt locus:ꝛ per nāꝫ continens. ꝛ ita eſſet actu ſeparationis in loco:q2 ſm ſe ꝛ qōlibꝫ ſui ↄtineretur:ꝛ per ſe: q2 in loco:qui per ſe ꝛ ſm nām contineret ipſum. ¶ Ad ſcōam debes ſcire ꝙ locus non competit corpori:niſi quo corpus ipſum eſt corpus mobile: ꝛ ita cęlo:aut hoī: aut alicui id genus non competeret: niſi ea parte qua corpus mobile:igitur partes cęli ea pte

Marginal notes, right: R̄n. ad rōes auerro. — Electio: declaratiōe dubitatiōes ſcolarium.

qua ſunt ipſius cęli: Themi. eſſe in loco non diceret: ſed ea pte qua ſunt cęli corporis mobilis: ex ea vero parte qua ſunt cęli corporis mobilis ſunt diuiſibiles. ⁊ potentia ſeparabiles: ⁊ hoc eſt qđ pſcbre Themi. ait: ꝙ cęlũ illud eſt in loco per partes: quę ſunt in loco per accidens: qꝛ non inquãtum partes cęli: ſed quatenus ſunt ptes cꝫ: cui accidit rõ corpis moti. Et ꝑ hoc ad tertiã. illę partes vt cęli ſunt: nõ poſſunt a toto cęlo ſeparari: vt corporis mobilis poſſunt eſſe ſeparabiles: ⁊ ita vt ſic ſunt in loco per ſe in potentia. ❡ Ad q̃rtaꝫ dici poteſt ꝙ poſe eo modo eſt ad actũ reducibile q̃nqꝫ: quo eſt poſſibile: modo illę partes poſſunt ſeparari a toto vt illud eſt corpus mobile. ⁊ ſic in generꝰ corporis mobilis aliquę partes reducenꝰ ad actũ ſeparationis: ⁊ hoc ſatis eſt. ❡ Ad quintaꝫ dici poteſt ꝙ cęlũ actu mouetur: ⁊ tamen eſt ſolũ in loco per partes q̃ ſunt potentia ſepõnis: nã eſſe actu tale põt ſumi vno mõ pro eo qđ diſtinguiꝰ ꝯ id qđ non eſt: ⁊ põt eſſe: vt roſa in hyeme. alio mõ pro eo qđ eſt diſtinctũ ꝯ actum ſepõnis. Primo mõ ptes ꝯtinui ſunt actu in loco: qꝛ pñtialr ſunt ⁊ in loco. Scđo mõ ſunt in poᵃ: qꝛ nõ actu ſepõnis. ⁊ ita pꝫ cęlũ actu moueri poſſe actuqꝫ in loco eſſe: nõ per h ꝙ ptes ſint actu in loco ſm ſepõnē: ſed ſm actualitatē pręſentię. ❡ Ad ſextã dici põt. qꝛ vt dixit Themiſ. cęli motꝰ magis eſt circũferri: q̃ꝫ ꝯferri: h eſt magis eſt circa locũ: q̃ꝫ de loco ad locũ. qua rõe fit vt ipſum ⁊ oẽs partes ſint in loco: ſed per accñs ꝑꝑ partes internas per q̃s tãgit: id circa qđ fertur. ⁊ non per externas. ❡ Ad 7ᵐ dici põt. ꝙ oẽ per accñs eſt reducibile ad per ſe: mõ cęlũ eſt in loco ꝑꝑ partes: quę ſunt i loco per ſe. Tu dices. hoc ē ꝯ Themiſtium: qui ait illas neqꝫ actu: neqꝫ per ſe eſſe in loco: ſꝫ per accñs. Iã ſolutũ eſt: ꝙ illę ſunt per ſe in loco: licꝫ nõ actu: nõ q̃tenus partes cęli: ſꝫ q̃tenus ptes corporis moti illo mõ. ⁊ ita totum eſſe tale per accñs: reduciꝰ ad partes: quę ſunt per ſe tales illo modo: qđ ſufficit in ꝓpoſito. ❡ Ad vltimũ dici põt. ꝙ illę partes ſunt per ſe in loco i poᵃ: ⁊ illa poᵃ preſupponit aliqđ totũ eſſe actu in loco: nõ quidē in ſpē. ſed in gñe: ⁊ hoc eſt veꝝ: qꝛ aliqđ corpꝰ mobile eſt in loco actu. ⁊ ita q̃tenus cęlũ per accñs eſt in loco reducitur ad ptes quę per ſe ſunt in loco i poᵃ: ꝑ q̃s tãgat id circa qđ ferꝰ. Quatenus vero ptes illę ſunt poᵃ in loco per ſe: hęc poᵃ reduciꝰ ad aliqđ ſub gñe ꝯtētũ: quod actu ē tale. Ad quę oia ſcholares acgeſcere pñt. Et h nũc de q̃ōne dicta ſatis: fortaſſe. n. ſi alꝫ occurret: ⁊ dabiꝰ ociũ melius dicemus.

❡ Quocirca ⁊ in coelo cũcta ſunt: coelũ enim vniuerſum forſitan eſt. Eſt autem locus nõ ipſum coelum: ſed coeli aliquid: vltimus videlicet finis quieſcens: ⁊ quo mortale corpus tangit: quapropter ⁊ terra in aqua: hec i aere: aer in aethere: aether in coelo: coelũ aũt non in alio eſt collocatũ vlteriꝰ.

❡ Concluſit cęlũ vltimũ ⁊ vniuerſum nõ eſſe omne in loco per hoc ꝙ exᵃ ipſum ſit corpus vlterius: nũc vo ꝓſuppoſito ꝙ nihil eſt exᵃ cęlum: ex hoc qđ mõ dixerat: infert ſcđo ꝙ oia in cęlo ſunt. cuius cãm repetit: quaꝫ dixerat. ⁊ inquit. cęlũ. n. vniuerſum forſitan eſt: hoc eſt vltra qđ nihil eſt. ⁊ ita quaſi arguit: cęlũ eſt qđdaꝫ totũ: vltra qđ nihil eſt: vt fuit acceptũ: ⁊ ſuppoſitũ vt poſterius declarandum in libᵒ. cęli. igiꝰ oia ꝯtinet. hęc ꝯña pro tanto valꝫ. qꝛ oẽ corpus in reꝝ nã ꝯſtitutũ aut ꝯtinet: aut ꝯtineꝰ. cũ igitur cęlũ non ꝯtineatur: qꝛ eſt totũ qđdam: vltra quod nihil ſit: igiꝰ continebit oia. adiecit. fortaſſe: qꝛ hęc res nõ demõſtratiue eſt hic dicta: cum nõ ſit. demõſtratũ exᵃ cęlum nihil eē. ſed obiter occurrebat: ⁊ tñ ex dictis eſt deducta. Dixit cęlũ cõtinere oia: ⁊ ita duo ipſum eſſe locũ. ⁊ locũ oĩum. ideo primo declarat quõ locus. ⁊ inqt. ē aũt locus non ipſum cęlũ: ſed cęli aliquid: vltimꝰ. vꝫ. finis quieſcens: ⁊ quo mortale corpus tangit. ⁊ vbum illud. mortale. cineton: latine eſt mobile. ſꝫ hic ꝓ mortali ſumpſit. geſcit aũt ille finis non ſimplr. ſed a motu quo mortale corpus mouetur. ⁊ qꝛ dixit cęlũ eſſe locũ oĩum: declarat q̃ꝫ oĩuꝫ ſit locus. ⁊ inquit. quapꝑ ⁊ terra in aqua: hęc in aere: aer in ęthere ſiue igne: ęther in cęlo. cęlũ aũt nõ eſt i alio collocatũ vlterius: qua rõne pꝫ quę ſint illa oia: quorum cęlũ locus eſt: qꝛ ſunt mortalia. ſcđo pꝫ. (vt recte auẽpace dixit.) nullũ cęlũ eſſe in alio: niſi per accñs: ſed potius circa aliud: vt fuit diſputatũ. ❡ Auer. vero ſyllogizat ex dictis ſic. totũ eſt cęlũ. oia ſunt in toto. igiꝰ oia ſunt in cęlo. de rõe vult vt det ꝯcluſionē quę eſt ꝙ oia ſint i cęlo. ⁊ maioris ꝯuerſionē. vꝫ. cęlũ eſt totũ: hęc eſt maioris cõuerſio: nam maior erat. totũ eſt cęlũ. totũ. n. eſſe cęlũ patebit in lib. cęli. vbi declarabiꝰ exᵃ cęlũ nihil eſſe: ⁊ ita habebiꝰ ꝙ totũ ſit cęlum. que auer. cõmē. 46

❡ Perſpicuũ aũt ex ijs dubitationes omnes dilui: ſi hoc modo locus dicaꝰ. Nam neqꝫ vna cũ corpore augeri locũ ipſuꝫ neceſſe erit. neqꝫ pũcti locũ eſſe: neqꝫ duo corpora in eodem loco. neqꝫ interuallũ corporeũ. corpus enim quoduis intra locũ eſt: nõ aũt corporis ſpaciũ. eſt etiam locus alicubi: non vt in loco: ſed vt finis in eo qđ eſt finitũ. non. n. eſt in loco oẽ qđ eſt: ſed mobile corpus.

❡ Promiſerat dare loci definitionē talē: vt oẽs q̃ōnes diluerentur: quibus merito addubitatũ veteribus eſt. nũc promiſſum pręſtat. ⁊ hoc ꝓponit ⁊ inquit. perſpicuũ aũt ex ijs dubitatiões oẽs dilui: ſi modo h quod dixit locꝰ dicatur. erat aũt vna dubitatio: ꝙ cũ locus nõ deeēt corpori: neqꝫ corpus loco: videbaꝰ ſequi ꝙ locus aucto corpore augereꝰ. Cui rñdet. nam neqꝫ vna cũ corpore augeri locũ ipſum neceſſe eſt. niſi per accñs. qꝛ non eſt corpꝰ. ſed accñs corporis ꝯtinẽtis vt dicebaꝰ. Scđa dubitatio erat: ſi locus corporis ſit alius a corpore: locus pũcti eēt alius a pũcto. ⁊ ita puncti eſſet locus punctualis. Rñdet neqꝫ eſt neceſſe puncti eſſe locũ: hoc. n. eſſet: qñ locus eēt corpus ⁊ ſpaciũ: qꝛ tũc cuilibꝫ ſigno locati ſuus correſpõderet locus: ⁊ ita puncto locus ēt. modo apud Ariſt. non corpus locus eſt ſed vltima corporis ſuperficies. 3ᵃ dubitatio erat ꝙ ſi locus eſſet: tunc duo corpora in codeꝫ. qꝛ non poteſt eſſe niſi interuallũ: rñdet. ꝙ neqꝫ neceſſe ē duo corpora eſſe in eodē loco: qꝛ non eſt neēe ipſum eſſe corporis interuallũ. nam corpus q̃duis locatũ ſiue ignis ſiue aer: ſiue quoduis intra locum eſt: nõ aũt tale locatuꝫ corpus eſt intra corporis ſpaciũ per penetrationem. aut ipſum corpis ſpaciũ. 4ᵃ erat. ſi locus eſt erit alicubi. ⁊ ſi alicubi. igiꝰ locus in loco. Rñdet. eſt ēt locus alicubi. nõ vt in loco: ſed vt finis in eo qđ eſt finitũ. ⁊ vt accñs i ſubiecto. non. n. eſt in loco oẽ qđ eſt: ſed mobile corpus ſolũ. Prętermiſit aũt duas alias dubitationes an eſſet locus elementum. ⁊ ad quod genus cauſę reduceretur: quia ſatis in proceſſu perſoluit.

❡ Et fertur igitur in ſui ipſius locum vnũqđqꝫ non ſine ratione. quod enim poſt aliquod deinceps eſt: ac illud non violentia tangit: id congenerum eſt illi. ⁊ ſi cognata ſunt: paſſio-

ne carent. Si vero ſe tangant: viciſſim paſſi-
ua ſunt: atqꝫ actiua.

℄ Ex ‖s ſoluit ꝓbleᵃ·: primuꝫ. ꝑ quid corpus vnūqđqꝫ
moueť ſuū in locū. cum locus nihil ſit aliđ: ꝙ̃ vltima ſu-
perficies corporis locantis: in qua nulla v̄tus attractiua
vel affectiua eſt corporis moti. Rñdet hoc eē ꝑ corpꝰ
ꝯtinens in quo ipſa ſuperficies eſt: cui corpus motum hꝫ
aliqđ cōe atqꝫ affine. ⁊ hoc inquit. ⁊ fertur igiť in ſuū ipſꝰ
locum vnūqđqꝫ optima rōne. quā explicat dicens. qđ. n.
poſt aliqđ deinceps eſt: vt aer poſt ignē: ac illud non vio
lentia ⁊ actione ⁊ reactiōe tangit: id congeneꝝ eſt illi: vt
aer poſt ignē cōgenerus eſt illi in calore. Explicat tñ q̃ꝫ
agunt ⁊ patiunť: ⁊ q̃ꝫ non: ⁊ inq̃t. ⁊ ſi cognata ſint vt aer
⁊ ignis: paſſione carent ꝑ ſimilitudinē. Si vero non co
gnata ſint: ſꝫ diſſimilia ꝯ̃traria ſe tāgāt velut terra ⁊ aer.
aut aqua ⁊ ignis: viciſſiꝫ paſſiua ſunt atqꝫ actiua. Eſt igi-
tur ſolo ꝓblematis ꝙ corpus nāle moueť in locū: ratiōe
ſubiecti in quo eſt locus: hoc eſt rōne corporis ꝯtinētis:
ꝑ ſiītudinē ⁊ cognationē nālē quā cum illo hꝫ.

℄ Manet inſuper ſuapte natura totuꝫ ꝓprio
in loco vnūquodqꝫ non ſine ratione. ⁊ enim
hoc pars in toto loco eſt: vt diuiſibilis ꝑs ad
totum: veluti cū aque: aut aeris parteꝫ moue
rit aliquis. Praeterea etiam aer: ⁊ aqua inter
ſe ita ſe habent: vt alterū quidem materia ſit.
Alterū vero forma. aqua quideꝫ materia ae-
ris eſt. aer vero vt actus quidem illius. aqua
nāqꝫ poteſtate aer eſt. At aer alio modo po-
tentia aqua. Sed de his poſterius. veꝝ opor
tunitate temporis. neceſſe eſt dicere: obſcure
tamen nūc dictum eſt. tūc diſquiſitius enarra
bitur. Si igitur ideꝫ materia eſt ⁊ actꝰ. ambo
nāqꝫ eſt aqua: ſed alteꝝ poteſtate. alteꝝ actu.
ipſa ſane ad aerē veluti pars quodam modo
ad totū ſe habet. quocirca horū etiam tactio
erit. copulatio vero cum ambo vnum fient.
Et de loco quidem ⁊ ꝙ ſit: ⁊ quid nam ſit:
dictum eſt.

℄ Scđm ꝓblema ꝑ quid corpus nālr in eius ꝓꝓo mo-
ratur loco: cū locus ſit vltima ꝯtinētis ſuꝑficies: cui ſuꝑ-
ficiei nulla ānexa ſit v̄tus detentiua. Rñdet locatū ſua-
pte natura ꝓprio morari i loco: q: eſt velut ꝑs illius. mō
pars ſuapte nā manet in toto. eſt tamen ꝑs: nō qđeꝫ con
tinua: ſed diuiſibilis. inq̃t. manet inſuꝑ ſuapte nā totū ꝓ-
prio in loco vnūqđqꝫ non ſine rōne. ⁊. n. hoc in toto loco
pars eſt vt diuiſibilis pars ad totū: dico diuiſibilis pars
veluti cum aquę: aut aeris ꝑtē a toto ſuo quis mouerit
ſiue diuiſerit: ⁊ ipſa remaneat iuxta totū. De vero locatū
ſe hēat ad locum ſiue ad corpus cōtinēs vt pars: ex dcis
ꝑꝫ: q: eſt illo minus: ⁊ congeneꝝ ſiue ſimilare quodā mo
do. Rurſus qđ locatū ad ꝯtinens vt pars ſe hꝫ bona ra-
tione perſuadet: q: locatū eſt vti mā: corpus continēs vti
forma. modo mā pars eſt formę: atqꝫ illi cognata. ⁊ hoc
inquit. Pręterea ēt aer ⁊ aq̄ inter ſe: ita ſe hńt vt alteruꝫ
qđē mā ſit. Alteꝝ vero forma. aqua qđem mā aeris eſt.
Aer vero actus quidē illius: cuius rei cām affert: ⁊ inq̃t.
aqua namqꝫ poteſtate aer eſt. at aer ſi ſit ptāte aqua: erit
alio modo: quę res cū ſit obiter hic dicta: ⁊ ſit qōe digna.
⁊ non ſine dubitatione: ſe excuſans inq̃t. ſed de his poſte

rius. vt in lib. de gnōne: ſed ꝓ oportunitate temporis ne-
ceſſe fuit dicere. obſcure tñ nunc dictum eſt. tunc diſqui-
ſitius enarrabiť. hęc dixit: q: in l. z. lib. de gnōne. vt ſcrip-
ſimus ibi non parua eſt qō vtꝝ vnum elntuꝫ ſit alterīꝰ
forma: alteꝝ vero eiuſdē materia. Et q: res hęc ē dubia:
ſumit rationem quocūqꝫ modo dicatur: ⁊ inquit. ſi igiť
idem mā eſt ⁊ actus. (ambo nāqꝫ eſt aq̄: ſed alterum po-
teſtate. alteꝝ actu.) ipa ſane ad aerē veluti pars ad totū
ſane quodam mō ſe hꝫ. quocirca hoꝝ tactio erit: ⁊ actio
⁊ paſſio: cū ſunt diſſīlia ⁊ quaſi ꝯtraria: copłatio vero cū
ambo vnū fient. ⁊ ita ſiue aqua ſit aeris mā: ſiue ſit ⁊ ma
teria vno modo ⁊ forma alio modo: oīno erit illiꝰ ꝑs: nō
qđem tunc cum ad aerē fertur: q: adhuc detinet ꝯ̃rieta-
tem: ſed poſtꝙ̃ ꝯſimile factū erit. ⁊ cum ſit illius q̃ſi ꝑs
erit ēt ſuapte natura in eo manēs: ⁊ ita de ſcđo ꝓblema-
te. ⁊ de loco ſatis. ℄ Auer. ꝯmē. 48ᵒ. reddit cām ꝑmi ꝓ- ꝗ auer. com-
blematis. vꝫ. ꝑ qđ corpora nālia moueātur ad loca ꝓpa mē. 48.
⁊ ait illud eſſe: q: vltimū corporis ꝯtinētis ꝯuenit cū vl-
timo rei motę: qđ intelligo ſaltē in altera q̄litate. quę res
tollitur a vacuo: cū in illo nulla prorſus natura ſit: neqꝫ
vꝫ. ſimilis. neqꝫ diuerſa. ℄ Et ſi dicas. igiť aqua mouebi- Dubi. auer.
tur ſurſum dato ꝙ aer ſit in loco ignis. ℄ Rñdet ꝙ aq̄ Solo.
mouetur ad aerē tam diu: ꝙ̃diu eſt ille in ꝓprio loco nā-
li: vbi vero aer ponať non in loco nāli: ſed in loco. v̄bi cā.
ignis. tunc aqua nō nālr amplius: ſed violenter mouere
tur ad illū. nam non tm̄ ad illū fertur ꝑ ſimilitudinem
elntariam: ſed cęleſtē ꝯſtitutioneꝫ. addit aūt Auerro. ꝙ
res ꝙ̃ꝑmū ſunt ꝯtinuę: tam ꝑmū ceſſant agere ⁊ pati. at
cū ſunt tangentes ⁊ diſcontinuę agere poſſunt ⁊ pati. qđ
iuniores intelligunt de ꝯtinuitate nālę: ⁊ nō quātitatiua:
vt de aqua calida exēplificat. quę vna ⁊ ꝯtinua agere ꝑ
in ſeipſa: ſiue vna pars in alia. Sed hęc res eget ſpecula-
tione non pua: de qua in lib. de gnōne dixi. ⁊ in. z. huius.
℄ Ulterius Auer. ꝯmen. 49. explanat quo mō aq̄ ipſa
⁊ vlr elntum contentum ſit vt mā: ⁊ cōtinens vt forma. ꝗ auer. com-
primo: q: aqua eſt creata primaria intentōe: vt ex ea fiat men. 49.
aer. Aer vero non ꝑma intentione: vt ex illo fiat aq̄: ſꝫ ſo-
lum eſt in potentia ad illā. huiꝰ rei cām affert: q: iꝑfectū
ꝑma intentione eſt ꝑ ꝑfectiꝰ: at ipſum perfectius eē nō
poteſt ꝑ iꝑfectū. iuniores ⁊ nō male intelligunt ꝙ aq̄ ē
facta vt materia alterationis aeris: non mā ſubiectionis.
⁊ hoc q: imperfectior illo eſt veluti natura embrionem
iꝑfectum egit ꝑ aial perfectius vt ſit illius mā altera
tionis. Scđo alteꝝ eſt quaſi priuatio vt aqua. Alterū vt
ipſe habitus. mō priuatio ad mā ę ſpēm reducitur. eſt au-
tem iꝑfectius in ꝑuatione reſpectu perfecti. Tertio al-
terum eſt quaſi gnātio vt aer: nā ire ad aerē eſt gnāre. al-
terum corruptio. nam ire ad aquā eſt corrumpi. mō gnā
tio ad formaꝫ: corruptio ad mām reducunť. ℄ Sed eſt Dubitatio.
vna dubitatio. q: Ari. dixit aquā eſſe mām. aerē formaꝫ:
modo ex hoc nō videtur ſequi ꝙ aqua ſit pars aeris: cuꝫ
mā non ſit formę pars. huic Auer. ſolonē innuit: q: cum
aqua ſit compoſita ex mā ⁊ forᵃ: vtrunqꝫ dř aqua. mate
ria quidem aqua dicitur poteſtate: quatenus ex ea. ⁊ in
ea aqua ſit. forma vero actu aqua. quę rō docet mām eē
partem in potentia ipſius aquę. formā aūt totuꝫ in actu.
ſed cū pars potentia ſit vti pars totius: videť illius totīꝰ
pars eſſe ēt mā ipſa. Tunc ad ꝓpoſitū cuꝫ continens ſit
vt forma: ⁊ contentū vt mā. ⁊ materia ſit pars potentia:
forma totū: iure ipſum cōtentū ex ea parte qua eſt in po-
tentia eſt vti pars ꝯtinentis. ⁊ hic aperte ait Auer. formā
partis ⁊ formā totius eſſe ideꝫ omnino: vt humanitas ⁊
forma hoīs ſ. ſꝫ de hoc in liᵒ. deſtruᵉ. ꝺſtruᵐ. ſit dcm̄ ſatis. q̄ones de loco.
℄ Sed circa finē capli de loco quęrūt de locatōe elnto-
rum: vbi nō pua eſt ambiguitas. Auer. n. in B. 4ᵒ. ꝯ: 48. Prima.

vꝫ velle abſolute ꝙ ↄcauū ↄtinentis elnti ſit locus ↄtēti.ſ.ingt.n.ꝛ ſic in quolibet vltimo cōcauo elntoꝝ.ſ.ꝙ aq̄ mouetur ēt ad vltimuꝫ aeris:qn̄ aqua fuerit in ſuo loco ꝓprio mundi:aut in aliquo loco violenter.in quibꝰ verbis pꝫ locū aquę eſſe concauū aeris:qꝛ ad illud mouetur aqua ſi diſtet:ſiue ipſa ſit in loco nāli:ſiue ſit in loco violento.qḋ eſſe non pōt:niſi illud ↄcauū ſit locus aq̄. Pręterea ꝑ cęli ſoluens q̄ōnem Joā.grāmatici.ↄmen.8ᵒ.i ſine.ait.corpoꝝ differētiū ſpē ꝛ natura eſſe loca ſpē diuerſa.ꝓpea concludit ꝙ locus ignis eſt concauū lunę.locus aeris eſt ↄcauum ignis:ꝛ dat ſignū.qꝛ aer poſitus in concauo lunę deſcenderet ad ignem.ꝛ poſitus in cētro ſilr. Idem dicit de aqua:ꝛ alijs elntis. ❡ Amplius eodem ꝑ.ð cęlo.cōmē.17.idem ſentire vꝫ dicens.hęc deſcriptio vlis vꝫ graui ꝛ leui ſimplr.ſ.igni ꝛ terrę.ꝛ graui ꝛ leui i reſpectu.ſ.aeri ꝛ aquę.aq̄.n.grauis ē in reſpectu aeris:ꝛ leuis i reſpectu terrę.ꝛ ideo ſi eſſet in centro mūdi.ſ.in loco terrę nāli:moueretur ad ↄcauitatē aeri. Silr aer eſt grauis in reſpectu ignis:ꝛ leuis in reſpectu aquę:ꝛ ita apud ipm abſolute videꝫ vnū elntum eſſe locū alterius.idē colligi poteſt.2ᵒ.cęli.cōmen.31ᵒ.ꝛ.79.Ex alia parte ↄ̄riū vꝫ ſentire hic.cōmē.42.vbi inquit.ꝛ dixit mediū:quoniā graue non quęrit hūc finē.niſi ſm qḋ eſt medium totius:nō ſꝫ ꝙ eſt finis aquę.ꝛ ſi non:tunc terra moueretur ad aquaꝫ vbi eſſet finis eius.ſicut ferꝝ mouet ad magnetem.vbicūq; fuerit:ꝛ hoc non ſentitur de aqua.in q̄bus vbis apparet concauū vnius elnti non eſſe abſolute locum alterius.Sunt pręterea verba Ariſt.in libris metauroꝝ vbi plane locat elnta vnū per alteꝝ vt fecit in iſto 4ᵒ.idē in libro.de gnōne.idem in lib.de cęlo.vnde non parua fuit q̄ō poſterioribus.

R.ñ.iunioꝝ. ❡ Juniores ſoluentes q̄ōem hanc.ſic poſſunt hęc ↄtraria ↄſulere:qui loquendo de loco q̄ elnta oia locantur:eſt centrū vniuerſi.declarant:qꝛ tūc ſunt perfecte ipſa locata:cū centꝝ vniuerſi eſt centrum cuiuſq; coꝝ.loquendo de loco qui locat:ſic vnū elntū eſt locꝰ alterius.non abſolute.ſed vt in tali:aut tali vniuerſi poſitura:aut ſitu cōſtituiꝫ.aeris.n.vltimū non eſt locus aq̄: niſi vt in reſpectu mundi talē in ipſo poſiturā ꝫ. Addūt tamē ꝙ aliter eſt in leuibus:alr in grauibus.in leuibus eni ꝛ grauibus locus quo locanꝫ eſt centrū ꝛ concauum cęli:ſed hęc eſt drīa ꝙ ↄcauū cęli eſt magis locus:quo leuium:leuia.n.magis poſitura ꝛ ſitu habitl ad cęlū collocantur:q̄ꝫ ad centrū.grauia ↄ̄ magis ad centrū.

Quid ð pōne ꝑma. ❡ Hęc poſitio licꝫ poſſit caluniari:ꝛ defendi.nūc tranſeat.videtur tamen mihi ꝙ nō ſit ponenda multitudo abſq; neceſſitate.tot.n.loca multiplicare nō eſt peripatheticū. nec in iſto 4ᵒ vbi diligentiſſime Ap.loci definitionē amplexꝰ ē: aliuum locum inuit:q̄ꝫ ↄtinentis vltimū. ❡ Auer.aūt auctoritate auēpaceo hiſpani dixit differre recta corpora.ꝛ ſphęrica.nam recta magis locantur per extriſeca:ſphęrica magis per intrinſeca.

Propa pō. ❡ Propter ħ debes ꝑmo ſcire ꝙ locus non daꝫ oi corpori.vt recte dixit Ap.ſed oi corpori mobili.dicit.n.non.n.eſt in loco oē qḋ eſt: ſed mobile corpus.

pria ſuppō. Ex hoc ſeqꝫ ꝙ de rōne loci eſt cōtinere ꝛ terminare.ↄtinere quidē:qꝛ cōtentum eſt corpus. terminare vero:qꝛ in ipſo mobile ðſinit moueri.

ſcōa ſuppō. ❡ Scdo ðbes ſcire ꝙ elntū pōt duplr conſiderari vt corpus mobile.ꝛ vt corpus mobile ſua ꝓpria ſpē motus:ꝛ quieſcibile ſua ꝓpria q̄etis ſpē.

determiatō. Tunc dōm de mente Ariſt.ꝛ Auer. atq; Themiſtij:ꝙ loquendo de elntis vt ſunt corpora mobilia atq; quieſcibilia abſolute:ſic vnū elntū continet aliō

Prima pō. nulla alia rōne:niſi ꝓpter ſuā concauā atq; internā ſuperficiem:quę eſt formalr locus.vt.n.albū albedine eſt formaliter albū:ita ↄtinēs loco formaliter locabit:ꝛ ꝑ ↄ̄ns non niſi ſua ipſius interna ſuperficie.ꝛ ita nec rōne centri:nec rōne ↄcaui cęli:nec alia vlla rōne prorſus.

❡ Si vo loquamur de elntis vt ſunt corpora mobilia ꝛ q̄eſcibilia ꝓprio motu atq; q̄ete vbi cā ignis vt mobile ſurſum ſimplr ꝛ ibidem q̄eſcibile.aer ēt vt mobile ſurſum in reſpectu.ꝛ ibidē q̄eſcibile.aqua vt mobile deorſum i reſpectu:ꝛ ibideꝫ q̄eſcibile. terra vt mobile deorſum ſimplr ꝛ ibidē q̄eſcibile.ſic vnum elntū collocabit alteꝝ non abſolute:ſed ea rōne qua illud moueꝫ ꝛ q̄eſcit iuxta ꝓpriaꝫ nām.vbi cā ignis locabit aerem:quo aer erit in igne ſurſum in reſpectu q̄eſcens:aut motū ad ſurſuꝫ in reſpectu. aer locabit aquā ſilr.ꝛ aq̄ ſimili pacto terrā. Et qꝛ ignis non eſt ſurſuꝫ ſimplr:aut q̄eſcēs:aut motus niſi quotiēs externa ſui ſuꝑficies tāgit cęlū:ideo in cęlo ſimplr locatur.qꝛ vero aer non eſt ſurſuꝫ in reſpectu:niſi tāta intercapedine diſtet a cęlo.ideo locatur in igne tanta intercapedine ↄſtituto ad cęlū. Rurſus.qꝛ aqua non eſt ðorſuꝫ in reſpectu:aut mota:aut q̄eſcens niſi tāto interuallo ſit ↄſtituta ad centꝝ:ideo locatur in aere ſimili interuallo ↄſtituto.terra pręterea non eſt deorſum ſimplr niſi mediū grauitatis eius teneat mediū vniuerſi ſimplr. igiꝫ aqua non erit illiꝰ locus:niſi hac rōe qua terra in ea locata medium mundi teneat.

❡ Sed dices ↄ̄:qꝛ ablata terra vniuerſa a centro:aqua deſcenderet:igiꝫ centrū non eſt ratio terrę:ſed ēt aquę. Silr ablato igne a ↄcauo aer ſilr faceret.igiꝫ vnū elntum non eſt locus alterius hac ratōe. Replica.

Innuit Auer.rñſionē.2.cęli.ↄᵒ.31ᵒ.ꝛ ꝑmo cęli.ↄmē.17.illud non eſſe per nām elnti:aqua.n.deſcēdit ablata terra ne deꝫ vacuū:ꝛ qꝛ hęc eſt elntoꝝ nā grauius ſꝑ ſubſit leuiori:modo minus ↄ̄ nām eſt:vt aq̄ deſcēdat:q̄ꝫ aer:ꝛ ita tanq̄ ↄueniens nāę pſt:ꝛ tanq̄ minus ↄ̄ nām ꝓpriaꝫ aq̄ deſcenderet:ꝛ aer aſcenderet.non aūt vt ſimplr ſuę nāę ↄueniens. R.ſo.

❡ Ex ħs ſeqꝫ ↄ̄ iuniores ꝙ centꝝ nō eſt locꝰ quo grauiuꝫ.nec concauum cęli locus quo leuiuꝫ.patet: qꝛ non elntꝝ vt corpora mobilia ſunt:nec elntoꝝ vt corpora mobilia vel q̄eſcibilia tali motus: aut q̄etis ſpē:qꝛ illius ↄſtitutionis locus quo eſt reſpectus quo cōtinens grauia hꝫ ad centrū.ꝛ quo ↄtinens leuia hꝫ ad ↄcauuꝫ. non igitur eſt centrū:aut ↄcauū.ꝛ per hoc tolluntꝫ oēs ↄ̄dictiones in dictis Ariſto.ꝛ Auer.ꝛ pꝫ rñſio ad ratōes factas in ꝑncipio. ↄ̄ iunioꝝ.

❡ Scdo quęrūt vtrum vltra corpꝰ continens ꝛ reſpectū illū:opꝫ ponere vtutem aliquā qua locus ↄſeruet locatū:ꝛ quid ſit illa. vꝫ.n.ex dictis Auer.hic cōmē.48.ꝙ debeat poni:ꝛ illā vocat vnigeneitatē. grece vero dꝫ ſyggenon latine cognatio: ſiue affinitas. Amplius niſi eſſet hęc cognatio elnta in ſuis locis eēnt in cōtinua actiōe ꝛ paſſiōe. Scōa q.

❡ Ad hanc q̄ōem ſunt tres modi dicendi: vnus eſt ꝙ iſta vnigeneitas:ſiue cognatio ē forma ſubalis corporis ↄtinētis.vbi cā.forma ignis.hac.n.forma ipſe ignis ↄſeruat aerē.ꝛ pręſeruat. ↄſeruat q̄deꝫ: qm̄ ſilis illi.oē.n.ſile a ſili ↄſuatꝫ:ꝛ a ↄ̄rio corrūpitꝫ. Pręſeruat vo:qꝛ regulat q̄litates ignis hac regula vt nō corrūpāt aerē. Hęc poſitio tollit argᵐ fcm̄.nō.n.aer in ſuo loco eēt in actiōe ꝛ paſſiōe.niſi qn̄ q̄litates ignis nimis diſpropotionatę. Ampliꝰ regulā formę nō ſubeunt:vt qn̄ a ſideribus nimis ſupexcreſcerent. vificat ēt auctēꝫ auer. vt pꝫ:ꝛ iuxta hāc pōnē nihil oꝫ pōere ꝑter reſpcm̄:ꝛ corpus locās. Pma pō.

❡ Alij ꝛ fere oēs fingūt cęlū agere in hūc mūdū inferiorē lumine:motu ꝛ influxu. tūc volunt vnū elementum non locare aliud abſolute:quia elementuꝫ.ſed quia tali influxu affectum:quē habet per hoc ꝙ ad cęlū ꝛ ad centrum hac ratione conſtituitur. ꝛ tunc hi ſoluunt argumentum de actione ꝛ paſſione locati in loco.ꝛ verificant verba Auer.naꝫ licꝫ ignis ſit in parte aeri contrarius:affectus tamen cęleſti illa vi:eſt perſimilis.hi modi ſunt diſputati in libro de generationne per me anno pręScōa pō.

3ᵒ modus auer. terito.ideo nolo tantopere imorari. ⸿ Auer.autez in 3ᵒ. cęli.cōmen.23ᵒ.nihil aliud ponere videtur pręter elemētum ſiue elementi qualitates ⁊ reſpectum. Ignis enim eſt locus aeris non ratione qualitatis cōtrarię. videlicz. ſiccitatis:ſed ratione ſymbolę.vz.caliditatis.⁊ ita ignis i tali poſitura conſtitutus per qualitatem illam ſymbolā poteſt eſſe ſufficiens locus aeris. Ueruz in.2ᵒ.de cęlo cōmento.94.videt̄ addere. Propterea debes ſcire ꝙ cęlū apud ipſum ⁊ Ariſtotelez non agit in hunc mundūz niſi motu ⁊ lumine vt in libris noſtris aſtronomicis declarauimus.per motum.n.⁊ lumen calorem efficiunt: qui eſt veluti vita omnibus quę per naturaz ſunt. tunc oportet dicere ꝙ calor eſt duplex:cęleſtis.vt ille qui vehitur ad nos ⁊ lumine ⁊ motu.⁊ elementarius vt ille qui cōſequitur ſpeciem propriam elementi. hinc duplex frigiditas erit:cęleſtis vt illa:quę proficiſcitur a priuatione cauſaꝝ calefacientium cęleſtium. velutí quę eſt propter elongationem a cęli motu ⁊ lumine.Elementaria vero quę ſpeciez elementi conſequitur. Tunc dico.de mēte Auer.ꝙ vltra qualitates elementi:⁊ reſpectum.quē tenet elemētum ad vniuerſum:oportet ponere calorem cęleſtem: ⁊ frigiditatem.qua ratiōe fit vt ignis conuenientiſſime ſit in concauo lunę:quia ille ꝓpinquitate motus ⁊ luminis feruet.aer in concauo ignis conſtituto in poſitura conuenienti aeri conſtituitur.nam locus ille eſt calidus calore conuenienti aerię naturę.aqua in cōcauo aeris: quia ille locus priuatione caloris iam frigeſcit:quę frigiditas cōuenit poſiturę aquę.terra in concauo aquę:quia illud cōcauum eſt frigidum frigiditate conuenienti naturę ⁊ cōſtitutioni terrę.Quare corpus locans locat per ſymbolū tum cęleſte:tum elementarium: ⁊ per poſituram.per hęc tollitur argumentum de actione ⁊ paſſione elementi in ſuo loco.nam non eſt actio ⁊ paſſio:niſi cum regula quę eſt cęleſtis calor:aut frigiditas diſproportiōatur.Uerificatur quoqz auctoritas Auer. vt patet.de his perqui re i libris de generatione:quos anno pręterito expoſuimus. ⁊ de loco ſatis.

περὶ κενοῦ De vacuo ⸿ Eodem autem modo cenſendū eſt vt etiaz de vacuo agatur a phyſico:peride atqz de loco:ſi ſit nec ne:⁊ quo naz ſit modo: aut quid nam eſt.creditur nāqz atqz non creditur ſimiliter per ea que de ipſo putantur.quippe cum hi qui vacuū eſſe dicunt: vt locū quēdaz ⁊ vas ipſum conſtituūt.locū quidem:cum corpus id videtur habere:cuius eſt capax. vacuū vero:qū eo vacat:quaſi idem ſit ſubiecto: ⁊ vacuū ⁊ plenū ⁊ locus.ratione aūt nō idem.

⸿ Hactenus de loco:⁊ de vacuo quod gręce eſt cenon:latine quoqz inane:ꝓpōit dicer̄. Ubi te ignorare nolo me de parte hac breuibus eſſe expediturum: potius tranſlationibus contentum: potiſſimum cum pars hęc ad phyſicas diſciplinas non multū fructus afferat: eā ratiōe ꝙ tota eſt reprehenſoria. Quicquid ſit. Ariſtoteles vt ſolet proponit intentionem in genere ⁊ in ſpecie: ⁊ cauſam intentionis. ⁊ inquit.eodem autem modo cenſendum ē vt etiam de vacuo agatur a phyſico:hęc de intentione in genere:perinde atqz de loco ſi ſit nec ne:⁊ quo nam ſit modo vtrum actu aut poteſtate:aut quid nā ſit:hęc de intētione in ſpecie.cauſam deinceps affert:⁊ inquit.creditur namqz atqz nō creditur eſſe:per ſimiles rationes:quę de ipſo putantur pro ⁊ contra. Hęc de cauſa in genere:⁊ de cauſa in ſpecie inquit.quippe cū hi qui vacuū eſſe dicūt: vt locum quēdam atqz vas ipſum conſtituunt.locū q̄dē ſiue magis ad verbum plenum quidem cū corpus id videtur habere:cuius eſt capax. vacuum vero cum eo corpore vacat:quaſi idem ſit ſubiecto ⁊ vacuum ⁊ plenuz ⁊ locus.ratione autem non idem. Hęc de cauſa in ſpecie.

⸿ Auerroes autem cūz plerūqz laboret fruſtra quo ad ea quę circa litteram ponderat:eſt omnino ſinendus:cū tranſlationes eius ſint penitus erronee vt ipſemet in.3ᵒ. de cęlo inquit. que auer.cōmen.50. ⸿ Ego.n.non ſum cum eis:qui contēdūt Auerroē omne Ariſtotelis verbū recte interpretaſſe. Quid ó auē. quí eniz gręcos Ariſtotelis codices legerit:dyudicabit:quātum hi delirant.⁊ vt breuibus ſatiſfaciam ⁊ conſulā vos nullam aut paucam fidem afferatis ſibi circa verborum interpretationez.quia vero nōnulla gręcoꝝ fragmenta collegit:nec nō animo atqz furore genitus eſt peripatheticus:in digreſſionibus vbi ſua ſponte loquitur : non eſt ſinendus.excitat.n.⁊ complet multa pręclara in naturalibus ⁊ alyis ſcientyis. ⸿ Hic igitur ob malas trāſlationes cogitur dicere quęſtionē quid eſſe priorem quęſtiōe an res ſit:⁊ hoc loquendo de quęſtione quid nominis.nititur ad hoc propterea:quia in tranſlationibus:ꝗs habebat quid ſit vacuum pręponebatur. Expō auer. ⸿ Sed bonus vir errat. Error auer. Ariſtoteles enim quęſtiones ſiue quęſita quę gręce ſunt Zetumena vult eſſe ęqualia numero ſcibilib⁹ ita vt omnis quęſtio ſit deinceps per demōſtrationem: aut alium quęmuis ſyllogiſmuz concluſio. at quid nominis nemo reponet inter ſcibilia:atqz concluſiones:cum inſtitutione potius habeatur:magis aūt Ar.eā vocat pręcognitionē.quā ob rem iuniores qui ſuper his libris dilatant:laborant fruſtra. Melius igitur ſuo.(vt ſolet.) furore textum corrigit.

⸿ Conſiderationez vero incipiamus opus ē: ⁊ ab his que ſumūt hi qui vacuū eſſe aſſerūt: ⁊ ab his etiam que dicūt hi qui negant ipſum eſſe: ⁊ tertio cōmunibus opinionibus de ipſis ſumptis.

⸿ Hactenus de intentione:deqꝫ cauſa intentiōis: nunc q̄ ordine proficiſcendum ſit:ſubiecit:⁊ inquit. cōſiderationem vero incipiamus opus eſt: ⁊ ab his quę ſumūt hi qui vacuū eſſe aſſerunt. ⁊ ab his ēt quę dicunt hi qui negant ipſum eſſe. ⁊ 3ᵒ.cōibus opiniōibus hincinde de ipſis quę dixerunt antiqui ſumptis: ꝓficiſcemur circa quęſita noſtra.hęc de ordine.

⸿ Qui igitur non eſſe oſtendere tentant: non id refellūt:quod homines vacuū nuncupare volūt:ſed quod errantes aſſerunt. velut anaxagoras: ⁊ qui hac refellunt via: nam aerem aliquid eſſe demonſtrant vtres ipſos torquētes:aerem quoqz quaſi validuz oſtendentes: ipſumqz in clepſydris includentes: at homines vacuū ſpaciū eſſe volunt: in quo nullum ſenſile corpus eſt:qui quidem omne ens corpus eſſe arbitrantes:id eſſe vacuum aſſerunt: in quo nullū prorſus eſt corpus:ita vt plenuz aere etiam vacuū eſſe contendant. non igitur aerem eſſe quicquam eos oſtendere oportet: ſed ſpaciū nihil eſſe preter corpora: aut ſeparabile:aut actu exiſtens:quod quidem omne corpus ſeiungit:quaſi non ſit continuū. quē

admodum Democritus ⁊ leucippus pleſq; alij naturaliū ſentiūt. Aut ſi quid extra corp⁹ totius vniuerſi ponitur. Hi igitur ad ꝓpoſitū non refellūt problema.

℄ Proſequitur: ⁊ incipit examinare primo poſitiones eorum: qui refellunt vacuū. ⁊ ſimul eoꝝ narrat poſitōes: ⁊ errorem eoꝝ. igitur poſitio eſt ꝙ vacuū nihil ſit. error vero: qꝛ approbantes vacuū non eſſe: non reprobant directe vacui poſitionem. ſed indirecte. illi. n. qui aſſerebāt vacuum eſſe: argumento probabāt: quia aer eſt: ⁊ aer vacuum quid eſt: cum non ſit corpus ſenſile. at iſti nitunẗ oſtendere vacuū eſſe ſignis ⁊ experientijs: ⁊ tūc credūt habere vacuū non eſſe. cum ipſe aer ſit quid ſenſile vt p vtres ⁊ cętera inſtrumenta quibus aer percipitur arguebant. Quare hi non ad poſitionem: ſed ad argumentum poſitionis arguunt. Propterea concludit. Nō igitur aerem eſſe quicquā oſtendere oportet. ſed ſpaciū nihil eſſe preter corpora ſenſilia: nihil dico. aut ſeparabile: aut actu exiſtens: quod quidem omne corpus penetrando ſeiungit ⁊ diuidit quaſi non ſit continuū: vt Democrit⁹ ⁊ leucippus ⁊ naturales ſenſere. Aut debebat cōfutare ipſum vacuum extra mundū: ſi quid extra corpus totius mundi pōitur. Iſti igitur ad propoſitum non ſoluūt problema. Hic ē error: ⁊ hęc poſitio. ℄ Debes ſcire ꝙ poſitio

Declaratio lre. horum eſt vacuum nihil eſſe. error vero ꝯſiſtit in tribus. primo errant: quia enituntur probare aerē eſſe aliquid: quo quidem conceſſo adhuc queſtio reſtat an ſit vacuū vel ne. ℄ Secūdo errant: qꝛ contradicunt non pōni: ſed argumento poſitionis. modo perfecta ꝯtradictio eſt ad poſitionem: ⁊ ad argumentum poſitionis. ℄ Tertio errant: quia ſpeciatim non refellunt vacuum imbibitū corporibus per penetrationē: nec vacuum extrorſus a mundo. ⁊ ſic hi oīno errant. ℄ Auerroes vero probat ex lra

Que auer. ꝯnē ſh. duobus ſignis aerem eſſe. primo per vtres inflatos aere: qui reſiſtunt comprimēti: modo niſi aer aliquid eēt: vtres non reſiſterent. Secundo per exemplū de eo iſtrumēto quod clepſydra grece eſt: quod Auerroes cataploram appellat: patet. n. per eiuſmodi inſtrumentum aliqd eſſe aerem: nam niſi ſubintret in ipſū aer: aqua per fundum nunq̃ deſcendet. Ulterius dicit ꝙ vacuū ⁊ corpus mathematicum non differūt: quia vtrūq; eſt trina dimēſio abſtracta a mā. hęc ex cōmento.

℄ Qui vero ipſum eſſe magis aſſerunt: ipſū quidem vnū eſſe dicunt: argumento ꝙ mot⁹ in loco non erit: videlicꝫ latio ⁊ auctio. nō. n. eiuſmodi motus eſſe videtur niſi ſit vacuū. plenum enim ſuſcipere non poteſt. Quod ſi ſuſcipiet: fuerintq; duo corpora in eodē: poterſt ⁊ quotquot volueris corpora ſimul eē. cauſa enim differentie cur non erit vt dictum eſt: reddi non poteſt. quod ſi hoc continget: poterit etiā minimū ſuſcipere maximū. multa enim modica ſunt vnū ſatis: quo fit vt ſi mlta equalia in eodem eſſe poſſunt: etiam mlta inequalia in eodem ſint.

℄ Nunc narrat poſitionem eorum qui aſſerunt vacuū eſſe: ⁊ argumentum eorum: ⁊ breuiter vacuum cōcedunt eſſe propter motum localem vt lationem ⁊ auctionem. Nam vel quod mouetur in loco: mouetur in pleno. aut in vacuo. ſi in vacuo: habetur intentum: ſi in pleno. tunc duo corpora erunt in eodem: ⁊ ſi duo corpora erūt in eodem: etiam ſimili ratione tot quot vis. cum cauſa reddi non poſſit quare duo: ⁊ nō plura. ⁊ ſi plura: poterit minimum vt minimus locus ſuſcipere maximum. multa. n. modica ſunt vnum ſatis: quare ſi poteſt recipere mlta parua: poteſt recipere vnum maximum ex illis paruis confectum. ⁊ ita multa ęqualia ⁊ inęqualia eſſe poterunt in eodem: quę cū ſint abſurda: oportet concedere quod mouetur in loco: non in pleno: ſed vacuo moueri. hęc eſt poſitio: ⁊ cauſa poſitionis. ℄ Debes ſcire ꝙ ideo cauſa differentię aſſignari non poteſt: quia duo corpora hac rōe ſunt in eodem loco: quia dimenſiones vnius penetrāt dimenſiones alterius: modo qua ratione dimenſiōes vni⁹ poſſunt penetrare dimenſiones alterius: eadem ratione dimenſiones infinitorum: ⁊ ęqualiū: ⁊ inęqualiū: ⁊ ſic ꝑſpicua eſt vis rationis. Ois ris ariſto.

℄ Quibus quidem profecto etiam melliſſus oſtendit vniuerſum eſſe imobile. Nam ſi qd mouetur neceſſario vacuū eſſe inquit. At vacuū inter entia non eſt. vno igitur mō vacuū eſſe aliquid: ſic oſtendūt.

℄ Obiter quoq; quid per ratiōes has ſyllogizauerit melliſſus: addit: ⁊ inquit quibus quidem profecto etiā melliſſus oſtendit vniuerſum eſſe imobile. nam ſi quid mouetur: neceſſario vacuum eſſe inquit. vt deduximus. At vacuum inter entia non eſt. hęc igitur de poſitiōe ponētium vacuū dicta ſatis. ℄ Debes ſcire. ꝙ Melliſſus cōcedit conſequentiam. videlicꝫ. ſi motus eſt: vacuum eſt: ⁊ non ponit antecedens: vt ponat cōſequens: ſed d̄ſtruit conſequens: ⁊ infert deſtructionē antecedentis. ꝓpterea hꝫ poſitio eſt obiter dicta: ⁊ non ꝑncipalr.

℄ Alio vero: quia nōnulla corpora comprimi atq; ſubire videnẗ: quod videri liquet: cū dolia vna cū vtribus ipſis: vt inquiūt vinū ſuſcipiunt: quaſi corpus quod comprimiẗ: ea vacua que inſunt: p̄cingrediatur.

℄ Secunda ratio accipitur a corporum condēſatione: nā videmus dolia ſuſcipere vinum ſine vtre: ⁊ vinum cū vtre: maxime ſi vter ſit ꝑtenuis. Hoc autē ſaluari non poteſt: niſi condenſato vino: condenſatio autem fieri nō poteſt: niſi partes plenę vini ſubingrediantur partes vacuas eiuſdem. igitur conceſſa condenſatione: vacuum eē oportet. ℄ Unde ſyllogiſmus eſſe poteſt: ſi quid condēſatur: aut condenſatur per hoc ꝙ partes plenę ingrediātur vacuas: aut quia plenę ingrediūtur plenas: aut quia vacuę ingrediuntur vacuas: ſi quia vacuę vacuas ingrediantur: habetur vacuū: licꝫ hoc non dicerent. non quia plenę ingrediantur plenas: quia tunc vt prius penetratio eſſet. reſtat condenſationem fieri: qꝛ plenę intrāt vacuas. ⁊ ita vacuum erit. Syllm.

℄ Praeterea auctio quoq; per vacuū fieri cūctis apparet: nam alimentū quidem corp⁹ eſt: at duo corpora eſſe ſimul non poſſunt.

℄ Tertio idem perſuadent argumēto ſumpto ab auctione: quia auctio fieri nō poteſt niſi i eo quod augetur adſint meatus quidam: qui grece pori dicuntur: in quibus alimentum penetret: quare ſi auctio eſt: vacuum eē etiā oportet. ℄ Auerroes autem facit epylogum rationum: ⁊ vult ꝙ ſint tres: quibus probatur vacuum eſſe corporibus inſitū: prima quidem ſumitur ex parte lationis: ℄ Secunda ex parte condenſationis ⁊ rarefactionis. ℄ Tertia ex parte auctionis. hę vero tres reducunt ad que auct. ꝯmen. ſ.

hoc impoſſibile q nisi vacuum ſit:plura corpora per penetrationem erunt in eodem. ratio vero illa quę ab vtribus ſumebatur erat quidem particularis: ſed reducebatur ad illam: quę ex parte condenſationis procedebat. hęc ex Auerroe.

¶ Aſtipulantur etiã huic per id quod de cinere fertur: qui tantũdem aque excipit: quãtum vas ipſum vacuum excepiſſet.

¶ Nunc probat idem ſigno quodam famoſo apud veteres: erat enim conceſſum vas plenum cinere tantum aquę excipere: quãtum excepiſſet ſine cinere. quę apparentia ſaluari non poteſt: niſi poſito vacuo. in cineribus: in quo aquę multitudo eſſet repoſita. (que auer. cõmẽ.56.) ¶ Auerro. vo hãc obſeruationem non concedit omnino: ſed aſſerit ſe nõ eẽ expertum: ſed quicquid ſit: enititur ſaluare apparentiaz (R ſio ad appãtiaz.) ɔcedẽdo cinerem eſſe poroſum: atq; intra ſe meatus habere: qui quidem non vacui ſunt: ſed aere pleni: at cuz aq̃ in cinerem proijcitur: aer ille corrumpitur: ⁊ in eius locũ aqua intrat: cum cuius corruptione etiã aquę nõnullę partes a cineris caliditate corrumpuntur: quod quidem verum eſt: nam ſi deinceps cinis ipſe exprimeretur: non tãtum aquę colligeretur: quãtum in eo proiectum erat: cineris etiaz partes partenues a frigiditate aquę corrumpuntur: quod eo ſigno habetur. quia ſi cinis ille humefactus exſiccaretur: non reperitur tãtus: quãtus erat ante eius humefactionem. Saluatur igitur hęc apparẽtia propterea tres corruptiones: aeris. vz. incluſi in cinere: partium aquę ingredientis: ⁊ partium cineris ſubtilium. Ex cõmento hęc colligi poſſunt.

¶ Pythagorei quoq; vacuũ eſſe affirmant: ipſumq; inſpirari a mũdo de illo infinito habitu extero: quaſi ipſe reſpiret: eſſeq; vacuuz id q̃d naturas ipſas diſtinguit: ac ſi vacuũ ſit earũ rerũ ſeparatio atq; diſtinctio: que ſerie habentur. atq; hoc eſſe primuz in numeris: quippe cũ vacuũ ipſum rerũ naz diſtinguat. ea igit̃ q̃bus aliũ eſſe aliũ nõ eſſe vacuũ arbitrãtur: talia ⁊ tot fere ſunt.

¶ Nunc vero quę pythagorei de vacuo ſenſerit: narrat: ⁊ argumentuz poſitionis. Pythagorei itaq; vacuuz aſſerunt: ⁊ ipſum aſſerendo ſic deſcribunt. vacuuz eſt rerũ quę ſerie atq; in ordine habentur ſeparatio ⁊ diſtinctio: primoq; in numeris rerum receptum. deinde per numeros in rebus quę numeris conſtant: diſſeminatum. mouentur autem hoc argumento. quia vacuum ipſum rerũ naturas diſtinguit. Modus autem ⁊ color: quo vacuuz vectuz eſt ad nos apud pythagoreos hic eſt: q mundus ſit animal magnũ: extra quod ẽ ſpiritus atq; halitus infinitus: quẽ vacuum faciunt: ⁊ quoniaz animal reſpirat: mundum de habitu illo infinito intra ſe ĩſpiraſſe ferũt. quem halitum vacuum appellant. Hęc pythagorei.

(Que eſt textus cõmẽ.57.) ¶ Auer. vero vult Ariſtotelem recitaſſe poſitionẽ pythagoreorum vt ponat vltimam rationem: quę ſic componitur. ſi vacuum non eſt: rerum diſtinctio non erit. at rerum diſtinctio eſt: vacuum igitur eſt. Aut ſic. Si reruz diſtinctio eſt: vacuum eſt. At rerum diſtinctio eſt. igitur vacuum eſt. (Confuta.) ¶ Sed hęc expoſitio non facit ad v̾ba Ariſtotelis. Ariſtoteles. n. poſitionẽ narrat pythagoreoruz: ⁊ propter poſitionẽ narrat illorũ rationem: ⁊ coloreʒ: vt patet leuiter v̾ba intelligenti. (Quid per pythagor.) ¶ Sed quoniã pythagoras plerũq; allegorice loquitur vt hermippus auctor ẽ: quę ipſe voluit dicere interpretemur more Simplicij peripathetici: qui veterũ fuit ſũmus interpres. Pythagoras igitur vacuum illud exterum: quod pneuma: hoc eſt ſpiritum ſiue halitum vocat infinitum: in deũ ipſum e mã omnĩ ſeparatum retulit. hunc. n. extra munduz eſſe concedit: quatenus eſt. ⁊ non ſm mundi ipſius conditionẽ: ſi q̃dẽ huius mundi cõditio ſit cõtinua ſemper variatio. at ſpiritus ille primus omnis eſt variationis expers. Hũc preterea. vt in. 3°. huius diximus infinitum vocat: eo q2 nulla alligatus eſt materię portione. Vacuũ vero imbibitũ corporibus formas rerum vocat: q̃bus res ipſe differũt: ⁊ diſtinguuntur: atq; in ordine collocantur. has quoq; mundum e deo inſpiraſſe allegorizat: quatenus ⁊ eſſe ⁊ mundi anima: ſiue rerum formę: atq; animaliũ vitę cũctę a deo ſunt: eq; ipſo pendent: ⁊ in moles reruz vt in vaſcula iſufflantur ab eo. dicitur igitur deus vacuum: q̃tenus omni vacat corpore ⁊ mole: nec imbibitur in aliq̃ vt illius propria forma. Dicũtur vero reruz ſiue anime ſiue formę vacua imbibita: quaten⁹ ipſę ſuapte natura ſine corpore ſunt: at q2 ſunt in corpore ĩbibite videntur. q̃bus omnibus facile ẽ verificare omnia quę Ariſtoteles narrat de pythagoreis. Qua ratione euenit vt Ariſtoteles non contra ſenſu: ſed ɔ verba male ſonãtia iſurgat.

¶ Atvtro nã modo res ſe ſe habeat: operepreciũ eſt accipiamus quid nam ipſum nomẽ ſignificet. videtur itaq; vacuuz locus eſſe: in quo nihil eſt: eo videlicz. argumento q omne ens corpus eſſe arbitrãtur: at cũ omne corp⁹ ſit i loco: vacuũ locus erit: in quo nullũ corp⁹ eſt. Quare ſi alicubi nõ eſt corpus: ibidez vacuum eſſe arbitrantur. Rurſus ẽt omne corpus tactile eſſe ɔtendũt. tale vero q̃d aut grauitatem aut leuitatẽ habet: euenit igit̃ ex ſyllogiſmo id eſſe vacuũ in quo non eſt graue quicquam aut leue. Hec igitur vt diximus ex ſyllogiſmo emergunt.

¶ Vult nũc q̃õnem perſoluere. ⁊ quia ante omnem quęſtionem cõmunis pręcognitio eſt quid nomẽ ſignificet: anteq̃ȝ quęſtiones exſoluat: quid hoc nomen vacuuz: q̃d gręce eſt cenon: ſignificet: expõit. Ubi debes ſcire q antiqui arbitrabantur ens ⁊ corpus conuerti. ita vt omne ens ſit corp⁹: ⁊ oẽ corp⁹ ſit ens. vlteri⁹ q oẽ corp⁹ ſit tactile: quia q̃titaz illã eſſentiã: q̃ eſt alteri⁹ nãę nõ cognuerũt. ¶ Ex his dederunt duas nominis vacui deſcriptiones. Alteram primam ⁊ quaſi immediataz. Alteram ſecũdã quaſi per ſyllogiſmum. ¶ Prima quidem eſt: q vacuũ ſit id in quo nihil eſt. ſequitur quidem hęc ex primo aſſumpto: naz cũ omne corpus ſit ens: ⁊ ecõtra omne ens ſit corpus: ſequitur vbi nõ eſt corpus: ibi nihil eſſe. ⁊ ita ſi vacuum eſt: quod corpore vacat: vacuũ erit id in quo nihil eſt. hęc eſt prima. Secunda vero ſequitur ex ſecundo aſſumpto per ſyllogiſmum: nam ſi omne corpus eſt tactile. ⁊ omne tactile eſt graue aut leue. ⁊ vacuuz eſt q̃d vacat corpore: erit etiam quod vacat tactili. ⁊ ita q̃d vacat graui ⁊ leui. erit igitur vacuum id in quo non eſt graue quicquam: neq; leue. hęc eſt ſecunda per ſyllogiſmuz quaſi e p deducta ad vltimum. Quid igitur vacuũ ſignificat: per has ab antiquis nunc patet. verba vero tranſlatione perſpicua ſunt.

¶ Sed cũ abſurdũ ſit punctũ vacuũ eſſe: locũ iccirco eſſe oportebit: ĩ quo corporis tactilis ſpaciũ continebitur.

¶ Dicta deſcriptio poteſt vno modo itelligi ſic: ꝙ vacuū ſit id in quo nihil eſt. ⁊ hęc eſt falſa: nam tunc punct⁹ vacuum erit: q: in eo nihil eſt. Alio modo ꝙ vacuū ſit loc⁹ in quo non eſt corpus tactile: ſed aptū natū eſt eſſe. ⁊ hoc modo vult illam definitionem eſſe veram: q: ſic vacuū erit ſpaciū: qđ corpore tactili vacat: vt diximus. ¶ Aliud
[que auer. cō men. 57.] ſione dignum vt ex Auer. colligitur: ꝙ hęc relatiua id: illud ⁊ eiuſmodi ſunt quaſi tranſcendentia: ideo cum dico vacuum eſt id in quo nihil eſt: ſenſus erit vniuerſalis: q̄tenus pronomen id eſt tranſcendens. ⁊ propterea ſequitur punctum eſſe vacuum. at ſi dicatur vacuū eſt ſpaciū ſiue locus in quo nihil eſt: cū locus ſit terminus prędicamentalis determinatā naturā ſignificans: non ſequitur punctū eſſe vacuum. hęc ex cōmen.

¶ Uerum cū vacuū vno modo id dici videatur: quod non eſt plenū eo corpore quod tactu ſenſile eſt. Et id quod tactu ſenſile eſt grauitatem habet aut leuitatem: propterea etiā dubitabit quiſpiam quid nam aſſerent ſi ſpacium ipſum colorem habet aut ſonum: vtrū vacuum vel ne. An perſpicuum eſt id vacuū eſſe ſi corpus tactile ſuſcipere poſſit. Si vero non: id vacuum non eſſe.

¶ Mouet quęſtionē circa dictas deſcriptiones. ⁊ p̄mo reſumit duo quę d̄clarata ſunt: ⁊ inquit. veꝝ cum vacuū vno modo id dici videt̄: qđ non eſt plenū eo corpore qđ tactu ſenſile eſt. ⁊ id qđ tactu ſenſile eſt grauitatē habet aut leuitatē: hinc ↄcludit qōnem dicens ppēa etiam dubitabit quiſpiam quid nā aſſerent: ſi ſpacium ipſum qđ diximus eſſe vacuū colorem hēat aut ſonum: vtꝝ vacuū ſit vel ne. eſt igitur dubitatio vtꝝ dato vacuo ſiue extra cęlū ſiue itra cęlū: ⁊ in illo poſito colore aut ſono: aut accidente alio quouis: tale adhuc ſit dicēdū vacuum. R̄ſidet Ariſtoteles. ⁊ inquit. an perſpicuū eſt id vacuum eſſe in quo color: aut ſonus intelligitur: ſi corpus tactile ſuſcipere poſſit. Si vero non poſſit ſuſcipere corpus tactile. id vacuū non eſſe. ⁊ ita ſi in vacuo qđ ponunt extra cęlum ſit color: eſt dōm eſſe vacuū modo poſſit corpus ſuſcipere. quia ratio vacui eſt: q: vacat corpore: ⁊ non accidente. ¶ Sed dubitari poteſt: quia videt̄ Ariſtoteles iplicare: ponit. n. accidens vt colorem ⁊ ſonum abſq; ſubiecto:
[Prīa dubi.] qđ eſt impoſſ̄e: eius. n. eſſe eſt ineē. ¶ R̄ndēt nōnulli cu
[Prīa rñ. cu callatoꝝ.] callatꝭ quoꝝ ſtudium eſt dūtaxat metaphiſicū: eē geminam īhęrentiam. actualē: ⁊ aptitudinalē. modo volūt accidens non eſſe ab inhęrentia actuali dictū: ſed aptitudinali: q̄tenus hęc eſt aut ratio aut paſſio propria accidentis. propterea poteſt intelligi accidens ⁊ actu nō in ſubiecto aliquo. Immo aſſerunt niſi ſic eſſet: non poſſe dubitationem Ariſtotelis eē coloratā. ¶ Sed hęc poſitio nō
[Analiū pō cucallatoꝝ.] eſt peripathetica: nam Auerro. infra ↄmē. 60. infert ſi dimenſio ⁊ prędicamentū quātitatis eſſet ſeparatum: tūc eſſet ſubſtantia ſeparata: quę ↄrīa nulla eēt: niſi accidēs dicatur ab actu inhęrendo: ⁊ ſubſtantia ab actu ſine alio exiſtendo. Amplius peripathetici volunt id eſſe impoſſibile qđ non ſubeſt alicui potentię naturali. vnde ſi accidens poſſit eſſe actu ſine ſubiecto: id erit aut per potētiā dei: aut per potentiā naturalē agentis. non quidē p illā dei: q: apud peripatheticos deus nihil agit imediate ad extra: etiam ſm̄ ipſos. neq; per potentiā naturalē alicui⁹ agentis: vt omnes tenent. iccirco accidens actu impoſſibile eſt eſſe ſine ſubiecto. Catholice vero ſentiendo tenemus accidens poſſe eſſe actu ſine ſubiecto: ⁊ deū ſupplere vicem illius. ¶ Aliter igitur colligitur ab Auerro. ꝙ [alia rñſo auer cō men. 54.]
Ariſtoteles loquitur more antiquoꝝ: qui aerem vacuū eſſe fatebantur: eo q: aufugit viſum ⁊ tactum: propterea quęrit vtrum ſi in aere ponatur ſonus aut color: vt de facto poni poteſt: talis aer ſit vacuū apud antiquos. qua ratione nō eſt in dubitatiōe cōtradictio.

¶ Alio vero modo id in quo non eſt hoc aliquid: neq; ſubſtantia corporea vlla: quocirca quidam corporum materiam vacuum eē dixerunt: qui quidem ⁊ locum hoc idē aſſerūt eſſe. Sed non recte dicunt: materia namq; e corporibus ipſis non eſt ſeparabilis: vacuū vero vt ſeparabile quęrunt.

¶ Tertia vacui deſcriptio eſt platonica: ⁊ hanc ponit dicens. alio vero modo id in quo non eſt hoc aliquid: neq; ſubſtantia corporea vlla: ⁊ tunc ex hac deſcriptione quid Platonici ſenſerunt: infert. ⁊ inquit: quocirca quidā corporum materiam vacuū eſſe dixerunt: qui quidem ⁊ locum hoc idē aſſerūt eſſe. vt in tractatu de loco dcm̄ fuit ſatis. ¶ Quo vero ad verba attinet. Ariſtoteles per hoc [Quo ad vba.]
aliquid formam ſenſilem intelligit. ⁊ per ſubſtātiā corpoream: compoſitū. propterea māam vacuum appellant: quatenus ipſa ⁊ a formis: ⁊ a corporibus ſeparabilis eſt: non quidem re: vt addunt Auer. ⁊ Themiſtius: ſed definitiōe. At vacuum ⁊ definitione ⁊ re ſeparabile eſt a corporibus. ⁊ in hoc vacuum ⁊ materia differunt. propterea confutat platonem. ⁊ inquit. ſed non recte dicunt: materia nāq; e corporibus ipſis nō eſt ſeparabilis: niſi definitione. Uacuum vero vt ſeparabile re ⁊ definitione quęrunt. ⁊ ſic non recte ſentiunt.

¶ Quoniam autem ⁊ de loco pertractatum eſt: vacuum quoq; ſi eſt: locum eſſe neceſſe eſt: quod corpore vacat. ⁊ locus quo nā modo ſit vel non ſit: dictum ſit: perſpicuum hoc pacto vacuum ſiue ſeparatum ſiue inſeparabile non eſſe: nam vacuū non corpus: ſ; corporis ſpacium volunt eſſe.

¶ Debes ſcire ꝙ rationem loci dupl'r nacti ſunt veteres vno modo a terminando: ⁊ ſic locū d̄ſcripſit Ariſtoteles ꝙ ſit vltimus terminus corporis continentis. ⁊ ſub hac deſcriptione locus eſt in rerū natura. Alio modo ab ęq̄litate: quia ſit ęquale corpori contento. ⁊ ſic dixerunt locum eſſe ſpacium penetrans in corpus contentum p ſingulas illius partes. ⁊ ſub iſta ratione a rebus ipſis locus ablatus eſt. ¶ Ex his concludit quo nam modo vacuū ſit: ⁊ quo nā modo non ſit. ⁊ vult vacuū ideo nō eſſe: q: eſſe nō poteſt niſi ea ratione qua locus eſt ſpacium penetrans. at locus hoc modo non eſt. propterea nec ſpaciū: nec vacuum. inquit quoniā aūt ⁊ de loco pertractatū eſt: vacuū quoq; ſi eſt: locum eſſe neceſſe eſt: qđ corpore vacat: ex ea. vz. parte qua locus eſt ſpaciū penetrans. ⁊ loc⁹ quo nam modo ſit vel non ſit: dictum eſt: q: locus eſt ratione qua terminus. ⁊ non eſt rōne qua ſpaciū: pſpicuū hoc pacto vacuū ſiue ſeparatū ſiue inſeparabile eſſe: nā vacuum nō corpus: ſed corporis ſpaciū volūt eſſe. ⁊ quia locus ratione qua ſpaciū nihil eſt. ideo vacuū hac eadē ratione etiam nihil erit. quoniā ſi ſit: non niſi hac ratiōe eſſe poteſt. ¶ Auerro. vero in cōmē. vult ꝙ vera vacui [q̄ auer. cō men. 60.]
quid noīs deſcriptio ſit hęc: vacuum eſt dimēſio ſeparata a corporibus apta ſuſcipere corpus. Et tunc probat ꝙ vacuū ſub hac ratione nihil ſit: hoc eſt ꝙ nulla dimēſio

ſit ſeperata ſm̃ eſſe a corporibus: p̄mo q2 illud qđ inueniť ꝑ ſe ⁊ p̄ciſuz ab alijs eſt corpus. at dimēſio nō eſt corpus: ſed in corpore inuenta. dico ꝙ dimenſio non ſit corpus ſubſtātificū: ſed pōt dici corpus quātitatiuū. Scđo arguit: q2 ſi dimēſio eſſet ꝑ ſe: tūc p̄dicamentū quātitatis eſſet ſeperatū. ⁊ vlterius eſſet ſubſtātia ſeperata: q2 vt dicebamus ſubſtātia ⁊ accñs dr̄nt apud peripateticos: q2 ſubs actu in ſubiecto nō eſt. accidens vero actu in ſubiecto: q̄ rō docet accñs eſſe ſubaz. vbi actu eēt ſine ſubiecto. hec vero diximus ſuperius. ¶ Sed dices. quare accñs actu eſſe nō pōt ſine ſubiecto. ¶ R̃ndeť ꝑ Auerroez p̄mo celi. cōmēto. 124. ꝙ poſſibile eſt duplex. ex parte materie: qđ poſſibile ab intrinſeco dr̄. ex parte agentis: qđ poſſibile dr̄ ab extrinſeco. ⁊ hec vult ꝯuerti: nam oē poſſibile ab intrinſeco eſt poſſibile ab extrinſeco ⁊ econtra: tūc eſt regula ſcđi topicoꝝ. ꝙ in ꝯuertibilibus valet econtrarie in ipſo: vt ſi eſt hō: eſt riſibile: ſequiť. nō eſt homo: nō eſt riſibile. hic pꝫ cā q̄ōnis: cū enim accñs eſſe nō poſſit ſine ſubiecto: potentia ab extrinſeco hoc eſt ex parte agentis: cū nullū agens id agere poſſit: nec particulare: nec vl̃e. vt diximus: erit ēt impoſſibile ex parte intrinſeca accñs eſſe ſine ſubō. Hec dicerēt peripatetici. Catholici vō alio p̄ncipio moti alr̄ dixerūt. Sꝫ de his hactenus.

Dubita.
Solutio

¶ Quocirca ⁊ vacuū viſuz eſt eſſe quicquā: q2 ⁊ locus: ⁊ ꝓpter eadem profecto. motus enim qui iam ꝑ locum fit: ⁊ opinioni coꝝ cōuenit qui locum eſſe quicquaz preter corpora: quae locū ſubeūt: contendūt: ⁊ coꝝ qui vacuū profitentur. Motus namqꝫ cām vacuū ſic eſſe arbitranť: vt in eo corpora moueanť. hoc aūt erit tale: q̄lem locū aſſerūt qdam eſſe.

¶ Nūc quo argumēto vacuū ipſuz veteres nacti fuerint: docet. Ubi debes ſcire vt in tractatu diximus de loco: ꝙ locū fecit ſcire motus que latio eſt. veluti generatio fecit ſcire mām̃z. Antiqui itaqꝫ vt ꝑ motū cognouerūt locuz ſic ꝑ motuz nāciſcebanť vacuū. nā vt ſine loco non fit motus: ſic ſine vacuo fieri nō pōt. inquit. quocirca: ⁊ vacuū viſum eſt eſſe qcquā: q2 ⁊ locus viſus eſt qcquam: ⁊ propter eadez: vt ꝓpter motū. Cuius cāz ſubſcribit dicens: motus enim qui iam ꝑ locū fit: q̄ grece eſt phora: latine latio: ⁊ opinioni coꝝ cōuenit: qui locū eſſe quicquā p̄ter corpora q̄ locū ſubeunt: ꝯtendūt: vt peripatetici: qui aiūt eſſe locū vltimū corporis ambientis: ⁊ extrinſecū qd: ⁊ opinioni coꝝ: qui vacuū ꝓfitenť. nam vacuz ſic motus cām eſſe arbitranť vt in eo corpora moueanť. hoc autez erit tale ⁊ ꝑ talem rōnem: qualez ⁊ ꝑ q̄lem rōnem qdaz aſſerunt locū eſſe. vt eniz locus acceptus eſt latiōe: ſic vacuum tranſlatione capiebať ab antiqs. quare vna ac eadem rōne de vacuo vt de loco veteres ſenſere. ¶ Argumentū igiť quo vacuū cōprobarūt: hoc eſt. Auerroes vero vr̄ velle ꝙ p̄ma pō dicit duo vera: vt ꝙ locus ſit: ⁊ ſit ꝓpter motū ſiue lationē. ſcđa vero dicit duo falſa vt ꝙ ſit vacuū: ⁊ ꝙ vacuū ſit ꝓpter motū. ¶ Debes ſcire vt notus expoſitor ingt. ꝙ latio eſt ꝓpter locū: ſiue ꝓpter vacuū vti ꝓpter finē: ſiue terminū ad quē. at locus ſiue vacuum eſt ꝓpter motū vti ꝓpter principiū cognitionis.

Que mo-
ues p̄n-
o. 6l.

Que no-
tus expo-
ſitor

¶ At vero nulla nos prorſus vrget neceſſitas dicere vacuū eſſe: ſi ſit motus. vacuū namqꝫ nō oīno cuiuſlibet motus cā exiſtit: quocirca res haec etiaz meliſſum latuit. poteſt enim alterari ⁊ plenum.

¶ Nunc pōnes has refellere incipit: ⁊ primo confutat argumētū: qđ nūc factū eſt: negādo primo ꝯñaz: q2 non valet. motus eſt. igiť vacuū ē: p̄mo q2 de oī motu nō tenet: nā vacuū nō cuiuſuis motus cā eſſe vr̄: quia pōt alterari non vacuum vt plenū: vt oēs ſentiūt: qđ quidem ipſum etiā meliſſuz latuit. igiť ꝯña nō valet p̄mo de oī motu.

¶ Deinceps neqꝫ eius motus: q per locū fit. Poſſunt enim corpora mutuo ſibi cedere: etiā ſi nullū ſit ſpatiū ſeperabile praeter corpora quae moueńť: qđ quidem in continuoꝝ ſicut ⁊ in humidoꝝ conuerſionibus conſtat.

¶ Secundo oſtendit vacuū nō eſſe cāz motus localis ⁊ ſoluit ꝑ ordinē oēs rōnes ponētium vacuū. ⁊ inquit. deinceps neqꝫ eius motus: qui ꝑ locū fit: vacuū ipſuz cā eſt. cuius cām ſubdit dicens: poſſunt eniz corpa mutuo ſibi cedere: vt aer cedit lapidi cū moueť in aere: aqua ligno: cū lignū moueť in aqua: etiā ſi nullū ſit ſpatiū ſeperabile p̄ter corpora q̄ moueńť: qđ qdē in ꝯtinuoꝝ ſicut ⁊ in humidoꝝ cōuerſionibus ꝯſtat: cū proijciť lapis in aqua: vbi patꝫ vnū circulū alteri cedere donec in ripam aqua deſinit: q̄ rō docet vacuū nō eſſe cām lationis: ſiqdem latio eē pōt ſine vacuo ꝑ corpoꝝ cedentiam. ¶ Quo vero ad v̾ba attinet: ꝑ ꝯtinua vt Auerroes ingt: intelligit ea que moueńť ſm̃ partes vt aer ⁊ aqua. ⁊ ꝑ humida intelligit corpora q̄ moueńť in humidis vt lignū in aqua: ⁊ lapis in aere. ¶ Et propter hec patet ſolo ad primā rationez: qua vacuum eſſe probabať ex parte motus localis.

Interpretatio
apud auer.

¶ Inſuper etiam condenſatio effici poteſt nō in vacuū: ſed ꝓpterea: q2 ea q̄ in ipſis inſunt: extrudunť veluti cum premiť aqua: aer qui in ea inerat: extrudiť.

¶ Deinde r̃ndet ad ſcđaz: arguebať .n. ſic. cōdenſatio eſt: igiť ē vacuū: qm̃ aut ꝯdēſatio fit ꝑ igreſſionē i vacuū. aut i plenū nō i plenū: q2 tūc eēt penetratio: igiť i vacuū. R̃n ꝙ nō ſit ꝑ ingreſſionē in vacuū: ſed ꝑ extruſionē corpoꝝ cōtētoꝝ in meatibus: qbus extruſis. corpa ipſa occupāt minorē locū q̄ꝫ prius. aſtipulať aūt huic exēplo cōdenſationis aque: in qua eſt aer. naz vere extruſo: aqua minor fit. Auerroes vero de cōdēſatione vr̄ ponere talē diſtinctionē: ꝙ q̄dā fit ꝑ exitū corpuſculoꝝ ſubtiliū ad intra cōtentoꝝ: q̄ exhalatiōe euaneſcūt. Alia fit ꝑ ptiū intra ꝯtentaꝝ minorationē. ⁊ in neutra eſt neceſſitas ipſius vacui. ¶ Sed dices: tūc ignis nō poſſet ꝯdēſari: q2 nihil pōt in eo ſubtilius ipſo ꝯtineri. ¶ R̃ndet Themiſtius: qđ oē qđ ꝯdēſať: hꝫ ſecū corpus aliqđ admixtū ſubtilius: cuius oppreſſu oliſuz excludiť. ⁊ ꝓpterea ꝯcedit ignē puꝝ nō poſſe cōprimi: cū ſit tenuiſſimus corpoꝝ. ¶ Sed hec reſponſio nō vr̄: q2 tūc ignis in ꝓpria regiōe nō poſſet ꝯdēſari: ⁊ ita nec alterari: ⁊ ꝑ ꝯñs nec corrūpi. ¶ Dici poteſt ꝙ ignis nō pōt cōdenſari ꝑ exhalationem corpuſculoꝝ: de quo logť Themiſtius: ſꝫ bñ ꝑ partiū minorationē: ⁊ ita ex diſtinctione Auerrois defendiť Themiſtius.

Que auer-
ro. ꝯm. 63.

Dubitatio
R̃ſio the-

Replica.

Defenſio.

¶ Praeterea auctio non tm̃ aliquo ingrediente fit: ſed etiā alteratiōe. veluti ſi ex aq̄ aer fiat.

¶ Deinde ſoluit rōnē ex parte auctionis ſumptā. arguebať eniz. ſi aliqd augeſcit: aut corpus corpe penetrať: aut vacuū aſciſciť. ¶ R̃ndet Ari. ꝙ auctio pōt ſumi pro q̄cūqꝫ magnitudinis accretiōe: ⁊ ſic gñatio aeris ex aqua auctio dr̄: q2 eſt ꝓceſſus ad maius: ⁊ hoc mō nō fit auctio aliquo accedente: vt ſupponit: ſed alteratione ſiue ꝯuerſione vnius corporis minoris in maius. ¶ Alio mō pro intus ſuſceptione vt in ipſis accñtibus fit: ⁊ ſic licet fiat

appōne:fit etiā extruſionē corpuſculoꝝ 3tentoꝝ in meatibus:in quos nutrimentum deferꝭ.ꝛ qꝛ rectius res iſta in libro de generatione videbitur:ſepide expoſitoꝛ ait ſolutionem hanc eſſe ad hominem.

❡ Omnino aūt ea ratio q̄ de auctione fit: ꝛ de aqua q̄ in cinerem fundiꝭ:ipſa ſeipſam refellit.nam aut nihil augeꝭ:aut non non corpore: aut erūt duo corpora in eodem. dubitationeꝫ itaqꝫ cōmunem ſoluere voluīt:non tamē vacuū eſſe oſtendūt:niſi vniuerſuꝫ corpus vacuuꝫ eſſe:neceſſe eſt:ſi omni ex parte augeſcit: ꝛ auctio fiat ob vacuū.eadem quoqꝫ rō ꝛ de cinere eſt.pfacile igiꝭ eas rōnes ſoluere : qbus qdam vacuū eſſe cōtendūt:perſpicuū eſt.

❡ Reducit nūc rōnē de auctione in cōtrariū: ꝛ eaꝫ q̄ de cinere facta eſt.primo ſic.oē qđ augeꝭ ſm ſe ꝛ qđlibꝫ ſui augeꝭ vt ſupponiꝭ.igiꝭ aut id qđ augeꝭ:totū eſt vacuuꝫ poſtq̄ totū augeꝭ.aut auctio nō fit corpe ingrediēte. aut ſi fit corpore ingrediente:duo corpora erūt in eodē.ppterea ingt.dubitationē itaqꝫ cōmunē p 3ceſſionem vacui eniꝭ ſoluere:non tn̄ vacuū eē oſtendūt : niſi vniuerſuꝫ corpus qđ creſcit:vacuū eſſe neceſſe ſit:ꝛ hoc ſi oī ex parte ꝛ ſꝫ ſe ꝛ qđlꝫ ſui augeſcit:ꝛ etiā auctio fiat ob vacuuꝫ:vt dicit:nā iſtis duobus cōceſſis rō illa impedit ſe:deinde addit ꝙ eodem mō pōt torqueri rō de cinere ipſo: qꝛ aut vniuerſus cinis eſſe dꝫ vacuus ſi fuſio aquę fit in toto:aut non fit corpore:aut duo corpa in eodem erūt. ꝛ ſic relingt nobis ſolōnē ad formā.vt ſupra de cinere dixímus.Ultimo epylogat:ꝛ ſermo pſpicuus eſt trāſlatione ſolum.❡ Solent ambigere captiūculatores vtꝝ ſit vacuū:ꝛ licet ad qōnē plures excitent captiunculas:potiſſimę ſunt duę.

Prima du.

Prima de eleuatione vnius molaris ab altero p remotionē de pſenti:vbi patꝫ vacuū interponi:niſi motus aeris ſit ſubitarius.❡ Scđa eſt qđlibet corpus non eſſe hic:eſt poſſibile.igiꝭ vacuū eſſe hic eſt poſſibile. deduciꝭ 3ña:qꝛ ſi qđlibet corpus nō eſſe hic ē poſſibile: nullū corpus eſſe hic eſt poſſibile p ęquipollentiā. nullū corpus eſſe hic eſt poſſibile:hic igiꝭ poterit eſſe vacuuꝫ. multi caſus ꝛ captiūculę fiūt q̄ omittanꝭ. ❡ Rōnes hę nihil ſunt:pmā qdē Ariſt.ſoluit in ſcđo de aīa : vbi negat caſuꝫ:imo vult inter illa corpora mediare aerē aut aquā: cuius rei ſignū affert ex humore:qui inter ea inſpiciꝭ : ꝛ tūc ſoluunꝭ oēs rōnes 3 hoc:vt in cōmētationibus:q̄s in adoloſcentia ſcripſimus:in libro de aīa diximus.❡ Alij

Solo rōnū

captiunculatorū ſoluūt 3cedēdo immediate poſt h aerē aliquē eſſe ad centrū molariū : nullū tn̄ aerē eſſe illic immediate poſt hoc ſm qđlꝫ ſui punctū:imo infinita velocitate cōcedūt illū moueri ad punctū mediū: non tamen erit aſſignare pmū in quo tanget:ſed vltimū in quo non. Alij vero dicūt vnū non poſſe leuari ęqualꝛ ab altero ſubito:ſed bene inęqualiter:quo in caſu aer ſucceſſiue ingrederet.❡ Sed hę ſolōnes non ſunt peripateticę:pma qdē nō:qꝛ nullibi Ariſt.facit dr̄iaꝫ inter immediate poſt h aliqd moueri.ꝛ aliqd moueri immediate poſt hoc: qꝛ nomina ꝛ verba trāſpoſita idem ſignificāt.vt dr̄ in libro de interpꝛtatione. nec Alexāder:nec Themiſtius:nec Auerroes:nec aliqs expoſitoꝝ veteꝝ.Sed hę captiunculę ſunt repertę ppter impedimentū ſciē:cuius ſignū eſt:qꝛ ſummi captiūculatores oēs phię ſunt penitus ignari. ſecūda vero:qꝛ molare ſuppoſitū nō pōt niſi ęqualiter eleuari: qꝛ 3tinuū ꝛ duꝝ eſt:cuius motus eſt vnus. Rectiꝰ igitur dicendū cum Ariſt.nr̄o.Ad ſcđam captiunculatores ſoluūt ſenſuꝫ illius ppōnis eſſe cōpoſitū.vꝫ.hęc ppō.nullū corpus eſt hic.eſt poſſibilis:hęc aūt eſt vna indefinita : q̄ nō pbaꝭ illo mō:ſed officiabiliter.❡ Nec hęc ſolō ē peripatetica.oīs eniꝫ pbatio eſt aut ſyllus:aut inductio: aut exemplū:aut enthymema. ppterea dici pōt qđlꝫ corpus nō eſſe hic eē poſſibile diuiſiue:nō aūt collectiue: ſiue copulatiue:ideo rō nulla eſt.❡ Scđo q̄rūt vtrū ablato oī corpore qđ cōtinetur inter 8ᵐ cęlum: poli eius diſtarēt. ❡ Reſpōdēt captiūculatores polos hoc caſu ſtante non diſtare recta diſtantia:nā illa eſt dimēſio:q̄ nulla eſt ſublatum ablato corpe:ſed bn̄ ipſi diſtarent diſtātia curua p ſemicęlū aut ſupnū:aut infernū.❡ Sed cōtra.nā a puncto ad pūctū 3tingit rectā lineā ducere:igiꝭ quodlibꝫ pūctū diſtat ab altero recta diſtātia. ppterea diceręꝫ p eis ꝛ me polos illos diſtare recte ad imagiationē mathematici:qui abſtrahit a mā ſenſili.nō aūt ad imaginationem nālē:qui nullā cōcipit magnitudinē niſi cū mā ſenſili.ꝛ ita ad imaginationē nālem curua diſtarent diſtātia per ſemicęlū aut ſupnū:aut infernum.❡ Cęterę captiunculę generatim reperiuntur apud oēs cōmuniter ſcribentes. hęc enim vr̄ digna aliqua cōtemplatione.

Reſpōſio

Scđa.

Prima ſpōſio

Contra no.

❡ Qđ vero vacuū eo modo ſeperatū non ſit: vt qdam autumant:rurſus dicamus. nam ſi cuiqꝫ ſimplicium corpoꝝ ſuapte natura latio aliqua competat: vt igni qdeꝫ ea q̄ ſurſuꝫ.terrae vero ea q̄ deorſum ꝛ ad mediū:perſpicuū eſt vacuū cām lationis non eſſe. Si alicuius igiꝭ motus vacuū cā ſit:eius videbiꝭ ſane cā eſſe q per locū fit. ꝛ huius non eſt.

❡ Expoſitores velle vr̄ Ariſt.hic pbare vacuū non eſſe ſeperatū vt quidam aſſerebant:ꝛ huic textus cōſonat:inquit enim.ꝙ eniꝫ vacuū eo mō ſeperatū non ſit:vt qdaꝫ autumāt:rurſus dicamus.❡ Themiſtiꝰ vero vult Ari. pbare vacuū qđ qdam ſeperatū poſuerūt non eſſe cām motus:cū ipſe ſimplicium corpoꝝ nāę motuū ſuoꝝ cauſę aptiſſime videanꝭ.ꝛ huic expōni cōſonat pceſſus lrę : ꝛ principiū ſic intellige.ꝙ vero vacuū eo mō ſeperatū non ſit:vt qdam autumāt.vꝫ.cāꝫ motuū : rurſus dicamus.ꝛ pbat ex hoc:qꝛ nāę ſimplicium corpoꝝ ſunt cauſę ſuorum motuū:ppterea epylogādo concludit:ſi alicuius igiꝭ motus vacuū cā ſit:eius videbiꝭ ſane cā eſſe:qui p locuꝫ fit. aut huius non eſt cā vacuum:qꝛ vt ſupplet Themiſtius vacuū indr̄us quid ſit:vndiqꝫ potens eſſe cā motus : vt. vꝫ.res ſurſum aut deorſuꝫ feranꝭ.ppterea ſolę nāę ſimplicium cāę erunt motus localis. ❡ Auerroes vero velle videꝭ ꝙ Ariſto.pbet vacuū non eſſe cām vt finem ipſius motus:ꝛ qꝛ in primis ſermonibus:hoc eſt tractatu de loco declarauit vacuū nō eſſe cām formalē:hoc eſt locum rei locatę:nūc docet ipſuꝫ non eē cām vt finem.ppterea adiecit.rurſus dicamus:qꝛ partiꝫ hęc res dicta ē. ꝛ cōponit ſyllūꝫ a pmo ad vltimū hoc mō.ſi vacuuꝫ eſt cā finalis motus:maxime eſſet cā finalis motus localis. ꝛ ſi ſit cā motus localis:erit cā finalis:cur hic motus eſt ſurſum: ille vero deorſuꝫ.ꝛ ſi erit cā.quare vnus erit ſurſuꝫ aliꝰ deorſuꝫ: vacuū erit heterogenię naturę.at deſtruitur vltimum conſequens.eſt enim vacuū cōſimilis nāę. igitur nō erit cā lationis: ꝛ p 3ñs nullius motus cā erit finalis.❡ Sed monet Auerroes dubitationeꝫ : qꝛ veteres nō dicūt vacuū eſſe cām motus vt fineꝫ : ſed cauſam mālem in qua fit motus:vt peripatetici aſſerunt de medio.igitur cōditio non vergit ad ppoſituꝫ.❡ Rñdet ꝙ ideo Ariſt.declarabit poſt motum non poſſe fieri in vacuo vt habeat vacuū nō eſſe cām vt mām in qua. Nūc

Prima poſitio Expoſitio themiſtii

Aue. cōme. 64.

Dubitatio

C . . . 2

vero declarat ipſum non eſſe cām vt finem ad abundam doctrinam. imo declarabit ipſum nō eſſe cām leuitatis: nec plenū grauitatis. ℂ Ex his infert Auerroes vacuū non eſſe locū: hoc enim ſequit̄ immediate ex dictis: q2 ſi vacuum ipſius motus non eſt cā vt finis: nō eſt ēt terminus ad quē: ⁊ ita nec locus. Tamē pſuadet hoc alia rōne q2 ſi vacuū eēt locus hrēt vnam partem ſurſum aliā deorſuz: ⁊ ita eſſet diſſimilaris nāç. at vacuū eſt vniformis naturę. hęc ex cōmento. ℂ Sed hęc Auerrois expō de cā finali non placet: q2 Ariſt. pbat vacuū non eſſe cauſaz motus. ppterea ꝙ vniuſcuiuſq3 elemēti natura cā eſt ppriȷ motus: ⁊ certū eſt nāz elemēti eē cāz effectricē ppriȷ motus: ppterea vr̄ ꝙ pbet vacuū nō eē cām effectricez motus: nam eo mō remouet a vacuo cauſalitatem: quo mō eam elementis tribuit. at cum tribuat elemētis cām effectricem: iure hanc a vacuo remouet: ⁊ ita nihil de finali loqui vr̄. ℂ Melius igit̄ cum themiſtio ſentiendū eſt Ariſtotelē velle pbare vacuū non eſſe cām effectricē motus: eo mō quocuiuſq3 elemēti natura eē videt̄. ⁊ hęc conſideratio differt ab illa: quā in capitulo de loco fecit. ibi enim probauit vacuū nō eſſe cām finalez ſiue formalem: decet igitur nunc pbare ipſuz non eſſe cām effectricem. ℂ Aſtipulat̄ aūt huic initium textus: nam ingt. ꝙ vero vacuum eo mō ſeperatum non ſit: vt gdam autumant: rurſus dicamus: ecce quo mō pponit̄ pbare vacuum ſeperatum non eſſe cām eo modo quo antiqui dixerunt: ac teſtis eſt ipſemet Auerroes nullum veterum dixiſſe vacuum eſſe cām vt finem: ⁊ ita intentio quā pponeret non conueniret executioni.

Quid ex vacuo · *Confutatio expoſitionis auer.* · *Expoſ. themiſtij* · *Perſuaſio expoſitionis.*

ℂ Praeterea ſi eſt aligd veluti locus corpore vacans: interuallū ipm cū ſit vacuū: quo nam fert̄ corpus qđ in illo poſitū fuerit. non enim ad vniuerſum mouebitur.

ℂ Secūdo arguit ſic. vacuū eſt vniformiter ⁊ oī ex parte corpore vacans: igit̄ nō eſt cā motus magis ad vnā partem q̄3 ad alteram. ɔña tenet: q2 ſi eſſet cā motus magis ad vnam partem q̄3 ad alteram: eſſet in ſuis partibus diſſimilare gd. Ariſt. tamen rōnem hāc interrogatorie proponit: ⁊ inquit. pterea ſi eſt aligd vacuū ipſum veluti locus corpore vacans hoc eſt dimēſio q̄dam ſeperata ab omni nā: interuallum ipſum cū ſit vacuuz: quo nā fert̄ corpus qđ in illo eſt poſitum: non eniz ad vniuerſuz atq3 partem oēm mouebit̄. niſi aligd ſimul contrarijs motibus moueri poſſet. ℂ Ex his pſpicua eſt rō. Auerroes vero videt̄ inter has duas rōnes ponere dñas: quarum prima (vt mihi videt̄) eſt ꝙ pma ſumit vacuū eſſe vt finem motus: ⁊ hoc cōfutatum eſt p dictam rōnez. Scđa vero ſumit indifferenter vacuū eſſe ſiue finez ſiue medium. eſt igitur dña ex parte concluſionū: nam prima pbat vacuū non eſſe finē motus. Scđa vero pbat nō eē finem: neq3 mediuz: neq3 quid tale requiſitū ad motum. format igit̄ ppter hęc Auerroes ſyllm hypothetice diuiſiue ſic: ſi vacuū eſt ſimilaris naturę: tūc cum aliquod vnū corpus fuerit poſitum in illo: neceſſe erit: aut nō moueat̄ oīno ppter ęqualitatē attractionis vndiq3: aut vt ſm ſe ⁊ quodlibet ſui moueat̄ in oēm vacui partē: aut vt diuidat̄ in oēs ptes: quibus pōt diuidi. oīa hęc mēbra ſūt impoſſibilia: vt pz oībus. ipſuz eniz moueri ſm totuz in oēm vacui partē eſt impoſſibile: q2 ſimul moueret̄ duobus motibus ɔrijs. ſimilr ipſuz nō moueri ad aliquā illaꝝ: ſed qeſcere in qualibz illaꝝ eſt impoſſibile: ⁊ hęc diuiſio ſiue hoc mēbrū eſt cōtra ſenſuz: ⁊ nō ſentit̄. Tertiū etiā mēbrū vtpote diuiſio eius in oēs partes nō ſentitur: nec pōt fieri. ⁊ ſic oīa ſunt ipoſſibilia. Vex haꝝ diuiſionū ſiue hoꝝ mēbroꝝ tantū pmā ſiue diuiſionē: ſiue mēbrum poſuit: ⁊ duas alias ſubticuit: q2 patēt ex dictis eſt igit̄ pma forma hypothetica diuiſiua a deſtructiōe oīuz ptiū. Aliter format Auerroes nō ſic trimēbre: ſed hypotheticū cōtinuum a deſtructiōe cōſequētis ad deſtructionē antecedētis hoc mō. ſi vacuū eſt ſimilare: tūc graue aut leue aut aliquod tale qđ mouet̄: non moueret̄ ad aliquā illius partē: q2 tūc moueret̄ motib⁹ ɔrijs: aut diuideret̄ ſm oēs partes. Mō ɔñs illud ꝙ non moueretur eſt ɔ ſenſuz. igit̄ vacuū eſſe eſt impoſſibile. hęc eſt ſecūda forma ſylli. ℂ Alexander vero vt narrat Auerroes vult Ariſtotelē improbare vacuū ſeperatū extra mūdū cōſtitutū: ⁊ tunc rō eius eſt: q2 ſi aliquod moueretur in vacuo infinito: tūc corpus finitum moueret̄ in ſpacio infinito: vt in tertio dictū eſt. Motus vero fuit Alexāder ad hāc expōnē vt ingt Auerroes: q2 Ariſt. in ſubſequētibus dicet primā ⁊ ſcđaz formā ſylli facti: ideo ne ſit in textu gđ ſupfluū: Alexāder ſic expoſuit. Ego vero Alexandrū hic non legi: nec de Alexādro aligd credo Auerroi: cū ipe nō Alexādrū: ſed fragmēta illius vidit: ppterea gcgđ ſit de expōne: lr̄a legenda eſt: vt diximus: ⁊ vt in gręcis codicibus legimus.

Que aueroes ɔtra̅ 65. · *Expo. alex.*

ℂ Eadem quoq3 ratio ad eos ſurgit: q locum ſeperatū gppiam: in quem fert̄ qđ mouet̄: arbitrant̄ eſſe. Nam quo mō id qđ in eo poſitū eſt aut mouet̄ aut manet. Quo fit vt ⁊ de differentijs ipſis ſurſuz ⁊ deorſuz: ⁊ de vacuo ipſo iure eadem ratio accōmedet̄. ſi qdez qui vacuū eſſe pfitent̄: locū ipſum faciant.

ℂ Adaptat obiter rōnem hāc ad eos qui locū ſeperatum ſpaciū penetrās faciūt: vt in de loco dictū eſt: nā ɔ tales facit dicta rō: vz. ꝙ in illo nec moueri nec qeſcere poſſet gcquā: ppter rōnes tactas. qua rōne fit vt ⁊ de dñs ipſis ſurſuz ⁊ deorſuz: ⁊ de vacuo ipſo. iure eadem rō accōmodet̄. ſigdem qui vacuū eſſe pfitent̄: locuz ipſuz faciāt. ⁊ ita rō ad vtroſq3 vna eadēq3 exiſtit oīo. ℂ Auerroes vero addit ꝙ dicentes vacuū nō pñt ſoluere duo pblemata: primū ppter gđ aliq̄ corpora mouent̄ in aliquo loco: ⁊ qeſcūt in alio. ⁊ hoc q2 dimenſiōes ſeperatę ſunt a mā: ⁊ nullā hñt inſitam vim: p quā pñt detinere nonnulla corpora: ⁊ alia ɔriari. ſcđz vō ppter gđ dñę loci ſūt duę ⁊ diuerſę: ſurſum. vz. ⁊ deorſum: noz ex quo eſt ſimilare: nullā hz dñiam magis in vna parte q̄3 in alia.

Que auerro. ɔtra̅ 65.

ℂ Inſup etiā quo nam pacto corpus aut in loco aut in vacuo erit. non eniz id fit qđ rō expoſcit: cū totū aliquod corpus vt inſeperato pmanēteq3 loco poſitū fuerit. nam pars ſi non ſeorſum ponat̄: nō in loco eſt: ſed in toto.

ℂ Ulterius arguit Ariſt. ſic. quo nā pacto corpus aut in loco: aut in vacuo erit. ſupple q2 ſeqtur vt totū ⁊ quęlibz ſui pars ſit in loco: ⁊ hoc deſtruit dicens: non eniz id fit quod hęc rō expoſcit ⁊ infert cū totū aliquod corpus vt in ſeperato pmanēteq3 loco poſitū fuerit. vz. ꝙ ⁊ totum ⁊ quęlibet ſui pars ſit p ſe in loco. quę ɔña fuit deducta i capitulo de loco: ⁊ deſtructū fuit ɔñs p hoc: q2 niſi pars ſeorſuz ponit̄: nō in loco eſt ſed in toto. hęc nō ſunt nunc repetēda: q2 diligenter ſunt explicata in de loco. caplo. ⁊ nūc tranſeant. Sic igit̄ ſat ſit nobis ꝙ tenentes vacuum ⁊ locū ſeperatū: cogunt̄ dicere totum ⁊ quālibet ſui partem ppter eius penetrationē eſſe p ſe in loco.

ℂ Praeterea ſi locus nō eſt: vacuū ēt nō erit.

¶ Demum arguit ſi locus nõ eſt ſimplr ſpatiũ ſeperatuz: vacuũ non erit.ac deductũ eſt nõ ſemel locũ nõ eſſe ſpaciũ illud ſeperatum:quare nec vacuum eſſe poterit. vñ hęc rõ vĩ vel vnus epylogus omnium rõnum: quę e via loci ſumptę ſunt.

¶ His vero q vt motus eſſet vacuũ neceſſario addiderũt:ſiqs ſapiẽter aiaduertat:euenit e cõtrario:nihil moueri poſſe:ſi vacuũ fuerit. nã quemadmodũ non nulli aſſerũt terram etiam ipſaz ob ſimilitudinẽ qeſcere:ita quoqz in vacuo quoduis qeſcere ſentiendũ eſt:non enim eſſe poſſet qppiam in ipſo:quo res magis vel minus q̃z alio deferri deberet.naz vacuũ quatenus vacuũ eſt:omnez differẽtiam abdicat.

¶ Quicquid velint expoſitores: vĩ ꝙ Ariſt.contorqueat ꝓblema in cõtrarium:ꝛ ꝓbat hãc hypotheticaz. vz.ſi vacuuz ſit:non poteſt aliqd in illo moueri:ſed quoduis corpus in eo poneret̃:quieſceret. ꝓponit aũt ꝑmo hypotheticam:ꝛ inquit.his vero qui vt motus eẽt:vacuũ addiderunt:ſiqs ſapiẽter aiaduertat:euenit econtrario nihil moueri poſſe:ſi vacuũ fuerit.hęc eſt hypothetica: ꝓbat aũt primo hãc ꝑ ſimile: vbi debes ſcire veteres poſuiſſe terram immobilez in medio:qꝛ ea ſupficies intra quã claudit̃:indĩns ſit ſua natura:atqz omni ex parte ſimilis:quo argumẽto terrã qeſcere aſſerũt:cũ id quo ꝑpendat: non ſit.ex hoc arguit Ariſt.nam vacuũ eſt oĩ ex parte ſimile: nec in eo quicquã aut eſt:aut eſſe poſſet: quo res magis vel minus q̃z alio deferri poſſet.nã quatenus vacuũ eſt: oẽm dĩaz abdicat:ꝛ ois naturę eſt expꝰs. ¶ Eſt igit̃ vis

Syllog. rõnis.in nullo ſpatio vniformi atqz indifferenti fieri põt motus. vt antiqui teſtant̃.vacuũ quatenus vacuum eſt ſpatiũ vniforme atqz indĩns.igit̃ in vacuo quatenus vacuũ eſt:motus fieri nõ põt. ¶ Sed dubitat̃ primo:quia

Prima du. Ariſto.vtit̃ opinione falſa ad ꝯcluſionẽ veram:nam illa

R̃ſio auer. põ de terra eſt falſa zᵒ cęli:ꝛ tñ ꝯcluſio nr̃a eſt vr̃a. ¶ Reſpõdet Auerroes ꝑmo ꝙ Ariſtoteles nõ vtitur illa põne tanq̃z vera:ſed quo ad illius põnis rõnẽ:qꝛ fuit dicta ab antiquis ob rõnẽ verã:ꝛ quo ad hoc ea vtit̃ Ariſt. Scdõ r̃ndet põnem illã eſſe inductã vt indicaret eſſe falſaz poſitionẽ de vacuo:quemadmodũ illa de terre qete falſa ẽ. Sed prima ſolõ eſt rectior ꝛ magis ad mẽtem themiſtij. Scdõ dubitant ꝓbando ꝙ poſito vacuo:non tolleretur motus.primo:qꝛ tractus corpoꝝ nãlium fit a vacuo. ſecũdo qꝛ dato vacuo adhuc cęluz moueret̃ circulariter:ꝛ

De cã tractꝰ in vacuo. ignis ſurſum:ꝛ terra deorſuz. ¶ Sed pro ſolõne litigãt blacterones aduerſus nouũ expoſitorẽ:de tractu qui fit reꝝ ad replendũ vacuum: vnde ſit vtrum ab intrinſeca

R̃ſio noui expoſitoris. corpoꝝ q̃ mouẽtur natura:an ab extrinſeca. Nouus expoſitor aſſerit cãm illius tractus nõ eſſe intrinſecaz: ſed extrinſecam. vz. virtutẽ cęli regulatiuã totius huiꝰ mundi:ꝛ elemẽtoꝝ. Huic obyciũt blacterones:qꝛ tũc cũ cęlũ

Replica. ſit agens nãle ſemꝑ talẽ efficeret tractũ. Scdõ qꝛ nullus motus qui ab extrinſeco fit: eſſe vĩ nãlis.niſi paſſo cõferente vimtales motus ꝓculdubio non naturales eſſent.

Scõa r̃ſio. ¶ Alij r̃ndẽt aĩr ꝑpter hęc:ꝛ volũt tractũ fieri ob vacuo ipſo:non qdem poſitiue:ſed negatiue:hoc eſt talis motꝰ

Confutatio fit ne cõtingat vacuũ. ¶ Hęc r̃ſio (vt mihi vĩ) ridicula eſt:nos.n.q̃rimus de cã tractus:mõ vacuũ cũ nihil ſit:nullius eſſe poteſt cã. Pręterea graue aſcendit ne detur vacuũ: vt dicũt:qd eſt agens talis motus. aut ipſummet graue:aut aliqd extra graue.ꝛ ad hoc nõ ſatiſfecit ſolutio illa.nec rõnes hoꝝ valent:nam agens nãle agit ex neceſſitate finis:cęlũ igit̃ nõ ſemꝑ talẽ tractũ efficit: cuz nõ ſemꝑ ſit neceſſitas implendi vacuũ. Ad ſcdõz ꝯcederet nouus expoſitor illum motũ eſſe violentũ penes naturã particularẽ eius qd mouet̃:nãlem vero ſm nãm cõem.

¶ Sed quicqd ſit:dici põt agens particulare vt graue vel leue:ꝛ id genus.agere vno mõ vt inſtrumentũ naturę vlis ad effectũ cõmunem:alio modo ad effectũ ꝓpriũ ꝛ ſpecificum.tũc dicerem graue moueri ab itrinſeco atqz forma ſua quatenus eſt inſtrumentũ vlis nãę ad effectũ cõem:qui eſt ordo vniuerſi.ꝛ ita eſt nãlis natura cõmuni.ꝛ violentus ſm ꝓpriam naturã.graue enim mouetur deorſum vt inſtrumentum naturę vlis: ꝛ ſurſum ad replendum vacuum: ſed deorſuz motus eſt effectus ꝓprius ſibi:ꝛ conueniens naturę vli:at motus ſurſum ad replendum vacuuz:eſt vlis effectus tñ. Per hęc pz ad rõnes qõnis:prima enim ꝑ hęc ablata eſt:ſcda vero demit̃ ꝑ hoc:qꝛ dato vacuo ſiue extra aut intra: totum cęlum ꝛ omnis natura moueret̃ ad illud iplendũ. ꝛ ſic vnũqdqz impediret̃ a ſuo ꝓprio motu:ob cõem:hęc phi. Tertia r̃ſio

¶ Primo itaqz cũ ois motus aut vi aut natura ſit: ꝛ ſi ſit motus violentus:etiã neceſſario ſit is q natura eſt:qppe cũ violentus ſit praeter naturã:q vero ꝑter naturam eſt:poſterior eſt eo q eſt ſm nãm:fit vt ſi is motus non ſit q corpoꝝ nãliũ cuiqz competit:neqz caeterorũ ꝑfecto motuũ vllus erit.at quo naz modo motus is erit:q natura rebus ineſt:cum nulla prorſus ſit ratione vacui ac infiniti dĩa.qppe quũ quatenus infinitũ eſt:caretnĩs nihil infra: nihil ſupra:nihil deniqz mediũ ſit. etiam quo vacuũ eſt:eo differt nihil ſupra infraqz. nam quemadmoduz ipſius nihil nulla eſt dĩa: ſic etiã non entis nulla erit.at vacuũ quoddã nõ ens eſt:atqz priuatio q̃dam videt̃ eſſe.ea vero latio q̃ natura eſt:dĩam aliquã ſubit. quare dĩa ac natura erũt.igit̃ aut non eſt natura latio vſq̃z:aut ſi ipſa ſit: vacuũ ipſum in reꝝ natura non erit.

¶ Propoſita intentione ꝛ aliquãtulum ꝑ quoddaz ſimile expoſita:nunc ꝓbat illam:ꝛ duo ſibi cõcedenda petit. Primũ ꝙ ois motus aut vi:aut natura eſt. Scdõz ꝙ ois motus violentus ꝑſupponit nãlem:nam omne ꝑter nãz poſterius eſt eo qd eſt ſm nãm:aut cum motus violentus ſit ꝑter nãm:iure poſterior eſt ipſo naturali. hę ſunt duę ſuppõnes Ariſto.in textu. ¶ Auerroes vero colligit ex verbis Ariſt.duas ꝓpõnes:prima eſt ꝙ ois motus aut eſt nãlis aut violentus. ¶ Sed dices ꝯtra.nam motus ignis in ꝓpria ſphera circularis eſt motus: ꝛ non nãlis neqz violentus:igitur ſuppõ falſa.ꝓpterea Auerroes ſupplet ideſt extra nãm:debet igit̃ ſuppõ intelligi ſic:ꝙ ois motus aut eſt nãlis:aut non nãlis: ꝛ tunc dico ꝙ motus cęli in ꝓpria ſphęra eſt non nãlis. Scda ſuppõ eſt ꝙ oẽ qd habet motum non nãlem:habz nãlem.tum primo ꝙ non nãle dicit̃ reſpectu nãlis.tum quia vt Ariſtoteles dixit violentuz eſt poſterius re naturali.veluti priuatio poſterior habitu. Addit Auerroes hanc ſcdaz ſuppoſitionẽ negaſſe Auicẽnam:contra quẽ non vult diſputare: quia ſatis de hac in libro cęli eſt diſputatuz.hęc Auer. His habitis:ſyllogizat ſic:ſi nullus motus naturalis eſt: nullus Cõm. auer. 10.67.

motus violentus eſt:p ſcdam ſuppõnem.ſed nullus motus nãlis poteſt eſſe in vacuo:infinitoq; ipſo: igitur nec violentus.minor declaratur in textu:quia omnis motus naturalis eſt aut ſurſum aut deorſum: in vacuo vero nihil ſurſum:nihil deorſum : atq; nihil in medio eſt. nam quemadmodũ ipſius nihil:nulla eſt differentia protſus: ſic etiam nulla erit ipſius non entis.modo vacuũ quoddam non ens eſt:atq; priuatio quędam videſ eſſe.ſed vt diximus omnis latio differentiaʒ aliquam ſubit : vt deorſum:aut ſurſum.ita vt differẽtię hę etiam natura ſint. ⁊ ppterea epylogando.inquit.igitur aut non eſt natura latio vſq;:aut ſi ipſa ſit: vacuum ipſum in rerum natura non erit.hęc eſt rõnis vis:⁊ forma:quãq; ſi Auerroeʒ ſequamur:textuʒ in multos ſylſos reſoluere poſſumus:qḋ cum non ſit multum vtile:prętermittimus.

℄ Praeterea nũc qdem mouenẽ ea q̃ ppellũtur:propulſore non tangente:aut ob antiperiſtaſim vt aſſerũt non nulli. aut qꝛ propulſus aer:motu pellit velociore q̃ʒ ſit ea latio : qua pulſum ipm in pprĩũ ferẽ locũ.at in vacuo nihil horũ eſſe poteſt.quo ſit vt nulla ſit in ipſo latio:niſi ea qua aliquid vehitur.

℄ Secundo arguit ſimplr : nam vt Themiſtius inquit. quãuis videatur oſtenſuʒ ex eo q nãlis motus in vacuo eſſe non poteſt:violentum quoq; eſſe non poſſe: ſeorſum tamen pbat violentum nullo modo poſſe eſſe in vacuo. Ad cuius euidentiam animaduerte q duę ſolebant aſſignari cauſę motus proiectoꝝ ab antiquis:prima q proiecta mouenẽ ob antiperiſtaſim aeris medij:nam aer p̃mus motus repercutitur ad alium aerem:⁊ ille ad aliuʒ: ⁊ ſic vſq; in finem:ſcḋa eſt q aer qui continuus eſt : a propulſore velocius pulſus velocius impellit corpus proiectum.modo ſiue ſic:ſiue ſic : piectio fieri non poteſt ſine aere medio:at cum in vacuo nihil hoꝝ ſit:ideo nulla põt eſſe in ipſo latio:niſi ea qua aliquid vehitur vt p manus aut humeros aut p aliquid id genus.

Expoſi. huic poſitionis de piectio

℄ Aiaduerſiõe dignũ vt dicemus in .8°. q illa opinio de antiperiſtaſi ſolet exponi q piectũ cuʒ ſeperatur a manu:exit velocius q̃ʒ a ſuo loco:⁊ tunc quia natura abhorret vacuuʒ: aer exiſ retro:ad impellendũ vacuuʒ:inſequitur ipſum piectum: ⁊ cum inſequiẽ velociter:attingendo ipſuʒ mouet vltra. Diciẽ aũt hęc gręce antiperiſtaſis ſiue retro pcuſſio : qꝛ aer exiens mouet lapidem:⁊ moueẽ ab aere inſequente.

Confutatio.

℄ Obqciet huic Ariſto.in.8°huius: qꝛ talis antiperiſtaſis faceret cuncta moueri atq; mouere retro vſq; ad cęlum.nam aerem primo ſequentem alius inſequeretur: ⁊ illum iterum alius:⁊ ſic vſq; ad cęlum.

Poſitio Ariſtote.

℄ Scḋa poſitio eſt Ariſto. q aer motus mouet proiectum. Imaginatur enim q pyciens pellit piectum: ſimulq; mouet aerem circũſtantem cum eo:nam aer primo motus mouet pellendo piectum:in aerem ſcḋo loco ſubſequentẽ:ſimulq; ⁊ illum aerem:deinceps ille ſecundus aer motus pellit piectum in tertio aere mouendo rurſus illum tertium:⁊ ſic deinceps:cum autem aer motus tardius ac tardius moueaẽ:tandem eſt deuenire ita tarde motum vt non ſufficiat alium mouere:neq; piectum:⁊ tunc ceſſat oĩno motus.℄ Sed an hęc poſitio ſit vera:in 8° diſputabiẽ. Nũc vero ſufficiat ſcire nihil proyci poſſe niſi aut p antiperiſtaſim:aut p aeris piectionem : quoꝝ nihil eſt in vacuo.

Syllis⁹

℄ Unde Auerroes componit ſyllum ſic.motus violentus poſt ſeperationem ab expellente ſit aut ſucceſſione aeris:aut velocitate motus aeris.Sed in vacuo nihil hoꝝ eſt.igitur in vacuo nõ põt eſſe motus violentus.

Que auerro.ph.6a.

℄ Auerroes vero exponit has duas põnes:q piectum moueri ab aere põt intelligi: vno modo p ſucceſſionẽ vt qꝛ ſuccedit aer proiecto in eodeʒ loco:⁊ illi alius:⁊ adhuc illi alius:⁊ hęc fuit poſitio Platonis. Alio modo intelligendo piectum moueri ab aere poſt expulſionem:quatenus defertur ab illo:qui ſua forma nãli ⁊ ſua leuitate natus eſt cõtinuare motuʒ eum in locum in queʒ directus erat.⁊ hoc modo piectio videẽ vti vectio quędam : quę pdurat vſq; in finem:ex eo qꝛ aer moueẽ velocius hoc eſt aptius q̃ʒ piectum:qꝛ mouetur a ſua forma: proiectũ ab extrinſeco:⁊ hęc eſt poſitio Ariſtotelis:vt dicit Auerrois.ſed an ita ſit:in octauo videbiẽ.

℄ Praeterea nemo dicere poterit cui id qḋ moueẽ : alicubi ſtabit.cur enim hic potius q̃ʒ alibi. Quare aut ſtabit:aut in infinitũ feratur neceſſe eſt:ſi nõ valentius qppiã impedierit.

℄ Tertio arguit.⁊ pbat q dato vacuo deſtruiẽ quies naturalis:qꝛ nemo dicere poteſt cur id qḋ mouetur alicubi ſtabit:cur enim hic potius q̃ʒ alibi.quare aut ſtabit oĩo: aut in infinitum feraẽ neceſſe eſt:ſi non valentius qppiã impedierit.

Declaratio auerrois

℄ Quam conſequentiaʒ Auerroes declarat: quia aut omne vbi eſt naturale illi corpori: aut nullum. cum nulla ſit cã quare alterum ſit naturale:alterum nõ. Si quodlibet eſt naturale:tũc corpus illud in quolibet illorum naturalr quieſcet.ſi vero nullum fuerit nãle: in quolibet eoꝝ mouebitur naturalr : ⁊ in nullo ſtabit.⁊ ita aut ſemper moueẽ:aut ſemper quieſcet.

℄ Adhuc nũc quidem in vacuo ex eo corpora ferri vĩr:qꝛ caedit.at in vacuo res haec oĩ ex parte ſimiliter ſe habet. Quare omnẽ ad partem ferentur.

℄ Quarto arguit p rõnem ſumptam ab hominibꝫ:nam fatentes corpora moueri in vacuo:ideo hoc aſſerunt: quia vacuum cędit.tunc arguit:ſed vacuũ omni ex parte põt cędere corpori moto:igitur oẽʒ ad partem ferenẽ corpora:cuius contrarium determinat ſenſus. nam videmus corpora determinata in loca determinata pficiſci.

℄ Deinceps ⁊ ex his quae dicemus id qḋ dictum eſt:perſpicuũ erit.idem eniʒ põdus corporiſue velocius ferri duas ob cãs perpendimus. Aut differentia medij p qḋ fertur. vt ſi p aquam:aut terram:aut aerem moueretur. Aut dĩa eius qḋ fertur ob ponderis aut leuitatis exceſſum:modo ſint eadeʒ caetera. atq; medium qdem per qḋ fertur:cã eſt ppterea qḋ impedit:maxime qdem ſi contra feratur. Minus vero ſi maneat. ⁊ magis ſi nõ eſt facile diuiſile:quale eſt id qḋ craſſius exiſtit.


℄ Nunc alia via accepta ex parte velocitatis ⁊ tarditatis idem nanciſciẽ.⁊ primo ſumit duas ſuppõnes:p̃ma eſt q duę ſunt cauſę velocitatis:aut tarditatis : vna qdem extrinſeca: vt reſiſtentia medij:altera vero intriſeca vt exſus potentię ſupra reſiſtentia medij.⁊ hoc ingt. deinceps ⁊ id qḋ dictum eſt pſpicuuʒ erit ex hꝭ:que dicemus. ⁊ ita noua via:quę vt diximus ſumiẽ ex pte velocitatis ⁊ tarditatis.hęc eſt intentio.idem enim pondus corpuſue velocius ferri duas ob cãs ppendimus. Aut differẽtia medij p qḋ fertur:vt ſi per aquam:aut terram:aut aereʒ moueteẽ.⁊ hęc cã diciẽ ex parte reſiſtentię extrinſecę. Aut differentia eius qḋ fertur ob ponderis aut leuitatis ex-

ceſſum:modo ſint eadem cętera. vt figura:ꝛ cęteris id ge
nus.ꝛ hęc dicit intrinſeca:quatenus eſt exceſſus poten/
tię. Secũda ſuppõ eſt ꝙ aliter eſt cã mediũ aliter põdus
ſiue q̃litas:nã medium eſt cauſa velocitatis ꝛ tarditatis
reſiſtitiua:potius ſe tenens ex parte paſſi.at grauitas ꝛ id
genus eſt cauſa actiua potius ſe tenens ex parte agentis.
Et hoc inq̃t. atq; mediũ q̃dez ꝑ qḋ fertur:cã eſt ꝓpterea
qḋ impedit:ꝛ ita eſt cauſa reſiſtitiua ſe tenens ex ꝑte paſ
ſi.iſtud tamen reſiſtere non eſt eodẽ modo:naz maxime
quidez reſiſtit: ſi contra fertur ipſi rei motę. vt de aqua
quę in flumine nauiculę cõtra fertur. Minus vero re/
ſiſtit ſi maneat. ꝛ adhuc magis ſi manet: ꝛ non ſit faci/
le diuiſibile:quale eſt id qḋ craſſius exiſtit. hęc eſt ſecun
Dubitatio da ſuppoſitio. ❡ Sed dices in animalibus cauſa reſiſtẽ
tię non poteſt eſſe medium:cum habeant intrinſecaz re/
Solo themi. ſiſtendam. ❡ Themiſtius ait ſuppoſitiones eiuſmodi
eſſe intelligendas in his corporibus: quę ꝙ de ſimilaribus
partibus componũtur: homogenea appellari diximus:
quęq; ad alterum locum ſummum aut infimum mo/
uentur. ecce ꝙ de ſimplicibus aut homogeneis ſuppoſi/
tiones ſunt intelligendę. Utruz tamen velocitas in mo/
tu ſit penes exceſſum potentię ad ſuam reſiſtentiam:an
penes proportionem proportionũ potentiaꝝ ad ſuas re
ſiſtentias:in.7° libro diſputabit.

❡ Pondus igit.a.per.b.q̃dem mediũ in tem/
pore.c.fertur per.d.vero tenuius q̃dem illo:
longitudine vero aequale in tempore.e. pro
rõne impedientis corporis.ſit enim.b. q̃dem
aqua.d.vero aer. Quanto itaq; aer aqua eſt
ſubtilior atq; tenuior:tanto velocius.a. pon/
dus per.d.q̃z per.b.fert.habeat igit rationem
eandem ad velocitatem velocitas:qua diſtat
aer ab aqua. Quare ſi in duplo ſit aer aqua
ſubtilior:duplo in tempore per.b.mediũ per
tranſibit ad id tempus in quo per mediuz.d.
fert: ꝛ.c.tempus ad.e.tempus duplũ erit: ita
quoq; vt quanto ſubtilius eſt minuſq; im/
pediens ac facilius ſectile id per qḋ tranſitio
ſit:tanto pondus.a. velocius ſemper fertur.
at vacuũ nullam rationem habet qua ab ipſo
corpore excedat: quemadmodũ ipſum nihil
ad numerũ: nam ſi quattuor vno q̃dem tria:
pluribus vero duo: ꝛ pluribus etiaz q̃z duo:
vnũ excedũt: nullam ſane rationem habent
qua ipſum excedũt nihil.q̃ppe cũ id qḋ exce/
dit:in exceſſum ipſuz: ꝛ id qḋ excedit:diuida
tur neceſſe ſit. Quare ipſa q̃ttuor erunt id qḋ
excedũt: ꝛ nihil.quocirca neq; linea pũctum
excellit:ſi non ex pũctis componat. Simili/
ter ꝛ nullam ad plenum rationem habere po
teſt:quare neq; etiam motus.


❡ His ſic conſtitutis:declarat primo ꝙ motus quo mo/
uet aliquod mobile in vacuo nulla eſt ꝓportio ad motũ
quo idem mobile mouet in pleno:nec tẽporis ad tẽpus:
ita vt motus in vacuo non ſit in tempore diuiſibili. ꝛ ſyl/
logiſmus eſt.q̃lis eſt ꝓportio medij ad mediũ in craſſitu
dine ꝛ tenuitate:talis eſt ꝓportio motus ad motũ in ve/
locitate ꝛ tarditate: ꝛ temporis ad tẽpus in lõgitudine ꝛ
breuitate:ꝛ hoc reſpectu eiuſdẽ mobilis. Sed vacui ad
plenũ nulla eſt ꝓportio in craſſitudine : ꝛ tenuitate. igit
nec motus ad motuz in velocitate. ꝛ tarditate: nec tẽpo/
ris ad tempus in longitudine ꝛ breuitate: ꝛ hoc reſpectu
eiuſdem mobilis. ❡ Maior debet intelligi in his corpo Expoſitio ſylli.
ribus:q̃ mouent ꝓpter reſiſtẽtiã medij extrinſecam: vt
ſunt ſimplicia corpora.naz in aialibus: ꝛ eis:quę mouen
tur aut volũtate:aut ob ipſa intrinſeca reſiſtentia nõ va/
let. Amplius debet intelligi reſpectu eiuſdẽ mobilis:naz
poſſunt duo mobilia inęqualia moueri in duobus me/
dijs ęqualibus: vbi nõ qualis eſt medioꝝ ꝓportio in te/
nuitate ꝛ craſſitudine:talis eſt motuum ꝛ tẽpoꝝ illoruz:
vt oibus cõſtat. ❡ Quare cuz nulla ſit motus in vacuo
ad motũ in pleno ꝓportio:motus in vacuo factus: in nõ
tempore ſiet:aliter poterit eſſe ꝓportio:quę rõ docet va/
cuũ ipſum potius tollere motũ:quam dare: aut cõferre
ad ipſuz. ❡ Animaduerſione dignum Themiſtiũ intel/
ligere maiorem etiam in mobilibus diuerſis:ſed ſeruata Expoſitio themi.
paritate cęteroꝝ vt figurę ꝛ ponderis:cęteriſq; id genus
vbi enim ſunt cętera paria: ꝛ ſunt corpora quoꝝ motus
eſt ſucceſſiuus pro rõne corporis impedientis hoc eſt rõ/
ne medij:ab extrinſeco:ſine dubio qualis eſt ꝓportio me
dioꝝ penes craſſitiẽ ꝛ tenuitatẽ:talis motuũ erit penes veloꝝ

C. Tempus.



Aqua

E. Tempus.



Aer

ꝛ tardum : ꝛ tẽpoꝝ penes lõgum ꝛ breue. Circa hãc rõ/
nem primo more geometrę vt ſyllus facilius habeat ter
minos diſponit: ꝛ inq̃t.pondus igit.a.per.b.quidem me/
diuz fertur: ꝛ in tẽpore.c. ꝛ idem.a.per.d.tenuius quidez
illo:longitudine vero ęquale in tẽpore.e.pro rõne ꝛ pro/
portione corporis medij impedientis:ſiue reſiſtẽtis mo
ueat.ita vt.b.ſit aqua per quã ipſuz.a.fertur : ꝛ.d.ſit aer.
hęc eſt terminoꝝ cõſtitutio.deinde ſumit maiorez: ꝛ inq̃t
quanto itaq; aer aqua eſt ſubtilior atq; tenuior:tanto ve
locius.a.pondus per.d.q̃z ꝑ.b.fertur:habeat igitur rõnẽ
eandem ad velocitatem velocitas : qua diſtat aer in te/
nuitate ab aqua.quare ſi in duplo ſit aer aqua ſubtilior:
duplo in tempore per.b.medium pertranſibit ad id tem
pus in quo per medium.d.fertur: ꝛ.c.tempus ad.e.tẽpus
duplũ erit:ita quoq; vt quãto ſubtilius eſt : minuſq; im/
pediens:ac facilius ſectile:id ꝑ qḋ tranſitio ſit:tanto pon
dus a.velocius fertur:eſt igitur maior.qualis eſt ꝓportio
medij ad mediũ in tenuitate:in q̃bus idem mobile mo/
uet:talis eſt motuuz in velocitate: ꝛ tẽpoꝝ in breuitate.
hęc eſt maior:deinceps ſumit minorez ꝛ inq̃t ac vacuum

nullā rōnē h̄z:qua ab ipſo corpore excedat̄: queadmodū ipſum nihil ad numeꝝ:nam ſi quattuor excedūt tria per vnitatem:ꝛ duo excedunt pluribus q̄ ſit vnum: vt ꝑ duo.ꝛ ipſum etiā vnū excedūt pluribus q̄ ſint duo:vt pote ꝑ tria:nullā ꝑfecto rōnem h̄nt:qua ipſuz nihil excedunt:ꝛ qua ip̄z nihil ab illis excedat̄.cuius cām ſubſcribit dicens:quippe cum id qd̄ excedit:in exceſſuz ipſum:ꝛ id qd̄ exceditur diuidatur neceſſe ſit.verbi cā.quattuor cū excedant duo in duobus:diuidunt̄ in duo exceſſa:ꝛ duo quibus excedūt.ideo īfert.quare ipſa quattuor erūt id qd̄ excedunt ꝛ nihil: quocirca neq̄ punctū linea excedit: ſi non ex punctis componat̄:tandem dat cōcluſionē:ꝛ inquit.ſimilr̄ ꝛ nullā ad plenū rōnē h̄re pōt:quare neq̄ etiam motus.hic eſt ſyllus totus.

Commē nū 71. ℂ Hec eſt alia demr̄atio:volo expōere cōmētū more nr̄o ſolito in cōmētis in q̄bus aliq̄d fruct⁹ h̄r:ideo Auerroes duo facit:primo exponit textū. ſecundo ibi:Auēpace aūt. digreditur.prima pars cōmenti ex declaratiōe textus eſt perſpicua.reſtat igitur ſecunda.

Digreſſio ℂ Auempace aūt:hec eſt ſecunda pars cōmenti vbi digredi incipit:oritur aūt digreſſio contra maiorem:nā Auempace inquit.non ſequi vt ꝓportio motus eiuſdem lapidis in aqua ad motum eius in aere ſit ſicut ꝓportio ſpiſſitudinis aquę ad ſpiſſitudinē aeris:niſi motus lapidis eſſet in tempore ꝓpter hoc q̄ mouet̄ in medio:hoc eſt niſi ſucceſſio in motu attenderet̄ penes reſiſtentiā medij. vult igitur Auempace maiorez non h̄re locū niſi ſupponendo ſucceſſionem motus eſſe a reſiſtentia medij. huic obijcit Auēpace:q2 hoc dato motus non eſſet ſucceſſiuus niſi ꝓpter medium reſiſtens ſiue impediens:mediū eniz videtur impedire rem motam. Modo hoc confutat ꝑ inſtantiaz in motu cęli:hic eſt ſucceſſiuus ꝛ in tempore:ꝛ nō ꝓpter mediū reſiſtēs:aut īpediēs:ꝛ ita maior eſt falſa oio.

ℂ Et dicit. Poſita qōne Auēpaces:nūc narrat eius poſitionem:vbi debes ſcire Auēpacē tenuiſſe duas tarditates.alterā ex parte limitate virtutis eius qd̄ mouet̄: quā nālem vocat:q2 conſequit̄ virtutez ac formaz rei q̄ mouetur.ꝛ hāc ſeruat mobile ipſuz tam in vacuo q̄ in pleno. Alteraz accidentalem ex parte medij extrinſeci:ꝛ hec accidentalis eſt:q2 accidit mobili ex parte medij: in quo mouet̄:ꝛ hec eſt ꝑ accñs variabilis penes media ipſa in q̄bus mobile mouet̄. vult igit̄ Auempace Ariſt. voluiſſe ꝓpōnē medioꝝ in tenuitate eſſe ad ꝓportionē motuum in velocitate ꝛ tarditate accidentalibus: ꝛ non nālibus: qua ratione teneri poteſt in vacuo eſſe motū: vt expoſitores:ꝛ multi latinoꝝ opinantur.

ℂ Et hec ſunt v̄ba eius:nūc narrat v̄ba ipſi⁹ Auēpaces:vt eius narratio ſit fidelior:vbi narrādo eius pōnē duas r̄ſgit rōnes ꝯ maiorē:tū de motu cęli:vbi p3 ip̄z eē ī tēpore:ꝛ ſucceſſiuū:ꝛ tñ nō eſſe ob medij īpediētis:aut reſiſtētis,tū q2 motus nāles eēnt violētī:q̄ñ eēnt ſucceſſiui ꝓpter corpus īpediēs:quare violētī. ꝑ itellectu verboꝝ debes ſcire de motibus cęloꝝ q̄ aliq̄s eſt tardiſſimus vt mot⁹ ſtellaꝝ fixaꝝ:nā ſtellę fixę apud obſeruationē ptolomei in libro magnę ꝯſtructiōis mouent̄ in cētū annis gradu vno:ꝛ ita.36.millibus annoꝝ peragrāt totum circulum.

ℂ Aliq̄s eſt velociſſimus:ꝛ vt motus diurnus vniuerſi in.24.ᵒʳ horis ſemel. Alij inter hoc ſunt mediocres:ꝛ hoc (vt dicit) nō eſt niſi ꝓpter diſtantiā atq̄ gradus motoꝝ in nobilitate ex v̄tute:nā q̄ nobilior eſt: velocius mouet. q̄ vero ignobilior tardius.hec colligunt̄ ex v̄bis eius.

ℂ Et ſi hoc qd̄ dicit. Obijcit aūt nūc Auer. ꝯ Auēpacē ꝑ īpoſſibile ſic.ſi ꝓportio motus ad motū in velocitate: nō eſt ꝑ ꝓportione medioꝝ in ſubtilitate:abſolute: ſed ſoluz de velocitate accidētali:tūc poſſet eē in vacuo motus velox ꝛ tardus velocitate ꝛ tarditate nāli.nā ſublatis medijs adhuc remaneret rō intrinſeca:quā tenuit Auēpace:ꝛ ita adhuc reſtat motus tēporarius: ꝛ nō ſubitarius.

ℂ Nos aūt: Auerroes nūc ridet alr̄:ꝛ vult totā cā ſucceſſiōis ꝛ velocitatū motuū eē penes medioꝝ tenuitatem ꝛ craſſitudinē.nitit̄ aūt ad hoc rōnibus p̄mo:q2 diuerſorū effectuū cāę ſunt diuerſę:ſed ęqualis ꝓportio medioꝝ in tenuitate cęteris paribus.v3.figura: declinatiōe idest grauitate aut leuitate:ꝛ magnitudīe eſt cā ęq̄litatis motuū in velocitate igit̄ differētia medioꝝ cęteris etiā paribus:eſt cā diuerſitatis motuū in velocitate:vt eniz ęq̄litas ad ęqualitatem:ita dr̄ia ad differētiam.nam cōtrarię cauſę arguunt effectus contrarios.

ℂ Et iſte ꝓpōnes.Colligit ꝓpōnes in q̄b⁹ ꝯſiſtit tota rōnis vis: ꝛ ſunt duę.p̄ma eſt q̄ q̄ñ ſunt duo mota ęqualia in grauitate ꝛ leuitate:figura.ꝛ magnitudine: ꝛ mouent̄ in ęquali aut vno medio:motus eoꝝ ſunt ęquales in velocitate:ꝛ tarditate:ꝛ q̄ vtrū q̄ ꝑtrāſit ęquale ſpatiū in tēpore ęquali. Sc̄da ꝓpō eſt q̄ cęteris paribus: cū media ſunt diuerſa in tenuitate motus eoꝝ diuerſant̄ dr̄ia ꝓportiōali.hę.n. ꝓpōnes ſeſe īferūt:vt diximus iā paulo ante.

ℂ Et vir māifeſtū eſt.Colligit ex his cāz diuerſitatis motuū ꝛ ęq̄litatis in velocitate ꝛ tarditate:ꝛ vult q̄ ſit diuerſitas ꝛ ęq̄litas ꝓportiōis motoris ad rē motā:nā cū fuerint duo motores ꝛ duo mota:ꝛ ꝓportio vnius motoris ad ſuū motū.eſt vt ꝓportio alterius motoris ad ſuū motū:tales mot⁹ q̄ ab illis ꝑficiunt̄ erūt ęq̄les ī velocitate:ꝛ ſi ꝓportiōes erūt īęq̄les ꝛ diuerſę:et mot⁹ erūt īęq̄les ꝛ diuerſi ī velocitate ꝛ tarditate.ꝛ hec regula h3 locū ī oib⁹ tā ī corpi⁹ ſimplicib⁹ q̄ miſtis:ſ3 nō eodē mō:nā ī ſimplicib⁹ reſiſtētia rei motę ē extriſeca:vtpote rōne medij qd̄ ſe tenet ex pte rei motę: vt dicem⁹.in miſtis v̄o reſiſtētia eſt intrinſeca:ꝛ nō ex parte medij:ſ3 ex pte rei:in actu:quę eſt alia a re q̄ mouet.diuidit̄.n.oē mixtū in motorē ī actu ꝛ motū in actu.ſimplex v̄o minime.ꝓpterea in ſimplicibus id qd̄ eſt loco rei motę:eſt mediū extriſecū reſiſtēs. hinc p3 eē reſiſtētiā īterdū ex pte medij tm̄ vt ī ſimplicibus:īterdū ex pte mobilis tm̄: vt in cęlis: q̄ mouent̄ ꝑ reſiſtētiā mobilis ſolū:vt dicemus:īterdū ex pte medij ꝛ mobilis:vt in miſtis ꝛ aīalib⁹:vbi reſiſtētia eſt tū rōe medij tū rōne rei q̄ mouet̄ in actu.ꝛ ita Auerroes ꝑ rez motam intelligit totum reſiſtens quicquid ſit illud.


ℂ Et hoc idē eſt. Declarat in violētis penes q̄d attendit̄ ęqualitas ꝛ inęqualitas motuū ꝛ īnq̄t.eē idem in violentis vt in nālibus:ſed nō eodē mō penitus: nā in nālibus ęq̄litas ꝛ diuerſitas velocitatū neq̄ eſt penes reſiſtens tm̄:neq̄ penes potētiā motoris tm̄:ſ3 penes ęq̄litatē aut diuerſitatē ꝓportionū potētiaꝝ ad ſuas reſiſtētias: quęcūq̄ ſint illę.at in violētis ęq̄litas ꝛ diuerſitas velocitatū ſunt penes ęq̄litatē ꝛ diuerſitatē medioꝝ reſiſtētium aut īpedietiū:q̄ñ tales motus nō ſunt ꝯ̄ inclinatiōe itriſeca:ſ3 penitus extrīſece ꝓcedūt.ꝓpterea īnq̄t vt in nālibus nō ſeq̄t̄ ęq̄litas velocitatū ad ęq̄litatē potētiaꝝ tm̄ q̄ñ ꝓportio diuerſat̄:ita nec in violētis pōt eē ęq̄litas q̄ñ media diuerſant̄.eo q2 diuerſat̄ medioꝝ ꝓportio. ecce igit̄ q̄ in violētis ęq̄litas ꝛ inęqualitas ſunt ſolū ꝓpter ęq̄litatē:ꝛ inęqualitatē medioꝝ. ℂ Sed dices tūc eadez velocitate mouebit̄ a.mobile violēter ī aere eodē ab.b. v̄tute:ꝛ a c.qd̄ eſt falſuz:poſito q̄ ſint īęq̄les ℂ Propterea dixit Auerroes q̄ potētijs in motibus violētis exiſtētibus paribus ęq̄litas ꝛ diuerſitas erit ex pte mediorū. at in motibus nālibus erūt ꝑ ꝓportionū ęq̄litatē aut diuerſitatē:quā potētię hñt ad mota.nā in nālibus motus ſunt ab intrinſeca īclinatiōne:in violentis vero minime. Sub. Solo


ℂ Hec Auer.in hac rōne ad fructū adiecit. ℂ In q̄bus Coīs regula

ā pparet tā in motibus nālibus ꝙ̄ violētis ꝙ talis eſt ꝓportio motus ad motū in velocitate q̄lis motoris ad rez motā hoc eſt potētiaꝝ mouētiū ad ſuas reſiſtētias: veꝝ eſt aliq̄ drīa:nā in violētis reſiſtēs eſt īpediēs: ꝓpterea ē in illis eq̄litas aut diuerſitas ꝑꝑ diuerſitatē ꝓportionis īpediētiū:at in nālibus reſiſtēs nō eſt īpediēs:ſʒ reſiſtēs tn̄ abſq̄ īpedimēto.q̄ rō docet nāles motus eē ſucceſſiuos ob reſiſtētiā:ꝛ nō ob īpediētiā:qḋ Auēpace ignorat.

℄ Et ſi hoc eēt. Hec eſt ſcḋa rō ꝯ Auēpacē:vbi debes ſcire ꝙ Ariſt. in fine ſeptimi phyſicoꝝ.pōit hāc regulā.ꝙ cum aliqḋ mouēs mouerit aliqḋ corpus ꝑ aliqḋ ſpatiū in aliquo tpe:idē mouēs mouebit medietatē illius corporis hoc eſt medietatē reſiſtētię illius corpis ꝑ idē ſpatiuʒ in medietate illius tpis:hec regula nūc ſupponiꝰ tāq̄ vera:q2 in .7° diſputabiꝰ. ℄ Arguit mō Auer. ꝙ data pōne Auēpaces.vʒ. ꝓportio medioꝝ in tenuitate arguat ꝓportionē velocitatū ꝛ tarditatū accidentaliū: tūc illa regula eſſet falſa ſimplr̄: hoc eſt nō vliter ꝛ in oībus vera eſſet: nā eſſet tn̄ vera in tarditate ꝛ velocitate accidētalibus: q̄ ipſi motui cōpetūt merito medij reſiſtētis: ꝛ nō in ipſis motibꝰ abſolute reſpectu oīuʒ. vbi.n. nullū eēt mediū reſiſtēs:nulla poſſet aſſignari ꝓportio īter potētias motiuas reſpectu reſiſtētiaꝝ:ꝛ ita neq̄ ipſoꝝ motuū:ita q̄ re regula nō fuiſſet vlis in oībus:cuiꝰ ꝯriū eſt veꝝ:quia in libris phyſi. tradunꝰ regulę vlēs. in oībus. vis igiꝰ huiꝰ rōis eſt ꝙ regula ſeptimi phyſi. eēt de velocitate ꝛ tarditate ipſa: ꝛ nō de motibus abſolute ꝛ reſpectu oīs ſpatij.

℄ Et cā iſtius erroris. Nūc vult ꝯfutare motiuū Auēpaces:ꝛ p̄mo narrat ipſʒ:vbi debes ſcire ꝙ Auēpace fundabaꝰ in duobꝰ:p̄mū erat ꝙ tarditas ꝛ velocitas ſint additio ꝛ diminutio motuū:tarditas q̄dē diminutio. velocitas vero additio:ſicut linea q̄ addiꝰ lineę:ꝛ diminuiꝰ ab ea: vbi grā. ſit vnus motus ſupra ſpaciū. a.b. in hora: velocitas erit motus ſuꝑ ſpatiū. a.b.c. in eadeʒ hora. ita vt. b.c.





⸿ Ut Themiſtius interpretari videť. Ariſto. nunc ꝓbat vacuū nō eſſe neceſſariū ꝓpter corporū locationē: hoc ē vt corpora locet: ⁊ petit vnum. vꝫ. q̄ cubus ⁊ omne corpus locabile id hꝫ: qđ cuncta corpora habent ſiue locantia: ſiue locabilia. nā habꝫ tres dimēſiones: quibus vnūq̄dq̄ȝ eſt aptū locari: ⁊ aptū locare. hec eſt ſuppoſitio. ⁊ h̄ inquit. preterea perſpicuū eſt id etiā cubum ipſuz habere: qđ ⁊ cūcta alia corpa hn̄t. vꝫ. dimēſiōes tres. Hec eſt ſuppoſitio. Tunc facit tale enthymema: cubus ⁊ omne corpus nō differt a loco quo ad habere tres dimēſionez. igiť pro cubi ⁊ cuiuſq̄ȝ corporis locatione nō eſt neceſſariū eſſe aliud corpus extra: qđ cubum locet. probat conſequētiam q̄ ſi haberet tale corp⁹ extra nihil conferret ad cubi locationez: ⁊ tu ſuppleas: q̄ ſi cubus locareť in corpore extrinſeco: ſimili ratione illud corpus extrinſecum in alio: ⁊ ita in infinitū. Propterea Auerro. ſupplet corpus ⁊ cubū egere dimenſionibus quibus cōſtituitur itrinſece: nō quibus ſubẏciť: vt in loco extrinſece. aliter enim inuenirenť dimenſiones extrinſece infinite: q̄ñ dimenſiones indigerent dimēſionibus ⁊ ille alẏs: ⁊ ſic in ifinituz. Inquit. quare ſi ipſe cubus nihil e loco differat quo ad habere tres dimenſiones: cur corporibus locum facere oportet preter cuiuſq̄ȝ molē. quaſi dicat: nō oportere: q̄ vt corpus locans ſuis dimenſionib⁹ locať. ita corpus locatum proprẏs dimenſionibus locabitur: alr̄ erit in infinitū proceſſus: ⁊ ita nullū egebit dimenſionib⁹ preter ſuas: ⁊ q̄ poſſet quis dicere locabile corpus differre a locante penes qualitates: nā locabile hꝫ paſſiones: locās eſt vacuū: ſubdit. ſi affectionū moles cubi ⁊ cuiuſq̄ȝ corporis expers ſit: nā qualitates nō faciunt ad rōnem locati: nec locabilis: ꝓpterea intelligi debet cubus ac ſi paſſionum ſit expers. Deinde ꝓbat qđ dixerat: ⁊ iquit. confert eni nihil ſi tale circa ipſaz corporis molez aliud ſpaciū ſit equale: q̄ vt illud extrinſecū ſuis ꝓprẏs dimēſionibus locať. ita cubus per ſuas locabiť. Sic igiť vacui nulla eſt neceſſitas pro rōne loci. Auerroes ait Ariſt. inuere per hec omnia loci equalitatē cum locato non eē dimenſionū hoc eſt quo ad cōmenſurationē: ſed equalitatem continentie: quoniā ex hoc q̄ locus eſt equalis: ⁊ equale eſt dimenſiones extimauerunt in p̄mis figura locū eē dimēſiones: verū vt dicit Auer. hic eſt deceptio in vbo eq̄litas: qđ equocū eſt ſm ꝯmēſurationē: ⁊ ꝯtinētiā. Que auer. ꝯmen. 77.

¶ Aliter praeterea oportere vt vacuū eē manifeſtaret: in his quae mouent. at intra hunc mūdū nullibi ſpectat: quippe cū aer ſit aliqd licz nō cernat. Quēadmoduz neqz ſi aq̄ eēnt piſces ſed duri: tactu eni rei tactilis fit deprehenſio. vacuum igitur ſeperatum non eſſe ex his modo patet.

¶ Demū ꝓbat vacuū nihil eſſe intra hunc mundū argumēto: qz nobis nullaten⁹ apparet: oporteret eniz aliquo mō apparere intra mūdū ſaltē a poſteriori aut tactu: aut alia quauis cōiectura. Modo in mūdo nullibi ſpectat: qz aer hic: qd̄ vacuū credit: aliqd eſt: licz nō cernat. Qd̄ vero nō valeat hec rō: nō cernit: igit nō eſt: ꝓbat per ſimile: qz vbi piſces eēnt. aut aq̄ aut aquę ſimiles: mō ſint duri viſu nō diſcernerent ab aqua: 7 tn̄ eēnt alij ab aqua: qz ſaltē tactu: cū tactu rei tactilis fit deprehenſio. Demū epylogat: 7 ſermo patz. Quo vo ad verba attinet verbū illō duri: grece eſt ſyderi: qd̄ et latine ē ferrei: tamē vt clarius eēt qd̄ dicit nos duri trāſtulimus.

¶ Sunt vero quidam qui vacuuz patere eſſe arbitrant ob rarū 7 denſum: nā ſi nō ſit raruz atqz denſum: fieri non poterit vt corpora cōprimāt atqz praemant. Qz ſi id nō fit: aut motus oīno nō erit. Aut vniuerſum: vt Xuthus īquit: fluctuabit. Aut in aerē aeq̄lē atqz aquā fieri mutationē ſemp oporteret. Dico autez vt ſi ex aqua vnius gutti aer exoriretur: tanta ſimul aqua ex aequali aere generaretur. aut vacuū eſſe neceſſe eſt. Cōpreſſio namqz atqz ampliatio aliter eſſe non poſſunt.

¶ Hactenus de vacuo ſeparato diſputauit: nunc vero de vacuo rebus īſerto diſputat. 7 pmo narrat poſitionē antiquoꝝ: 7 rōnē pōnis. Poſitio hec eſt: vt vacuū cōporib⁹ ſit diſtributū. rō vero cōponit a pmo ad vltimū hūc in modū. ſi vacuū corporib⁹ inſitū nō ſit. rarū 7 denſuz nō erūt. Si rarū 7 denſum nō erunt: nō poſſunt corpa comprimi aut ampliari. Si corpora nō pſſt cōprimi aut ampliari. Motus penitus nō erit. localis quidē: qz ſi aliqd mouet in loco: opz totū vniuerſumqz moueri ſequendo rē motā. vt cōceſſit Xuthus phs. gñatio vo: qz oz ſemper ex ęquali aere ęqualē aquā exoriri: 7 econtra. Alteratio quoqz qz demit rarefactio 7 cōdenſatio: quę alteratiōes ſunt: qua rōne tollit auctio: qppe cū auctio: aut ſit rarefactio: aut nō ſine rarefactione diminutio aut cōdenſatio: aut nō ſine cōdenſatione. Quare ſi oēs ſpēs motus ſint: eſſe oportet rarefactionē 7 cōdenſationē: 7 ita vacuū. hec eſt poſitio: 7 hec pō: is rō. Auerroes aūt format ſyllz ſic. ſi vacuū nō eſt: raritas 7 denſitas nō erūt. ſi raritas 7 denſitas nō erūt: motus localis rectus nō erit: niſi corpa cōprimant: aut vniuerſuz fluctuabit: neqz etiā generatio nō erit niſi ęqualiter: ſed denſitas 7 raritas ſunt: igit vacuū eſt. īqt Auerroes hic eſſe deceptionē. ppterea qz iſti putant raritatē 7 dēſitatē eſſe nō poſſe: niſi propter vacuū: qd̄ eſt falſum.

Quot Auerroes commē. 79.

¶ Verū ſi id dicunt eſſe rarū: qd̄ vacua multa ſeparata habet: perſpicuū erit. ſi vacuū ſeperatū eſſe nō poſſit. veluti: neqz locus ſuiipſi⁹ ſpaciū hñs: neqz rarum ſic eſſe poſſe.

¶ Bifariā vacuū eſſe in corporibus itelligi pōt. vno mō vt in ipſis ſint multa vacua vti meatus vel foramina ſeparata. Alio mō vt ſit vacuū in corporibus penetratiōe externi vacui: nō ꝙ ſint multi meatus: ſed vacuū eſt: qz corpora per ptes penetrāt: cōfutat igit pmū itellectū: 7 īqt. verū ſi id dicūt eſſe rarū: qd̄ vacua multa ſeparata hꝫ: perſpicuū erit ſi vacuū ſeparatū eſſe nō poſſit: veluti neqz locus ſeparatus eſſe pōt: neqz rarū ſic eſſe poſſe etiā pz. eſt igit enthymema. nō eſt vacuū ſeparatū. igit nō eſt vacuū ſepatū i raro corpe: tz ꝯña a ſubalternāte ad ſubalternantez: vt valet: nō eſt hō: igit non eſt aliqs hō. Qz vo nō ſit vacuū ſeparatū: multis rōnibus probatū eſt. 7 modo ſatis ſufficit. ¶ Hec ꝯ pmū itellectū. Auerroes vo vt mihi videt in cōmēto duobus modis hunc intellectū refellit. pmo qz dicere hoc mō multa vacua contineri in corpore raro: eſt dicere ſimile ad vacuū eſſe ſeparatū. ſed vacuū eſſe ſeparatū eſt cōfutatū. igit etiā vacuū eſſe i raro hoc mō eſt confutatū. Scdo refellit idē ꝑpterea qz vacuū hoc mō eſt dimēſio: dimēſio eſt accñs: ſed nullū accidens eſt ſeparatū a ſubto. igit nec vacuū hoc modo ſeparatū erit a ſubo. Ulterius Auer. ponit dñiam iter has rōnes 7 eas quas poſuit: qz ille deſtruūt vacuū quo ad h ꝙ corpora recipiat: he vo deſtruūt ipſiz quaten⁹ vacuū. maxime aūt ſcdm Auer. rō. hec ex cōmento.

Quot Auer. in cōm. 80.

¶ Si vero non ſeparabile: ſed tanq̄ qd ineꝑiſtens vacuū eſſe dicant: minus quidē eſt hoc impoſſibile. Accidit aūt primo qdem: nō cuiuſqz motus vacuū cām eſſe: ſed eius dumtaxat: quo ſurſum ferunt corpora. qppe cuz rarum ſit leue. veluti 7 ignis quē rarū eē aiūt.

¶ Secūdus intellectus erat. vacuū eſſe corporibus imbutuz nō ſicut diſtinctū ab oībus corpoꝝ partibus: ſed vt penetrās: hunc nūc refellit: 7 pmo ꝓponit eū dicens. Si vo nō ſeparabile dicāt hoc eſt diſtinctum a partibus: ſed tanq̄ quid ineꝑiſtens 7 diſtributū per partes eſſe velint: minus quidē eſt hoc impoſe: accidunt eī plura abſurda pquidē nō cuiuſqz motus vacuū cām eſſe: ſed eius dumtaxat. ſupple quo ſurſuz. ſupple ferunt corpa. quippe cuz rarū qd̄ cām motus aſſerunt ſit leue ſolū: veluti 7 ignis: quē rarū eſſe aiunt. huius ꝯriū aſſerūt: poſuerunt eni vacuū cām oīs motus. Quo vero ad verba attinet: dixit h eſſe minus impoſe. vt Auer. ait. pmo qz nō ponit dimenſiones 7 accidentia ſine ſubto: nā ponit vacuū qd̄ eſt dimēſio corporibus ineſſe. Scdo qz minora impoſſibilia ad hunc intellectum ſequunt: cū non ſequantur illa quę diximus iam totiens.

Verborum expoſitio.

Quot Auerr. cōm. 81.

¶ Deinceps nō erit vacuū ipſuz ſic cauſa motus vt in ipſo aliquid moueatur: ſed vt vtres ipſi mouent id ſurſuz: qd̄ ipſis adiunctuz eſt: ſic vacuum ſurſum mouet.

¶ Secundo dato illo intellectu: vacuū nō eſſet cauſa motus vt finis: 7 terminus ad quē: ac vt ſpaciū ſupra qd̄ fieret motus: ſed magis vt motor: nā vacuum ita ſe hꝫet ad corpora vt ventus ad vtres. eſſet eni corporibus immixtū vt ventus vtribus. Modo ventus mouet vtres ſurſuz. 7 qcqd ipſis eſt additū vt motor: 7 nō vt ſpaciū: per qd̄ fit motus. igit vacuū mouebit corpa nō vt ſpaciū per qd̄ fit motus: ſed vt motor: cui⁹ ꝯriū enitebant approbare.

¶ Preterea quo nā modo ipſi⁹ vacui latio eē poteſt: aut ipſi⁹ vacui loc⁹ erit. ipſi⁹ eni vacui id vacuū fieret: ad qd̄ fertur.

¶ Expoſitores ab Auer. accipientes dicunt Ariſto. iferre

nunc ipoſſibile qȯ ſequiť ad poſitionē datā.vz. ꝙ vacuuz ſit cauſa motus vt motor:qui moueť. nā ſi vacuū eſt cauſa motus:vt motor qui moueť:tūc vacui eēt latio: ⁊ vacui eēt locus:ſiue aliud vacuū.⁊ ſic in infinitū. ⁊ tūc verbū illud grecū καίτοι aduerſatiue teneť pro ſed vel tamē.Uidetur etiā mihi ꝙ hec eē poſſit tertia rō: q̄ ſic deduci pōt. Si vacuū eēt corporibꝰ imixtū:ipſuz eēt cā motꝰ:vt id qȯ mouet ſibi adiunctū. Si eſt cā motꝰ vt mouēs ſibi adiunctum:moueb iť.Si moueb iť:erit in vacuo vt in loco. ⁊ ſic ꝓceſſus in infinitū. ⁊ tūc vbū illud grece teneť cōfirmatiue:vt trāſtulimꝰ:ſz.vtcūqꝫ expōnes ſūt ꝓxime.

℄ Rurſus quam cauſam afferent: qua graue deorſum fertur.

Que aut̃ roce. com mēto. 8z.

℄ Quarto. dato iſto intellectu:nō poterit aſſignari cā motus deorſuz ipſorū grauiū. ℄ Hāc rōnē deducit Auer.ga aut plenū erit cauſa motꝰ deorſuz:aut gd aliud a pleno.nō gd aliud a pleno:ga ꝯtrariorū ꝯtrā ſunt effectus:⁊ ita ſi vacuū ſit cauſa lationis ſurſuz:plenū erit cauſa motꝰ deorſuz.Si vō plenū ſit cauſa motꝰ deorſuz:tūc nihil erit graue ſimpliciter:neqꝫ leue ſimplr:ga nihil eſt pure plenū. qȯ grauitatis cauſa eſt.nihil pure vacuū.qȯ leuitatis cauſa poniť. et ita ſolū erūt graue ⁊ leue in reſpectu. qȯ.4.celi eſt cōfutatum.hec eſt Auerrois deductio.

℄ Inſuper etiam ſi quanto rarius quippiā fuerit magiſqꝫ vacuum: tanto velocius ſurſum fertur. patet. ſi quid omnino vacuum fuerit: id velociſſime ſurſum ferri: at forſitan. ⁊ hoc moueri non poterit. naꝫ vt ⁊ in vacuo cuncta ſunt imobilia: ſic eadem ratione vacuum etiā imobile eſſe oſtenderetur. quippe cum velocitates non ſint comparabiles.

℄ Quinto arguit.ſi rarꝫ eſt cā motꝰ ſurſuz:quāto qppiā rarius fuerit:ac magis vacuū:tanto ſurſuz velociꝰ ferreť. ſi rariꝰ: velociꝰ ſurſuz ferť. rarū ⁊ penitꝰ vacuū velociſſime ſurſuz moueb iť.at hoc eē nō pōt.q2 vacuū penitꝰ forſitan nullatenꝰ moueri pōt.ꝑ cā rōnē:qua nihil in vacuo moueri poterat.vz.q2 velocitates nō erāt cōparabiles.nā:vt dicebať:nulla erat ꝓportio pleni ad vacuū. igiť nec motus ad motū in velocitate. ℄ Debes ſcire ꝙ differt hec rō ab illa:ga illa erat de vacuo: quatenꝰ in ipſo fiebat motꝰ. hec eſt de vacuo: quatenꝰ ipſuz eſt mouēs motū. Q2 tñ ambe ꝓcedūt ꝑ cōparationē.iō ambe eādē habēt vim. Propter hec recte Auer.ait has rōnes eē eaſdē ſimilitudine: Mediū vō terminū eē eidē ſm genꝰ. Nec valet ob̄o de graui ſimplr.qȯ gdē eſt penitꝰ graue:⁊ moueť in tpe:ga motꝰ ille tparīꝰ grauis ſimplr eſt a reſiſtētia medij.at antiq q dicerent vacuū moueri:ipſuz moueri aſſererēt nō cōcurrente medio aliquo:niſi ipſomet vacuo. Et ꝓpterea ſequitur ipſum moueri in nō tempore.

℄ At cum vacuuz quidem non eſſe fateamur. caetera autem recte dubitata ſint: aut motus non erit.ſi raritudo denſitudove nō ſit:aut vndabit coelum:aut aqua ex aere: ⁊ aer ex aqua: ſemper exorietur aequalis.patet enim plus aeris ex aqua fieri. Neceſſe eſt igitur (ſi non eſt denſatio) aut vt vltimum (quod firmuz eſt) fluctuatiōe expulſum fiat: aut alio in loco aeq̄lis aq̄ ex aere fiat: vt tota vniuerſi moles aeq̄lis ꝑmaneat:aut nihil penitꝰ moueať.

℄ Volēs nūc Ariſt.ſoluere rōnē veterū:qua vacuū rebus imiſcuerunt.eā rurſus aggrediť:vt explanet illā:⁊ ingt.at cū vacuū nō eē fateamur. cetera aūt gbꝰ cogebanť antiq vacui ꝯcedere:recte dubitata ſint:oꝫ illa rurſus ꝯſiderare.ſupple.nā aut motꝰ nō erit.ſi raritudo denſitudove nō ſit:aut vndabit:ſiue fluctuabit celū:q2 cū motꝰ ſurſuz fuerit:aer:ꝑ quē ſit: expellet ignē. ignis demū expellet celuz: veluti vndā quādā. aut aqua ex aere: ⁊ aer ex aqua ſemꝑ exorieť equalis. qȯ falſuz ſenſu vř. q2 pꝫ ſemꝑ plus aeris ex aq̄ fieri: cuz ex vno pugillo aq̄ decē exoriant̃ aeris.demū rōnē epylogat:⁊ tranſlatione patet.

℄ Semper enim cum quippiam mouetur: id accidit: niſi circulo circunſeratur.at non circulo cuncta feruntur: ſed quaedam etiam recte. illi igiť ob haec ipſa vacuū quicq̄ꝫ eē dicerēt.

℄ Cauillabāt gdā rōnē veterū hūc in modū.dicēdo.ea vā eē de recto rerū motu.at de circulari nō vā eē. obijč Ariſ. ꝓ antiqs: q2 ſaltē nō cūcta circulo feruntť: ſz q̄dā ēt recte; q̄ rōne euenit dictū ipoře ſaltē de illis:q̄ recte feruntť.

℄ Nos vero ex his quae ſuppoſita ſūt dicimꝰ vnam eſſe contrariorum materiam: vt ⁊ calidi ⁊ frigidi: ⁊ caeterarum naturalium contrarietatum. Et ex poteſtate ente actu ens fieri: ⁊ nō eſſe quidem ipſam materiā ſubiecto ſeparabilem. Sed ratione diuerſam: ⁊ vna numero coloris ſi forte fuerit. ⁊ calidi atqꝫ frigidi.

℄ Soluit nūc qōnē veterū. ⁊ ꝑͦ reſumit q̄tuor ſuppōnes:q̄ ex ꝑͦ lib.ſunt ꝑſpicue. Pria eſt.ꝙ ꝯtrioꝝ vna eſt mā:vt.vbi cā.⁊ calidi ⁊ frigidi:⁊ ceterarū ꝯtrietatū. Scd̄a eſt. oē qȯ ſit:ex poteſtate ente ſit:⁊ nō ex actu ente. Tertia. mā ipſa ab ipſis ꝯtrijs nō eſt ſubto ſepabilis: ſz hꝫ rōne. Quarta ē. ꝙ ſi vna ſit mā nuō q̄litatū ſcd̄arū:vt coloris:eadē erit et ꝑͦmaꝝ: vt calidi atqꝫ frigidi.he ſuppōnes in ꝑͦ libro ꝑfecte ſunt declarate.nunc autē ſint ſuppoſitiones: ga prius fuerunt concluſiones demonſtrationū.

℄ Eſt igitur materia ⁊ corporis eadeꝫ: ⁊ magni ⁊ parui.

℄ His q̄tuor ſuppoſitis ſoluit rōnē: ⁊ breuiter ſolō cōſiſtit in hoc.ꝙ rarefactio nō ſit aduētu rerū extrinſecꝰ: nec ꝯdēſatio exitu illarū:ſz q2 qȯ erat ptāte reduciť ad actū.at cuꝫ mā ſit ꝯtrioruꝫ eadē ptāte.iō cōdenſatio ⁊ rarefactio fiunt per extractionē vnius poteſtate contenti ad actū: ⁊ ita nō oportet concedere vacuum.

℄ Hoc autem perſpicuum. Nam cuꝫ ex aqua aer factus eſt: eadem materia aer ſit nulla re alia aſſumpta. Sed qȯ poteſtate erat: id actu factum eſt. Simili modo etiam ſi rurſus ex aere aqua exorta eſſet. eadeꝫ nanqꝫ materia nūc in magnam ex parua: nunc in paruam ex magna verteretur molem.

℄ Solōnē datā approbat in oībus motꝰ ſpeciebꝰ. Primo in gnōne. videmꝰ.n.in gnōne fieri cōdenſationē ⁊ rarefactionē nulla re deforis accedēte: vt in gnōne aque ex aere aut econtra: ſed ſolum per extractionem eius quod erat in potentia ad actum.

℄ Hunc etiam in modum. Si ⁊ aer ex maiore comprimatur in minoreꝫ: ⁊ ex minore rurſus in maiorem amplietur molem. Materia ipſa quae ambo poteſtate eſt. Mutuo ſit vtcunqꝫ

Ná quéadmodú ex frigido calidú: ⁊ ex calido frigidú qñ fit: eadem eſt: qꝛ poteſtate erat ambo: ſic ⁊ ex calido magis calidú fit nulla prorſus parte facta túc calida: quae non erat antea calida: cú calida minus erat.

¶ 2ᵒ: idé ꝓbat in alteratióe. ná videmus in alteratióe: quę fit in aere de minore ad maioré molé: q̄ vocaᵗ rarefactio: ⁊ de maiore in minoré: quę vocaᵗ ꝯdéſatio: nihil deforis aduéire. vt ét in exéplo de alteratióe ex calido in frigidú. ⁊ eȝ. approbat: vbi pȝ aliqd calidius effici: ⁊ nó ꝑ ꝑ aduentum alicuiᵘ de nouo: ſȝ qꝛ totú erat minus calidú.

¶ Quéadmoduȝ neqȝ circúferétia maioris circuli. ſi ⁊ i curuitaté fieret minoris circuli: ſiue ſit eadé: ſiue ſit alia ꝑs ipſiᵘ nulla facta eét curua: q̄ nó erat átea curua: ſȝ recta. nó. n. eo q̄cq̄ minᵘ aut magis tale é: qꝛ id itermiᵗ quo minᵘ aut magis dᵢ tale: neqȝ fit vt flámae pars vlla ſumaᵗ: in qua neqȝ color neqȝ caliditas fit.

¶ Uidetᵗ iuxta gręcá ſerié vba hęc eé dicta vt declatio ꝑrimi exéplí: qȯ erat datú in alteratióe: ⁊ certe ita eſt. Sed magis Auerroi ⁊ expoſitoribᵘ placet iſtud eſſe 3ᵐ exéplú in auctióe: qȯ nos doctrinę cá ꝯcedimus: qꝛ nó eſt multa vis aut ſic: aut aliter exponere. Et ingt. quéadmodú neqȝ circúferentia maioris circuli ſi ⁊ i curuitaté fieret minoris circuli: ſiue ſit eadé circúferétia ſiue ſit alia: ꝑs ipſiᵘ nulla facta eét curua: q̄ nó erat antea curua ſȝ recta: ita ſubaudi in rarefactio vel ꝯdéſatio nó fuit ꝑ additioné vel ſubtractioné alicuiᵘ. nó. n. eo q̄cq̄ minᵘ aut magis tale eſt: qꝛ id itermiᵗ: quo magis aut minᵘ dᵢ tale: ſed ꝑ ęductionem de poᵃ ad actú eiᵘ qȯ ꝑus erat minus: veluti nec fit vt flámę ꝑs vlla ſumaᵗ: in q̄ neqȝ color ſiue lux: neqȝ caliditas ſit. Hoc exéplú eſt in auctióe: eét 4ᵐ exéplú in latióe: qȯ ſubticuit breuitatis cá: ⁊ qꝛ intelligiᵗ per alia.

¶ Ut igiᵗ prior caliditas ad poſterioreȝ ſe hȝ. ſic etiaȝ magnitudo atqȝ paruitas ſenſilis corporis nó ampliaᵗ: qꝛ ſua mã quicq̄ inſuper ſumit: ſed qꝛ mã vtriuſqȝ poteſtate eſt. itaqȝ ideȝ eſt denſuȝ ⁊ rarú atqȝ materia ipſoꝝ vna: ſed denſum qdé graue. rarú vero leue.

¶ Núc ex his exéplis infert intentú ⁊ ingt. vt igiᵗ prior caliditas ad poſterioré ſe hȝ: qꝛ aduenit illi: nó ꝑ hoc: qꝛ aliq̄ pars quę non erat calida: ſit facta calida: ſed per hoc: qꝛ illud qȯ erat minus calidú: ſit magis calidú: ita etiá magnitudo atqȝ paruitas ſenſilis corporis: non ampliaᵗ: qꝛ ſua mã q̄cq̄ inſuper ſumit: ſed qꝛ mã vtriuſqȝ poteſtate eſt. idȯ rarú ⁊ denſum nó per partiú additioné: aut ſubtractioné fit: ſed per hoc ꝙ vna eſt rari ⁊ denſiue mã. ideo ꝯcludit itaqȝ idé eſt denſum ⁊ rarú atqȝ mã ipſoꝝ vna: ⁊ ita ſunt eadé ſubo: ſed denſuȝ quidé graue. rarú vȯ leue: hoc eſt ſȝ dn̄t forma. nam aqua ⁊ terra denſa ſunt ⁊ grauia. ignis ⁊ aer rara ⁊ leuia rarú. n. ideo leue eſt: qꝛ plus qdem de forma hȝ. minus vȯ de mã: qȯ leuibus competit. denſuȝ aút graue: qꝛ multú de mã. minus aút de forma: qȯ grauibus conuenit. Amplius leue continet: qȯ rarioribus eſt aſcriptum. graue contineᵗ: quod denſioribus.

¶ Praeterea vt orbis curuitas ſi in minus redigat non aliud quicquá conceui inſuper aſſumit: ſed qȯ erat educiᵗ: ſic ⁊ ipſius ignis aliq̄ pars cum aliquid accipit. Totuȝ calidum eſt: Sic ⁊ vniuerſum conſtrictióe atqȝ ampliatione eiuſdem materie rarum eſt ⁊ denſum. duo enim ⁊ denſum ⁊ rarum comitari videntur. denſum quidem graue atqȝ durum. raruȝ vero his contraria leue ⁊ molle: verꝝ in plumbo ac ferro durú ⁊ graue diſſonant.

¶ Gręci codices aliqui verba hęc nó habét: ⁊ rationabilr. quia iam dicta ſunt. videnᵗ enim magis eſſe appoſita circa margines. Sed quicquid ſit in codicibus meis reperiuntur. Propterea videnᵗ rurſus declarare rarefactioneȝ ⁊ códenſationé nó fieri partiú additione: aut ſubtractióe Sed ęductióe. ⁊ inquit. pręterea: vt orbis curuitas. Si in minus redigat: nó aliud quicq̄ cócaui: ſiue curui inſuꝑ aſſumit deforis: ſed qȯ erat poteſtate: ęduciᵗ ad actuȝ. Sic ⁊ ipſius ignis aliqua pars cú aliqd accipit caloris plus eo qué habet: totum eius corpus calidú eſt: ſic ⁊ vniuerſum corpus conſtrictione ⁊ ampliatione eiuſdé materię raruȝ eſt ⁊ denſum: quatenᵘ ad maiores aut minores moueᵗ dimenſiones: ⁊ ꝙ nó differant materia: ſed forma ⁊ contrarietate. ꝓbat dicens. duo enim ⁊ denſum ⁊ rarú comitari videnᵗ. denſum quidé graue atqȝ durú. rarú vȯ his cótraria leue ⁊ molle: eſt tamé hoc dictú: vt in pluribᵘ. nam ad denſum ſemꝑ graue comitaᵗ. ad rarú ſemꝑ leue: nó tamé ſemꝑ durꝝ eſt cú denſo: ⁊ molle cú leui. ná in plumbo ⁊ ferro: quę ambo grauia ſunt. diſſonát graue ⁊ durú. ná plumbum graue eſt: ſed molle. ferrum vero ⁊ durum ⁊ graue. igitur dictú illud: vt in pluribus: eſt verú.

¶ Ex his igitur quae dicta ſunt: patet. neqȝ ſeparatum: aut ſimpliciter: aut in raro: neqȝ poteſtate vacuum eſſe: niſi quis vacuum ipſum appellare voluerit omnino. quod quidem lationis eſt cauſa. hac enim profecto ratióe grauis ipſiᵘ leuiſqȝ materia: q̄tenus talis eſt: vacuum erit. verum rarum ⁊ denſum hac quidem ſubcontrarietate lationis ſunt effectiua. Illa vero duri ac mollis cauſae facilis difficiliſue paſſionis: ⁊ non lationis: ſed alteratióis potius. Et de vacuo quideȝ qua ná ratióe ſit: quaue nó ſit: hoc modo determinatú ſit.

¶ Núc ex dictis cócludit: ⁊ inquit. Ex his igiᵗ: q̄ dicta ſút: pȝ. neqȝ ſeparatú aut ſimplr aut in raro actu eé vacuú: neqȝ poteſtate. aliter q̄nqȝ actu erit: niſi qs abutédo noie vacuú ipm oio núcupare voluerit. qȯ qdé latióis eſt cá: ſiue vt ſubȝ: ſiue vt motor. hac. n. ꝑfecto róne grauis ipſius leuiſue mã: quatenᵘ talis eſt. vȝ. aut déſa aut rara. hoc é aut leuis aut grauis: aut magis quatenus poteſtate eſt mã ⁊ ſubȝ: vacuú erit. Sȝ qꝛ dixit rarú ⁊ denſuȝ cás eé motᵘ: et multipharia motᵘ eſt. Declarat quonámó cáę ſint: ⁊ qua róne: ⁊ inquit verú: rarú: ⁊ denſum. hac qdeȝ ꝯrietate qua rarú ⁊ denſuȝ ſunt: latióis ſunt effectrices cáę: qꝛ comitantur leue ⁊ graue: quę ſunt cáe effectrices lationis: ꝯrietate vȯ duri ⁊ mollis cáę ſunt facilis difficiliſue paſſionis: ⁊ nó latióis: ſȝ alteratióis potiᵘ. ná durú difficulter patiᵗ. molle vȯ facile. demú epylogat. ⁊ ſermo pȝ. ¶ Auer. vȯ cém. 84. ſic cóponit ſyllogiſmú ſolonis. oía ꝯtraria ſiút in eodé mã nullo accedéte deforis: nec exeúte foras: ſȝ rarú ⁊ denſum ſunt ꝯria in q̄titate: cú tráſlatio corꝑis de maiore q̄titate in minoré ſit códenſatio. ecótra rarefactio. igiᵗ rarú ⁊ denſuȝ ſiút nullo accedéte deforis: ⁊ nullo exeúte: ſȝ per eductioné de poténtia mãę. ¶ Debes ſcire ꝙ aliqd pót cre

ſcere vel decreſcere in dimēſionibꝰ z'. vnoꝰ p additionē aut ſubtractionē: quō paries creſcat additiōe lapidū: dcreſcit vō ſubtractiōe. ⁊ hęc improprie eſt rarefactio vel cōdēſatio. alioꝰ p eductionē de potētia māę: aut reductionē in potentiā māę: nullo aut accedēte: aut exeūte: ſed aut educto aut reducto. ⁊ hoc mō eſt vere rarefactio aut cōdenſatio. rarefactio per eductionē de minori ad maius. cōdenſatio aūt per reductionē in potentiā māę. ⁊ hę tribꝰ modis fieri poſſunt. ſolo motu locali: vt qñ aer condenſaẗ: qa aliqd moueẗ in ipſo: aut cōſtringiẗ in veſica: aut rarefit: qꝛ dilatatur in vtre: aut alteratione calidi ⁊ frigidi: vt aqua in olla rarefit acquiſitione calidi: cōdenſaẗ alteratione frigidi: aut gnōne vt qñ ex aqua aer fit: rarefactio eſt gnōne aeris cōtra vō gnōne aquę cōdenſatio erit. ⁊ ſic in oībus his modis perſpicuū eſt rarefactionē vel cōdenſationē fieri nullo aut accedēte aut exeūte: vt ratio Auer. cōcludit.

Dubiuꝰ. ¶ Sꝫ multū dubitāt recentiores quonā modo rarefactio fit ad

Prīa ſolutio. maiorē q̄ntitatē: ⁊ cōdēſatio ad minorē. Quidā exponunt Auer. de raritate ⁊ denſitate relatiue ſumptis: ⁊ nō abſolute: ſiue qualitatiue. poſſunt. n. vno mō ſumi pro relatione partiū: vt pro approximatiōe: vel elongatione partiū. ⁊ ſic ad eas nō eſt motꝰ per ſe: ſed per accidēs: aut ꝑpter motū localē: aut ꝑpter alterationē: aut ꝑpter generationē. alioꝰ poſſunt ſumi qualitatiue pro qualitatibꝰ: quę comitanẗ calidū ⁊ frigidū. ⁊ ſic ad ipſas erit motꝰ per ſe: ſꝫ comitentur alij motꝰ. nā rarefactionē comitaẗ calefactio: cōdenſationē vero frigefactio: ⁊ ita iuxta hos Auer. loquiẗ de raro ⁊

Confutatio. denſo relatiue ⁊ nō qualitatiue. ¶ Sed hęc expoſitio facit Auer. textui cōtradicere. Ariſto. n. loquiẗ de raro ⁊ denſo: quatenꝰ ſunt cōtraria: ⁊ vt ſic nō ſunt relationes: ſed qualitates. Propterea approbo eos qui Auer. intelligunt hoc modo: ꝙ rarū ⁊ denſuꝫ ſunt qualitates fundatę in quātitate. Et ſi dices ꝙ eodē mō eſt de albo ⁊ nigro ⁊ alijs. dici pōt ꝙ oēs qualitates ſenſiles ⁊ quartę ſpeciei fundanẗ in quātitate: ſed aliquę ſuo intellectu explicant quātitatē vt rarū ⁊ denſuꝫ: quę nō mō in demōſtrationibꝰ fundanẗ: ſꝫ illas de ſuo intellectu explicant. vult igiẗ Auer. iuxta hos rarefactionē eſſe ad maiorē quātitatē. hoc eſt ad raritatē

Dubium Auer. fundatā in quantitate. ¶ Deinde Auer. mouet qōnē hoc modo. qa pōt aliqs dicere vt calor creſcit ex calore addi-

Solutio. to extrinſecus: ita quātitas ex quātitate. ¶ Reſpōdet negando antecedēs. nō eniꝫ calor fit p additionē: ſed p eductionē. nā cū agēs creuit in calore: paſſum creuit in calore. nō qdē pro hoc ꝙ migrauerit caloris pars de agēte in paſſuꝫ: ſꝫ qa eduxit plus caloris de potētia materię paſſi: ⁊ ita

...qlitas. ēt dici. oꝫ de quātitate. ¶ Sꝫ dices. igiẗ nō differt quātitas a qualitate quo ad agere: qꝛ caliditas non inducit nec

Rñ auer. agit: ⁊ ſic nec quātitas. igiẗ quo ad hoc nō differūt. ¶ Reſpōdet Auer. ꝙ eſt differētia inter illa: qm̄ caliditas fit ab alia caliditate in actu per abiectionē ꝯtrarij. qđ nō eſt ita de quātitate. qꝛ nō fit ab alia quātitate in actu p abiectionē cōtrarij: vel gnōnē. nā quātitas nō eſt de potētijs actiuis per abiectionē cōtrarij: ſed comitaẗ potētias actiuas ⁊ actiōes earū. vꝫ. calidū ⁊ frigidū. Ariſto. igiẗ voluit calidum nō creſcere per trāſlationē: ſiue migrationē de agēte ad paſſum: ſicut nec quātitas creſcit per additionē minoris ad maiorē vtraqꝫ remanēte: ſꝫ hoc videẗ difficile imaginatu. ⁊ addit Ariſt. viſum eē rhetorico exēplo ꝑpter difficultatē imaginādi: vt dixit in ꝓ huiꝰ. cętera q̄ in alijs cō-

Prīa tentatio. mētis dicit. ex litterę trāſlationibꝰ patēt. ¶ Sꝫ dubitant vtrū rarefactio fit acceſſu aliquorū: cōdenſatio vō receſſu

Dicꝰ reſponſio. illorū. ¶ Reſpōdēt ſorticolę ꝙ mixta rarefiūt acceſſu aliquorū: cōdenſanẗ vō receſſu illoꝝ. ꝓbāt qꝛ hęc meatꝰ habent nō vacuos: q cōſolidanẗ in cōdenſatiōe: ⁊ ita recedit aer vel aqua. ꝑforantẗ in rarefactiōe: ⁊ ita aer vel aqua

Argumentū auer. ꝯ ponēs ꝓmam. accedit in meatus illos. ¶ Sed cōtra obijcit Auer. cōm. 85. ⁊ inquit. ⁊ intuit per hoc peccatū. qđ accidit dicētibꝰ rarefactionē ⁊ cōdenſationē fieri cōſtrictione ampliationeue foraminū. qm̄ ſm hoc nō quęlibet pars corporis reciperet denſitatē ⁊ raritatē: ſꝫ ſolū foramina. Modo oē qđ rarefit vel cōdenſaẗ: ſm oēs partes rarefit vel cōdenſaẗ. ¶ Dici pōt cōcordādo hos. ꝙ aliđ eſt eē cām rarefactionis vel cōdenſationis: ⁊ aliud eſt comitari rarefactionē vł cōdenſationē. dicerē igiẗ in mixtis ⁊ ſimplicibꝰ rarefactionē nō fieri ꝑpter acceſſuꝫ ⁊ receſſuꝫ corpoꝝ tanq̄ ꝑpter cām: ſꝫ bñ in mixtis fieri p receſſuꝫ aut acceſſuꝫ cōcomitatiue. ꝓmi igiẗ volunt mixta ꝯdenſari vel rarefieri acceſſu vel receſſu aliquoꝝ ꝯcomitatiue. nō aūt cauſaliter. elita vō nec cōcomitatiue: nec cauſaliter. Auerroes aūt vult rarefactionē vel cōdenſationē nec in mixtis nec in ſimplicibus fieri acceſſu vel receſſu aliquorum cauſaliter: ⁊ ſic nō

2. dubiꝰ. ꝯtradicūt. ¶ Secūdo dubitāt. vtrū p rarefactionē acqritur aliqd de nouo: ⁊ per ꝯdēſationē depdaẗ. Captiūculatores tenēt nihil p rarefactionē acqri: vel ꝯdēſationē depdi: ⁊ ita ꝯcedunt bipedale hoc ꝑus fuiſſe: negāt tamē hoc

Quarta reſponſio. ꝑus fuiſſe bipedale. ¶ Sed iſtę ſunt captiūculę nō dignę peripatetico. Sępe. n. hi vt captiōes ſeruēt ab vnguē. tru-

Propria ſolutio. dunẗ in errores ad ſtadium. Tenemus igiẗ cū Auerroe ⁊ expoſitoribꝰ p rarefactionē aliqd de nouo acqri. nā rarefactio eſt motus: oīs aūt motus terminaẗ ad aliqd: quod prius nō erat. Per ꝯdenſationē vō aliqd depdi: qꝛ eſt motus ꝯtrariꝰ rarefactiōi. id tamē qđ aut acqriẗ aut depdiẗ: nō ē de nouo acceſſiue: ſꝫ eductiue: qꝛ nō accedit deſerēs: ſed educiẗ. Hęc de vacuo dicta breuibus.

¶ De tempore.

¶ Conſequens autē ad dicta eſt agere de tempore. ſed primo bñ ſe hꝫ de ipſo dubitare: atqꝫ extrarias rationes afferre ſi ſit rerum aliquā: aut non ſit tempus. deinceps q̄ ipſiꝰ ſit nā.

¶ Egit de loco ⁊ vacuo. nunc de tempore dicere proponit ⁊ duo proponit diſputare an ſit tempus in rerum natura ⁊ quid ſit: cauſaꝫ affert: quia bene ſe habet dubitare: vt dicitur. 3. metaphy. ¶ Auerroes vero per exotericas gręce

Que auerroes commēto. 87. ratiōes: latine extrarias logycos ſermones intelligit: quę vt dicit Themiſtius ratiōes cōmunes dicuntur: ex quibꝰ phia extraria: ſiue ſophyſtica cōponitur.

¶ Nihil igitur eſſe prorſus tempus: aut egre eſſe: aut obſcure de ſequētibus quis ſupplicabitur. nam aliud ipſius fuit ⁊ non eſt. aliud eſt futurum ⁊ nondum eſt. Ex his autem ⁊ infinitum ⁊ id quod ſemper lapſum eſt tempus texitur. at id naturam aliquaꝫ entis tenere. qđ ex his conſtat: q̄ nō ſunt: ipoſe videẗ.

¶ Qꝛ tempus non ſit in rerum natura: arguit. Primo ſic. quod conſtat ex non entibus: nihil eſt. tempus conſtat ex non entibus. igitur nihil eſt. minor declaratur. quia cōſtat ex pręterito quod fuit: ⁊ non eſt. texitur ex futuro. qđ erit. ⁊ nondum eſt. ¶ Quo vero ad verba attinet verbū illud lapſum: gręce eſt lambanomenon: latine quod accipitur: ſed ſenſus eſt ꝙ ex his dies: ⁊ menſis: ⁊ annus: ⁊ infinita antea ſemper lapſa tempora conſtant. Quare tempus nō eſt amplius verbuꝫ illud entis: gręce vſias: latine ſubſtantię:

Que auerroes commēto. 88. ſed meliꝰ iacet modo illo in latino. ¶ Auerroes vero reddit cauſaꝫ cur dixit: aut ęgre: aut obſcure. ⁊ ait hoc dixiſſe: quia rationes logycę non faciunt efficaciaꝫ: ſed ſuſpitionē. Secundo ſoluit Auerroes rationem hanc. eſt eniꝫ hęc ratio. compoſitum ex non entibus nihil eſt. tempus eſt ex ſi

entibus.igitur nihil eſt.hanc ſoluens primo reducit illam contra facientem ſic.Compoſitū ex non entibus nihil eſt. Motus componitur ex nō entibus.igitur nihil eſt.modo concluſio eſt cōtra ſenſum.eſt.n.motus ſenſile cōe.vt dicitur 2° de anima. Propterea debes ſcire vt ipſe inuit ꝙ triplex eſt ens completum extra animā vt tellus. Aliud qđ omnino hʒ eſſe in animā vt hyppocentaurus. Tertiuʒ ex his compoſitū.Uel ex compoſitio eſt duplex.cōſtitutiua vt mixtū ex elemētis:aut homo ex anima ⁊ corpore. alia eſt participatiua: vt paries ex albedine: q2 participat illam. tūc dicit Auerroes: ꝙ motus ⁊ tempus ex non entibus ⁊ entibus componunt̄ compoſitione participatiua. Nā de ente nō habent niſi inſtās.fluxū aūt ⁊ futurū hʒ ab aīa. nam motus ⁊ tempus:vt cadūt ſub conſideratione:ſe habent vt permanentia ⁊ in actu. vt vero ſunt extra animā nō ſunt permanentia:ſed ſucceſſiua:ſed de his poſtea. Ad formaʒ igit̄ pʒ ſolutio ꝙ tempus ⁊ motus poſſunt eſſe ex entibus rationis:quę non ſunt entia in re.

¶ Ad haec partibilis omnis rei ſi eſt: neceſſe eſt:cum eſt:aut omnes partes: aut nonnullae ſint. At temporis:quod quidem eſt partibile. aliae partes tranſactae. aliae futurae ſunt:nullaqꝫ poenitus adeſt. ipſum vero nunc non eſt pars. pars nāqꝫ metitur. vniuerſuʒ etiā ex partibus conſtare oportet. at tēpus ex ipſis nunc non videtur conſtare.

¶ Secundo arguit ſic.omnis res quę eſt partibilis cū eſt: neceſſario oēs aut aliquas partes hʒ. tempus eſt partibile ⁊ nullas penitus partes hʒ.igit̄ tempus nihil eſt. Sed dices minoꝛeʒ eſſe falſam: q2 temporis eſt aliqua pars vt ipm nunc.cōtra replicat. pmo:q2 pars metitur totū.nunc ipm nō metit̄ tempus.igit̄ nō eſt pars temporis. Secundo partes ſunt ex quib⁹ totuʒ conſtat.ex ipſis nunc tēpus non conſtat.igit̄ ipſa nūc non ſunt partes temporis. Sorticole hec confirmant primo.nullū inſtans pręteritū erit pręſens.omne inſtans futurum erit pręteritum.igit̄ nullū inſtans futurum erit pręſens.Secūdo nullū inſtans futurum fuit pręſens.omne inſtans pręteritū fuit futurū. igit̄ nullū inſtās pręteritū fuit pñs:⁊ ita tps nihil eſt.

¶ Praeterea ⁊ ipſum nunc quod praeteritum ⁊ futurum diſtinguere videtur: vtrum vnum idēqꝫ ſemper pmaneat an aliud ſit atqꝫ aliud: non facile cognitu habetur.nā ſi ſemper aliud atqꝫ aliud ſit:cū in tempore ipſo alia atqꝫ pars ſimul non ſit: niſi vna contineat altera cōtineatur:ceu min⁹ tps a maioꝛi continetur: ⁊ id qđ nunc non eſt:antea vo fuit:neceſſe ſit aliquando eſſe coꝛruptum:ſane nunc ipſa inuicem ſimul non erunt:ſed ſemper coꝛruptum eſſe neceſſe eſt id qđ prius. In ſeipſo igitur coꝛrumpi nō poteſt:propterea ꝙ tunc eſt. In alio vero nunc coꝛrumpi id quod prius eſt nunc: nō contingit. Sit enim modo īpoſſibile ipſa nūc ſibi herere vt puncto punctum.ſi igitur non in eo quod eſt poſtea coꝛruptum eſt:ſed in alio. in his nunc intermedijs:quae infinita ſunt. ſimul erit:qđ quidem eſt impoſſibile.

¶ Mouet quęſtionem de ipſo nunc. vtruʒ remaneat idē atqꝫ vnū in toto tempoꝛe:⁊ arguit ꝙ ſic.Sed in ratiōe ſupponit duo. Primū ꝙ nō poſſunt duo nūc ſimul eē in tempoꝛe.nā nō poſſunt eē duę partes temporis ſimul:niſi alterum cōtineat alterū:vt ſimul eſt dies ⁊ menſis:qui mēſis diē continet.Secūdo ſupponit ꝙ ipſa nūc nō ſunt in tempore cōtigua: vt in.6.dicet̄. ¶ Tunc arguit.ſi nunc ipſuʒ coꝛrūpit̄:aut in ipſo nūc in quo eſt: aut in alio. nō in eodē in quo eſt:q2 tūc coꝛrumperet̄ ⁊ eſſet.Si in alio: aut prioꝛi:aut poſterioꝛi:nō in prioꝛi:quia tunc coꝛrūperet̄ anteqꝫ eēt. Si in inſtāti:ſiue nūc poſterioꝛi:aut īmediato:aut mediato. nō in ipſo nūc īmediato per ſecundā ſuppoſitioneʒ: q2 nō ſunt īmediata ipſa nūc:nec in ipſo nunc mediato: q2 tūc illud nūc maneret in iſto medio.ſemꝑ eniʒ manere oʒ donec coꝛrumpat̄:⁊ cū in illo medio ſint infinita nūc: tūc illud nūc coꝛrūpendū eſſet ſimul cū infinitis nūc ꝯ ſuppoſitionē primā:v̾ba patēt trāſlatiōe ſola.

¶ At vero neqꝫ idē ſemper permanere poteſt. nullius enim diuiſibilis finiti finis eſt vnus:ſiue ad vnum ſiue ad plura continuuʒ ſit. Sed ipſum nunc finis eſt: ⁊ tempus ipſum finitum ſumi poteſt.

¶ Ad oppoſitum quęſtionis de ipſo nunc arguit. Primo ſic.nullius finitę rei diuiſibilis terminus:ſiue finis eſt vn⁹ ⁊ hęc maioꝛ eſt vera:ſiue illud finitū diuiſibile ſit cōtinuū vna dimenſione:vt linea:quę ſola longitudine ꝯtinua eſt: ſiue ſit plurib⁹ dimenſionib⁹ cōtinuū: vt ſuperficies quę longitudine ⁊ latitudine eſt cōtinua: vel vt corpus quod eſt continuū longitudine:latitudine:⁊ altitudine. eſt igit̄ maioꝛ.nulli⁹ diuiſibilis rei finitę finis eſt vnus.ipſuʒ nūc eſt finis alicui⁹ rei diuiſibilis finitę:vt temporis.igit̄ ipm nūc nō eſt vnū.¶ Auerroes ait.ꝙ linea habet duos fines vt duo puncta.ſuperficies quatuoꝛ.duo puncta ⁊ duas lineas.coꝛp⁹ ſex:qꝛ duo pūcta:duas lineas:⁊ duas ſupficies.

¶ Praeterea.ſi eſſe ſimul tempoꝛe ⁊ neqꝫ pri⁹ neqꝫ poſterius ſit eſſe ⁊ in eodem nunc: ea ſane quae ante mille ānos ſunt facta: ſimul erūt his quae hodie teꝫuntur ⁊ neqꝫ prius quicqꝫ alio neqꝫ poſterius erit.

¶ Secundo arguit.ſi eſſe ſimul tempoꝛe.hoc eſt neqꝫ pri⁹ neqꝫ poſterius ſit eſſe ⁊ in eodem nunc: ea quę ante mille annos ſunt facta: ſimul erunt his quę hodie teꝫūtur atqꝫ ſiunt:⁊ neqꝫ prius quicqꝫ alio:neqꝫ poſterius erit. quoniā omnia erunt in vno eodemqꝫ nunc. ¶ Quęrunt iunioꝛes vtrum hęc propoſitio de ſecundo adiacente.eſt temp⁹.ſit vera:⁊ videtur ꝙ non per rationes Ariſt. Tum primo q2 ipſius nulla pars eſt. Tum ſecundo. quia diuiſibile nō eſt niſi aliquę partes:aut omnes ſint. ¶ Soluūt iunioꝛes ꝙ ſecus eſt in permanentib⁹.ſecus autem in ſucceſſiuis. permanēs enim eſſe nō poteſt: niſi omnes: aut aliquę partes ſimul ſint. at ſucceſſiuū eſſe poteſt dato ꝙ ſolum illius aliquid:ſiue pars:ſiue terminus partis ſit.⁊ ſic eſt in tempoꝛe.eſt enim ipſius: qui illius momentū: ſiue nunc: ſiue inſtans eſt. ¶ Sed contra hęc dubitatur.⁊ facio hanc ꝓpoſitionē de ſecūdo adiacēte.eſt tempus: ⁊ quęro.ille terminus tēpus pro quo ſupponit: aut pro ipſo diuiſibili tempoꝛe:aut pro ipſo nunc.Si pro ipſo diuiſibili tempoꝛe. igitur non tñ tempus erit:quia illius terminus eſt: ſed quia pars aliqua eſt. nō pro termino poteſt ſupponere:quoniā terminus cōmunis non poteſt ſupponere:niſi pro ſuppoſitis in ſuppoſitione perſonali: vt dicūt ſoꝛticule. modo ipſū nunc non eſt ſuppoſituʒ temporis. igitur omnino opoꝛtet vt ſupponat pro tempoꝛe. ¶ Dici pōt iuxta iunioꝛes ꝙ

tum eſt quādo aliquid illius eſt. in permanentibꝰ quidē quādo pars illiꝰ aliqua eſt. in ſucceſſiuis quādo pars ant aliqd partis. nō enim prius eſſe poteſt alicuiꝰ totius aliqd quin ſit ipſius. Tunc dicerent ꝙ ille terminꝰ tempus ſupponeret pro tempore ⁊ diuiduo: cuiꝰ quidē partes nō ſunt ſimul: ſed aliqd partium eſt ſimul. ⁊ hoc ſufficit. Sūt qui dicunt ꝙ hec propoſitio eſt tempus eſt res animę. modo apud animā. tempus eſt. ſm numerū partiū. vt eniꝫ tempus intelligitur partes eius habent eſſe pręſens ſaltē obiectiue: veluti numerus quidā rei numeratę: vt Auer. ait. cōmēto. 99. huiꝰ quarti. ⁊ tunc cōcederent ꝙ tempꝰ ⁊ partes ſint: vt habent eſſe cognitū.

Reſponſio alia.

Diminuno rñſionis.

¶ Sed hęc reſponſio tollit tempus reale. ⁊ ſi poſſit euadere de tempore: eadē queſtio fiet de motu: qui eſt res ſenſilis: ideo opportet venire omnino ad illud qđ dictuꝫ eſt.

Queſtio ſcđa de inſtanti.

¶ Scđo. querunt de ipſo nūc vtrū ſit corruptibile: ⁊ videt̄ ꝙ nō. per ratiōes Ariſt. in littera. Iuniores eniꝫ cōueniūt ꝙ ipſa nūc nō generantur: nec corrumpunt̄ reali ⁊ ꝓpria generatione: vt dicitur 3. metaphy. ꝙ quędā ſunt quę quādoqꝫ ſunt quādoqꝫ nō ſunt ſine generatione ⁊ corruptione: vt indiuiſibilia. Secundo. cōcedunt ꝙ corrumpunt̄ ⁊ generant̄ accipiēdo generationē pro inceptione: corruptionē pro deſitione: tunc dicunt ꝙ exponēdo incipit per affirmationē de pręſenti: ⁊ deſinit ſimiliter. ipſuꝫ nūc deſinit ⁊ incipit in ſeipſo. hoc modo incipit. qꝛ nūc eſt ⁊ priꝰ nō erat. hoc modo etiā deſinit. qa nūc eſt ⁊ poſtea nō erit. modo hęc nō cōtradicunt.

Replica.

¶ Sed dices. ſi ipſuꝫ nūc deſinit vel incipit: igitur in aliqua menſura deſinit aut incipit. modo nō eſt poſſibile vt aliqd deſinat ⁊ incipiat: ⁊ ipm̄ ſit mēſura ſue deſitiōis aut inceptionis. Scđo. quero cū dicit̄. nūc eſt ⁊ imediate ante hoc nō fuit. quid demōſtrat̄ per ipſuꝫ nūc: aut ſeipſuꝫ: aut aliud. nō ſeipſuꝫ: qa tūc ipſuꝫ nūc corrumperet̄: ⁊ ipſuꝫ eēt mēſura corruptiōis. ¶ Dici pōt ad hęc per fundamentū Auic. ꝙ in his quę ſunt talia denominatiue: oportet venire ad aliqua talia per eſſentiā: vt qm̄ albus eſt paries albedine: ipſa albedo ſeipſa eſt alba. Tunc dico ꝙ qa oē qđ incipit ⁊ ďſinit: incipit ⁊ deſinit in aliquo: ſiue momēto: ſiue nūc: ſiue inſtāti. inſtās ſeipſo incipit ⁊ deſinit: vt albedo ſeipſa eſt alba. ⁊ ita id qđ alteriꝰ inceptionis eſt mēſura: ipſꝫ ſeipſo ſuę iceptiōis mēſura erit: ⁊ tu rńde ad formā.

¶ De his igit̄ quae tempori ipſi inſunt: tot ſint dubitata. Sed quid ſit tempus ⁊ quid ipſius natura: ſimiliter eſt obſcuꝝ: ⁊ ex his quae tradita inuenimus: ⁊ ex his quae adinuenientes pꝛius attingimus. Quidam nāqꝫ vniuerſi motum. quidā ſphaerā ipſaꝫ tp̄s eē cōtēdūt.

¶ Epylogat de qōnibꝰ dictis circa eē tp̄is: ſꝫ de definitiōe ipſius inquit. ſꝫ qd ſit tp̄s ⁊ qd ipſius nā an permanēs an ſucceſſiua. ſilr̄ eſt obſcurū duplici de cā: ⁊ ex his q̄ tradita īuenimꝰ a veteribꝰ: ⁊ ex his q̄ ꝑ noſipſos adinuenīētes attingimꝰ: qua duplici difficltate res ipſa reuocat̄ in dubiū. ⁊ explicat ṗmā cām. dicēs. qdā nāqꝫ vniuerſi motū. qdaꝫ ſphęrā ipſaꝫ tp̄s eē cōtēdūt. eſt aūt motꝰ vniuerſi ille: quē diurnuꝫ aſtronomi vocant. ſphęram vero primū mobile: quod illo motu mouetur.

¶ Sed conuerſionis etiā pars tempus quoddam eſt. non autem eſt conuerſio ipſa. pars enim conuerſionis id eſt quod elapſuꝫ eſt. cōuerſio autem non eſt.

¶ Cōtra obycit ṗmę poſitioni. ꝓ ſic. nulla ꝑs cōuerſionis eſt ꝯuerſio ipſa. oīs ꝑs ꝯuerſionis eſt tp̄s. igit̄ in 3ª figura tp̄s nō ē ꝯuerſio ipſa. declarat̄ maior. qꝛ ꝑs ꝯuerſiōis eſt ē illā qđ ē elapſuꝫ. cōuerſio aūt nō eſt elapſa.

¶ Adhuc ſi plures eēnt coeli: ſimiliter motus cuiuſqꝫ eorum tempus erit: quare plura tempora ſimul.

¶ Scđo arguit. ſi plures eēnt celi: ſiue mūdi: ſiue ṗma mobilia: vt ait Democritꝰ. motꝰ cuiuſqꝫ eoꝝ erit tp̄s. igit̄ plura erūt tp̄a iuxta numerū ṗmoꝝ motuū. aňs cōcedit Democritus. ꝯñs vō negat.

Quę auē roes commēto. 95.

¶ Auer. mouet ꝯ ſcđaꝫ rōnē dubitationē talē. In rōne Ariſ. accipit duo. vꝫ. ꝙ plures ſint celi: ⁊ ꝙ motꝰ ſit tp̄s. ⁊ infert. igit̄ plura erūt tp̄a. mō dicet cauillator. iſtud īpoſe eē plura tp̄a nō ſeq ad 2ᵃᵐ ꝓpōneꝫ. videlꝫ ꝙ motꝰ ṗmꝰ ſit tp̄s: ſꝫ ad ṗmā illi coaſſumptā. vꝫ. plures ſunt mūdi: ⁊ ita ſequit̄ ṗmā eē falſam: ⁊ nō ſcđam.

Dubita.

¶ Rńdet Auer. ⁊ ſupponit regulā illā. qcqd aňcedit ad aňs: aňcedit ad ꝯñs. vt qm̄ ſolē oriri aňcedit ad diē eē. iō antecedit ad oē qđ ſeqꝫ̄ diē eſſe: qꝛ igit̄ pluralitas mūdorū antecedit ad pluralitatē motuū: ⁊ hęc ad pluralitatem temporꝝ. igit̄ illa antecedit ad pluralitatē tēpoꝝ: ⁊ ita plura tēpora eē ſeqꝫ̄ ex hoc ꝙ tp̄s eſt reuolutio illa.

Rñſio

¶ Sed adhuc eſt dubitatio: qm̄ ſi pluralitas tēpoꝝ ſequit̄ pluralitatē motuū: quę ſequit̄ pluralitatē mūdoꝝ. igit̄ pluralitas temporꝝ ſequit̄ pluralitatē mundoꝝ: vt a pmo antecedente: ⁊ nō tantū pluralitatē motuū.

Replica.

¶ Dici pōt ꝙ pluralitas illa tempoꝝ nō ſequit̄ pluralitatē mundoꝝ per ſe: niſi qꝛ ad pluralitatē mundoꝝ ſequit̄ pluralitas motuuꝫ. ſignū eſt: qꝛ apud Democritū tenet̄ plures eſſe mūdos. nō aūt plura tēpora: ⁊ hoc qꝛ nō concedit motū eſſe tp̄s. ⁊ ita qꝛ pl̄alitas hęc tēpoꝝ ꝑ ſe ſequit̄ pl̄alitatē motuū: ꝑ accñs pl̄alitatē celoꝝ. iō ex impoſſibilitate ꝯñtis debemꝰ arguere impoſſibilitatē illius ad qđ per ſe ſequit̄: ⁊ nō illius ad qđ ſequit̄ per accidens.

Rñſio.

¶ Vñ eſt regula. ſi aliquod cōſequens eſt impoſſibile in aliqua bona conſequētia antecedens eſt impoſſibile ad qđ ipm̄ per ſe ſequit̄: ⁊ nō illud ad qđ ſequit̄ per accidēs.

Regula.

¶ Sed ꝯ ṗmā rōnē eſt dubitatio. Primo: qꝛ minor petit ꝑncipiū. ſumit. n. ꝙ omnis pars reuolutionis ſit tp̄s: mō hoc negarent: qꝛ vniuerſam reuolutionē tp̄s aiunt nō parteꝫ. Secūdo. nulla pars anni eſt annus. oīs pars anni eſt tp̄s. igit̄ tp̄s nō eſt annus. hęc ratio ſequit̄ ex modo arguendi eius.

Dubōnes ꝯ ṗmā rationem.

¶ Dici pōt ꝙ Ariſto. ſupponit partē tp̄is ⁊ cuiuſlibet illius qđ eſt tp̄s eſſe tp̄s: non petendo: ſed hac rōne: qꝛ toto tēpore menſurat̄ aliqs motus: ⁊ parte tp̄is pars aliqua motus. igit̄ totū eſt tempus: ⁊ pars eiꝰ ēt eſt tp̄s. Aliter parte tp̄is nō menſuraret̄ pars motꝰ.

Rñſiōes.

¶ Ad 2ᵐ dici pōt ꝯcedēdo illā particularē ſiue ideſinitā. tp̄s nō eſt annus. Ex hac nō ſequit̄ ꝙ annus non ſit tp̄s: qꝛ particularis negatiua nō cōuertit̄: etiā cū illa ſtat tp̄s eſſe annum. Sūt. n. ſubcōtrarię hę ſimul verę. tp̄s eſt annus. tp̄s nō eſt annus.

¶ Sed dubitāt iuniores. vtrū ſi ſint plures mūdi: ſint plura tp̄a nūero: ⁊ vr̄ ꝙ ſic: qꝛ multiplicato ſubiecto: opꝫ vt affectio ſiue accidens multiplicet̄.

Queſtio de tēporū multitudie

¶ Nouus expoſitor ex quo ⁊ Ioānes ⁊ alij acceperunt: vult ꝙ tp̄s pōt ad motū dicere duplicem habitudinē: aut affectiōis ad ſubm̄: aut mēſurę ad mēſurabile. dicit aūt ꝙ tp̄s vt affectio motꝰ: multiplicat̄ multiplicato motu: ⁊ mobili ṗmo. vt vero menſura eſt vnū vbiqꝫ: etiam ſi mundi eſſent infiniti.

Rñſio pᵒ

¶ Sed ꝯ dubitat̄ ṗmo tp̄s pro mēſura eſt accñs: ⁊ nō alteriꝰ a motu. igit̄ adhuc eſt in motu: ⁊ ita ſequitur vt priꝰ ꝙ plurificato motu plurificet̄ tp̄s. Scđo multiplicato vno ꝯuertibili reliquū opꝫ multiplicari per regulā. cōmēti. 93. ⁊ 97. huiꝰ. Sed tp̄s ꝯuertibile eſt cuꝫ motu tam vt mēſura q̄ vt paſſio. igit̄ vt priꝰ. Tertio ſi tp̄s eſſet vnū numero oīa eſſent ęqualis motus: qꝛ ęquali mēſura mēſurarent̄. Quarto qđ magis ſuſcipit aut minus non eſt vna numero menſura oīum mēſurabiliū. tp̄s aūt pōt eſſe

Dubōnes ꝯ rñſionē

Alia poſitio.

breue ⁊ longū: multū ⁊ paucū. ❡ Fortaſſe ꝑpter hęc nonnulli blacterones aſſerūt tps eſſe affectionē ſiue menſurā exterā motuū: ⁊ ita pōt eſſe vnū oīum motuū oīum mundoꝝ: atqꝫ totū in toto ⁊ oībus mūdis. Que poſitio delira eſt: cū Ariſto. tps ponat motus ꝑmi paſſionē. ❡ Pōt igit̃ nouꝰ expoſitor defendi ꝙ tps pōt vno mō ſumi pro mēſurabilitate: q̄ motꝰ eſt mēſurari aptꝰ: ⁊ hoc mō multiplicatur cū motu. 2°. ꝑ mēſura q̄ vtit̃ aīa in motuū mēſuratione. ⁊ ſic eſt vnū minimū motꝰ cęli: qḋ aīa ſumit vt mēſura oīuꝫ: vt granū in ponderibꝰ. ⁊ ſic eſt vnū nuō oīuꝫ mēſurabiliū: nō variabile niſi ſm̄ multū ⁊ paucū: vt vnū ē granū oīuꝫ ponderationū. qḋ qdē eſt vnū nō rōne ſubiecti: puta motus: ſꝫ rōne aīę mēſurātis in qua eſt vt obiectū. 3°. ꝑ actuali motꝰ mēſuratiōe. ⁊ ſic ſunt diuerſa tpa: vt diuerſi motꝰ et diuerſę aīę mēſuratiōes: quibꝰ ad argumēta pꝫ ſolō.

Confutatio.

Defenſio

❡ Uniuerſi autem ſphaeram aliqui eo putauerunt eē tēpus: quia ⁊ in tempore cuncta ſunt: ⁊ in vniuerſi ſphaera. Sed hoc dictū eſt adeo ſtultū vt ſupſit de ipſo abſurda cōſiderare.

❡ Scḋa poſitio erat ꝙ tps ſit ſphęra ipſa ꝑma. ⁊ hęc ꝑſuadebat̃ ſic. cūcta ſunt in tpe. cūcta ſunt in ſphęra. igit̃ ſphęra eſt tps: cui obijcit Ariſt. dicēs. Sꝫ hoc dictū eſt adeo ſtultū vt ſupſit de ipſo abſurda ꝯſiderari. ❡ Auer. reddit cāz q̄re eſt ſtulta: ⁊ ſunt duę. pꝰ. qa ęquocat de eē in. nā in cęlo ſunt oīa vt in loco: in tpe vō ſūt oīa vt in mēſura. 2° qꝛ eſt ex duabꝰ affirmatiuis in ſcḋa figura: ſꝫ hęc vr̃ in 3ª figura: cū ſit bis ſubꝫ. Dici pōt ꝙ dꝫ ſic formari. in ſphęra ſūt oīa corpa mūdi. in tpe ſt̄ oīa corpa mūdi. igr̃ tps ē ſphęra: vbi pꝫ ſyllogiſmū eē in 2ª figura ex duabꝰ affirmatiuis.

Que auē roes commēto.94

❡ Cum autem motus quidam: atqꝫ mutatio quaedam tempus maxime eſſe videtur. Illud an ſit conſiderandum eſt. Mutatio igitur cuiuſqꝫ atqꝫ motus: in ipſo eſt. quod mutat̃ dūtaxat: aut vbi eſt ipſum quod mouetur ⁊ mutatur. at tempus vbiqꝫ eſt ⁊ penes oīa.

❡ Proponit ꝯſiderationē de tpe: ⁊ ꝑ an ſit motꝰ. nā maxie vr̃ tps ipm motꝰ eē: ⁊ arguit ꝙ nō ſit motꝰ ſic. motꝰ oīs eſt in determinato mobili: aut determinato loco: vbi eſt ipm mobile: ſꝫ tps eſt vbiqꝫ: ⁊ apud oīa. igit̃ tps nō ē motꝰ. maior pꝫ. alteratio eſt in determiato mobili. qḋ eſt ī determinato loco. ſilr̃ auctio ⁊ latio ipſa. ❡ Uidet̃ aūt tps maxie eē motꝰ: vt dicit Auer. qꝛ tps intelligi nō pōt ſine motu: et qꝛ multotiēs extimat̃ illḋ qḋ ſequit̃ rē ſit ipſa res. ❡ Sꝫ dices quō pōt ipm tps eē vnū nuō: ❡ Ad hoc dixīmꝰ ſupra: ꝙ motꝰ cęli ſiue minimū illius motꝰ pōt ab aīa accipi vt tps: qꝛ vt mēſura oīuꝫ motuū ſaltē ꝑ replicationē: velut granū eſt mēſura reſpectu aīę: nō abſolute. ⁊ tūc tps vt mēſura eſt vnū nuō apud aīaꝫ: vt mēſuratio multiplicat̃ ꝑ nuō aīaꝝ: vt motꝰ ſiue motꝰ affectio: multiplicat̃ ꝑ nuō motuū: vel vt vlna eſt lignū ⁊ vlna. ſic motꝰ cęli eſt tps ⁊ motꝰ. Tps qdē vt inſtitutū ab aīa pro menſuratione oīuꝫ motuū. Motus vero vt abſolute eſt in re.

Que auē roes commēto.95. Dubium.

❡ Adhuc mutatio quidem omnis velocior ⁊ tardior eſt. tempus vero non eſt. tardum eniꝫ ⁊ velox tempore definitur. nam velox eſt qḋ in breui tempore magnum. tarduꝫ vero quod in longo paruum ſpacium tranſit. at tempus neqꝫ quo quantum quoddā eſt: neqꝫ quo quale tempore definitur. tēpus igitur non eſſe motum perſpicuū: atqꝫ nihil nobis in praeſentiaꝝ interſit vti aut motu aut mutatione.

❡ Scḋo arguit. oīs motꝰ eſt velox: aut tardus. tps nō ē velox: aut tardū. igit̃ tps nō eſt motꝰ. mīor pꝫ. qꝛ velox ⁊ tardū tpe definiunt̃: vt exēplo oñdit. tps vō neqꝫ quatenꝰ q̄tū: neqꝫ quatenꝰ quale tpe definit̃. igr̃ nō eſt velox: aut tardū. Deīde epylogat addēs ꝙ in ꝑpoſito vſus eſt noīe motus large ꝑ motu ⁊ mutatiōe. ❡ Auer. ait. ꝙ Ariſto. dixit tps neqꝫ ſm̄ ꝙ q̄tū neqꝫ ſm̄ ꝙ q̄le definiri ꝑ tps: non ꝙ tps ſit q̄le: cū ſit ſolū q̄tū: ſꝫ ſi eēt q̄tū ⁊ q̄le: nō definiret̃ ꝑ tps: ⁊ ita dictū Ariſt. eſt verū hypothetice.

Que auē roes commēto 96.

❡ Uerum non ſine mutatione eſſe videtur. nā cum ipſi nihil mente mutamur: aut mutatos eſſe noſipſos latet: nō videtur nobis tempus fuiſſe: quemadmodum neqꝫ his qui in ſardo fabulantur dormire apud heroas: cū experrecti eſſent. copulabant enim ipſum nunc priꝰ ipſi nunc poſteriori: vnumqꝫ faciebant tempꝰ medium ob ſenſuū occupationes excipientes. Ut igitur ſi non aliud atqꝫ aliud: ſed vnū idēqꝫ nunc eſſet: tempus ſane non eſſet. Sic ⁊ cū latet aliud atqꝫ aliud eſſe: ipſum tempus intermedium eſſe non videtur. Si igitur tunc nullum tempus eſſe nos arbitremur: contingit: cum nullam definimus mutationem. Sed in vno atqꝫ indiuiduo anima ipſa manere videt̃. cum autem ſenſerimus definierimuſqꝫ mutationem: tunc tempus fuiſſe dicimus: perſpicuum ſine motu atqꝫ mutatione tempus non eſſe. patet igitur neqꝫ motū eſſe neqꝫ abſqꝫ motu eſſe tempus.

❡ Hactenꝰ ꝙ tps neqꝫ cęlū ſit: nec cęli ꝑmꝰ motꝰ: hoīs rōnibus ꝑſuaſit nūc ꝙ ſine motu eē nō poſſit. ſic ſuadet. qḋ ſine motu: aut ſentiri: aut ītelligi nō pōt: ſine motu eē non poterit: ſꝫ tps ſine motu: aut ſentiri aut intelligi nō pōt. igr̃ tps ſine motu eē nō pōt. minorē ꝑbat exēplo dormientiū apud ſardū: q cū nō perceperint motū ab initio in ſinē ſuę dormitiōis: nec tps ꝑcipe poterāt. Inquit. vex nō ſine mutatiōe ſine motu eē vr̃ tps ipſuꝫ. nā cū ipſi nihil mēte mutamur: aut mutatos eē noſipſos nō aduertimꝰ: ſiue latet: nō vr̃ tps nobis fuiſſe. hęc vr̃ minor. ꝑbat exēplū. inquit. quēadmodū neqꝫ his tps fuiſſe vr̃: q apud ſardū aſſeruerūt dormiſſe fabulant̃ apud heroas: ſiue deos: cū experrecti atqꝫ expgefacti eēnt. copulabāt. n. ipm nūc priꝰ in quo cęperāt dormire ipſi nūc poſteriori: in quo dormire deſierunt: vnūqꝫ faciebāt tps mediū ob ſenſuū occupationē: nō excipiētes. hęc minoris ꝑbatio. ❡ Aiaduerte ꝙ gentiles aīas eoꝝ q aliqd in vita magni ſuggeſſerint heroas. hoc ē deos faciebāt: vt ſaturni: bachi: iouis: ⁊ cęteras cęteroꝝ aīas: q̄rū apud poetas mētio eſt: apud q̄s pꝰſtatiōibꝰ (vt ferūt) aliq obſtupidi reddebant̃: quos vulgus dormire putabat. hi cū excitarent̃ miracla ſe vidiſſe aſſerebāt: ⁊ ꝑſagia multa vulgo faciebāt. hoꝝ nūc meminit Ariſt. qbꝰ ꝑpōnis minoris approbationē facit. Deīde partim epylogādo rōnē partim cōfirmādo. inquit. ſi igit̃ nō aliḋ atqꝫ aliud: ſꝫ vnū idēqꝫ nūc eēt: tps ſane nō eēt: qꝛ nō eēt ſucceſſio. ſic ⁊ cū latet aliḋ atqꝫ aliḋ eē: vt in ſōno: ipꝫ tps īermediū eē nō vr̃. hęc eſt q̄ſi approbatio exēpli: tūc q̄ſi epylogat rōnē. dicēs. ſi igit̃ tūc nullū tps eē nos arbitrari ꝯtingit: cū nullā definiuimꝰ mutationē: ſꝫ in vno indiuiduo aīa ipſa manere videtur: vtpote in vnū momēto. cū aūt ſenſerimus definieri

Dubiū 2' themiſti9. rium ſubſtātię nihil prohibet. ¶ Secūdo vř themiſtius
dubitare ꝙ ad ſubſtātiam ſit mot9:quia conuerſio ſubſtā-
tialis videť ꝓcedere de ſubiecto in ſubiectum.nam gene-
ratio animalis eſt de ſpermate ſiue ſemine ad animal:vbi
Solō themiſtij p9. patet ſemen ⁊ animal eē ſubiectum qđdā. ¶ Videť the-
miſtius dupliť ſoluere.pᷓmo aſſerit hanc conuerſionem eē
per accidēs de ſubiecto in ſubiectum:per ſe aūt de ente in
potētia ad ens actu.id enim qđ ꝯuertiť.nec eſt ſemen:nec
animal:ſed ſubiectum vtriqꝫ.hoc enim proprie conuertiť.
2ª ſolō. ¶ Secūdo ſoluit ꝙ dato ꝙ eēt talis cōuerſio de ſubiecto
in ſubiectū:non ꝓpterea erit mot9:qꝛ omnis motus eſt de
contrario in contrarium.modo ſemen ⁊ animal non ſunt
Que auer. cōmē. 10. contraria. Hec themiſti9:⁊ perite. ¶ Mouet aūt auerroes
hic qſtionem:qꝛ Ariſto.hic aperte ait ſubſtātię nihil eē cō-
trarium. At in ſecūdo de generatione textu cōmēti.48.di-
cit aerem ⁊ ignem contraria eē terrę:⁊ aquę.terram qdem
aeri. Igni vero aquā contrariam eē aſſerit. Hanc etiā quę-
ſtionem mouet themiſtius etiam:ē quo auerroes accepit:
Solō alexādri. vt pꝫ. ¶ Reſpōdit alexander vt narrauit auerroes ⁊ the-
miſtius:⁊ conceſſit ſubſtātię ſimplici ęlemētarię eē ſubſtā-
tiam contrariam:non qdeꝫ ſm ſubiectum:ſed ſm formā.
Et hoc pro tanto:qꝛ voluit qualitates ęlemētorum eē for-
mas ſubſtātiales illoꝝ:veluti frigiditatem aquę:caliditatem
⁊ itē igni:⁊ humiditatem aeri:atqꝫ ſiccitatem terrę.mo-
do pꝫ frigiditatem eē contrariam caliditati:⁊ humiditatē
ſiccitati. Et hoc modo loquiť in libro de generatiōe Ariſt.
hic vero ⁊ in pᷓdicamētis loquiť de ſubſtātijs compoſitis:
Obōnes. Prima ſiue mixtis. Hꝫ enim nullo pacto ꝯrarię eē pñt. ¶ Obij-
cit aūt auerroes.pᷓmo:qꝛ nō videť ſufficere qđ dicit alexā-
der. ¶ Dicebat enim ſubſtātię nihil eſſe contrarium quo
ad ſubiectum:nihil tamen prohibere eſſe aliquid cōtrariū
ſm formam. Obijcit huic per hoc:qꝛ tūc in ſubſtantia ſim
plici poſſet eſſe mot9:qꝛ illi eſt aliqđ contrariū ſm formaꝫ:
modo ad hoc ꝙ ad aliqđ ſit mot9:ſufficit vt illi ſit contra-
rium ſm formam:⁊ ita ſermo Ariſt.non eēt vniuerſalis in
omnib9 ſubſtātijs:ſed tm̄ in ſubſtātijs compoſitis. ¶ Se- Secūda.
cūdo.ſubſtātię ſimplices ſunt cōtrarię ſm qlitates.igitur
non per ſe atqꝫ ſm ſubſtātias.tenet cōſequētia:qꝛ contra-
rietas eſt oppoſitio inter aliq̄ per ſe.⁊ non per accidens:vt
dicit in pᷓdicamentis. ¶ Tertio.obijcit qꝛ nō videť quali Tertia.
tates eē ſubſtātias ęlemētoruꝫ. Proprietates enim ęlemē-
torum:non ſunt ſubſtātię ſiue ſubſtātiales formę elemēto-
rum.Sꝫ eiuſmodi qlitates ſunt ꝓprietates ęlemētorum.
igiť non ſubſtātię. Maior deduciť:qꝛ vt diciť primo hui9
qđ eſt accidēs vni9 impoſſibile eſt eē ſubſtātiam alterius.
⁊ ecōtra:qđ eſt accidēs alicui9 impoſſibile eſt eſſe ſubſtan-
tiam alterius.Sed qualitates hę ſunt accidētia mixtoꝝ.
igiť non poſſunt eē ſubſtātię ęlemētorum. ¶ Sed contra Replicę ꝯ auerroē.
auerroem obijceret aduerſarius:pᷓmo quia ęlementa defi- Prima.
niunť per tales qualitates.igiť tales qualitates ſūt ſubſtā- Secūda.
tię ęlemētorum. ¶ Secūdo.effect9 ſiue ꝓprietates cōtra-
rię proficiſcunť e cauſis contrarijs.Sꝫ qualitates ſunt ef-
fect9 ſeu ꝓprietates ęlemētorum contrarię.igiť ęlementa
ſunt cōtraria.⁊ hę ſunt replicę thomę cōtra auerroem hic. Solō.
¶ Ad hęc reſpōdet auerroes:⁊ ad pᷓmā dicit ęlemēta defi
niri per hęc:non qꝛ ſint ſubſtātię ęlemētorum:ſed ꝓpinq̄
ſubſtātię ęlemētorum.Et ꝓpterea vtimur illis loco diffe-
rētiarum ſubſtātialiū:maxime qꝛ differētię eēntiales ſunt
ignotę. At in ſubſtātijs cōpoſitis ſecus eſt.ſunt enim remo
tiora ab illis:⁊ ꝓpterea non cadūt in definitione illarum.
Ad ſecūdam reſpōdet affect9 contrarios non cauſas cōtra
rias:ſed diuerſas.Cōtrarietas enim in effectu nō arguit cō
trarietatem in cauſis:ſed differētiam:de quo ait eē cōſide- Sctdo pō
randum:ſed non hic:imo in metaphyſica. ¶ Alij ꝓbaue-
runt ad ſubſtātiam non eē contrarietatem:qꝛ ſi in ſubſtā-
tia eēt contrarietas:tūc ad ſubſtantiaꝫ eēt mot9.ſupponūt Obo aue.
cōſequētiam valere.Et cōſequēs eē aperte falſum. ¶ Cō-
tra obijcit auerroes:qꝛ licꝫ ſequať.ad ſubſtantiam non eſt
contrarietas:igiť ad ſubſtātiam non eſt mot9:non tamen
ſequiť.ſi ad ſubſtantiam eſt contrarietas:igiť motus.nam
ſiue ſubſtātię ponanť contrarię ſm formas:ſiue ſm ſubie-
cta:nullo modo pōt eſſe mot9 ad illas.ſi ponunť contrarię
ſm formas:videť ꝙ ad illas non ſit mot9:qꝛ ſubiectū eaꝝ
eſt ens in potētia.at ſubiectum mot9 debet eē ens in actu.
Si vō ponunť cōtrarię ſm ſubiectū:minime eſt mot9:imo
nulla penitus tranſmutatio.Cum enim īter aliqua eſt trāſ-
mutatio:opꝫ vt hēant vnum ſubiectū cōmune:qđ quidem
exiſtēs ſub vno erit in potētia ad aliud.modo ſi ſubſtātię
ſm materias ⁊ formas ſint contrarię:nullū erit vnū ſubie-
ctum cōmune.vnum enim contrarioꝝ non eſt ſubiectū
alterius:nec recipit ipſum: vt dicitur primo phyſicorum.
¶ Themiſtius vero concedit in ſubſtātia eſt cōtrarietas: Solō themiſtij.
igiť mot9.Et hoc quādo illa contraria ſunt apta īmediate
inter ſe trāſmutari.modo in ꝓpoſito non eſt ita:licet enim
ęlemēta ſint contraria:non tamē in illis eſt mot9:quia nō
īmediate:ſꝫ per media tranſmutanť.vt ignis in aquā:non Obōnes auerrois.
īmediate mutať:ſed mediāte aere. ¶ Obijcit autēꝫ auer-
roes huic poſitioni themiſtij primo qītuꝫ ad hoc qđ dixit
ignem non mutari in aquā:niſi mediante aere.nam Ariſt.
in ſecūdo de generatione probauit quodlibet ęlemētorum
⁊ quodlibet contrarioꝝ īmediate mutari in qđlibet. ¶ Se-
cūdo reꝑhendit illud qđ dixit conſequētiam.vꝫ.valere.in
ſubſtantijs eſt contrarietas per quā ſunt aptę īmmediate
mutari.igitur mot9.nam licet illa cōſequētia valeat nega-
tiue.vꝫ.in ſubſtātia non eſt cōtrarietas:igiť non eſt mot9.
non tamē ſequiť affirmatiue.vꝫ.in ſubſtātia eſt contrarie-
tas.igiť motus:vt patꝫ.nec ſm them:nec ſm alexandruꝫ.
¶ Ex his concludit auerroes ꝙ dicere in ſubſtātia eē con- Solō auer.
trarietatem nihil mali ſequiť:hoc eſt nullum emergit in-

poſſibile:niſi quatenus deſtruitur auctoritas Ariſt.ꝛ eius ratio:quę fundabaẜ in duobus.vꝫ.ꝙ in ſubſtātia nõ eſt cõtrarietas:ꝛ ꝙ motus eſt in contrarijs. ꝑpterea dicit ꝙ forte hęc ratio eſt topica atqꝫ famoſa:qꝛ demõſtratio eſt illa: quę dicta eſt.vꝫ.omnis tranſmutatio ad ſubſtātiam eſt generatio:vel corruptio.Sꝫ nec generatio nec corruptio eſt mot⁹:cum habeant ſubiectum ens in potētia:ꝛ mot⁹ reqrit ſubiectum ens in actu.hęc auerroes:per quę pꝫ ipſum nec affirmaſſe:nec negaſſe contrarietatem in ſubſtātijs.Solū enim diſputauit de conſequētia vtrum valeat.vꝫ.in ſubſtātia eſt contrarietas:igiẜ mot⁹.ꝛ voluit nõ valere:ꝛ adiecit rationem Ariſto.hic eſſe dialecticam.qꝛ vera ratio eſt aſſignata.dixit etiam cõſequētiam valere negatiue.vꝫ.in ſubſtantia non eſt contrarietas:igiẜ in ſubſtātia non eſt mot⁹. ecce quo modo de antecedēte nihil diſputauit.❡ Deinde

Solo auerrois ad queſtionem.

reſpõdet ad q̃ſtionē ꝛ vult elemēta eē contraria non quidem ſm ſubſtantias:ſed ſm qualitates:ꝛ hoc indicat Ar. in libro ſecũdo de generatione.d.ignem contrariari aquę ſm qđ contingit ſubſtantiam ſubſtātię eſſe cõtrariam:hoc eſt ſm qualitates:ꝛ non ſm ſubſtantias : cuius opionis videẜ alexander tum in libro de generatione tum in expoſitione ſua hic:quo auerroes letatur. ❡ Sed circa hęc quę auerroes dixit:primo videamus:vtrum valeat hęc conſequentia:in ſubſtātia eſt contrarietas:igitur motus.❡ Secũdo.videamus vtrū ea quę auerroes dixit aduerſus expoſitores:valeant.❡ Ad primam pace expoſitorum dixerim:videẜ mihi ad neutram partem poſſe eſſe demonſtrationem. Nam rationem mot⁹ nõ nulli nacti ſunt penes terminos.non nulli penes ſubiectū.❡ Qui rõnem mot⁹ nacti ſunt penes terminos:hi dixerunt motū eē mutationē ſolum inter terminos contrarios:ſiue ſubiectū ſit ens in actu:ſiue ens in potentia.Et ꝑpterea hi dixerūt conſequētiam valere.vꝫ.in ſubſtantia eſt contrarietas.igiẜ motus. quia ſola terminorum contrarietas ſufficit ad rõnem motus.verū qꝛ antecedēs eſt impoſſibile.qꝛ in ſolis accidentib⁹ reperiẜ ratio contrariorum:ꝑpterea ꝛ conſequens eſt impoſſibile.❡ Qui vero rõnē mot⁹ penes ſubiectū nacti ſunt:vt auerroes ꝛ alq̃:negarūt illam.dixerunt enim rõnē mot⁹ nãciſci penes ſubiectū:qꝛ voluerūt motum eē entis in actu.Mutationem vero entis in potētia:nulla ratione habita ad terminos.videẜ aũt hęc poſitio auerrois magis ad mentem Ariſt.primo:qꝛ Ariſt.penes ſubiectum definit motū ꝛ mutationem.Secũdo.qꝛ mot⁹ eſt accidēs.modo accidens rõnem nãciſciẜ a ſubiecto.Eſt enim ens:qꝛ entis. ❡ Sed tūc non parua emergit difficultas.nam Ariſt.tertio hui⁹:rõnem mot⁹ per ens in potētia quatenus in potētia definit:igiẜ mot⁹ non differt a mutatione penes ſubiectū.ambo enim ſunt entis in potētia vt in potētia. ❡ Dici poteſt ꝙ tam mot⁹ q̃ꝫ mutatio eſt entis in potētia : verum hęc eſt differētia:quia mot⁹ eſt per ſe entis in potētia:ꝛ cõcomitanter entis in actu.Mutatio vero eſt per ſe ꝛ concomitanter entis in potentia.veluti generatio ꝛ corruptio. ❡ Sed adhuc replicabis:quia iuxta hãc differētiam illuminatio ꝛ ſubitarię mutationes eēnt motus.qꝛ eēnt ſaltē concomitanter entis in actu:id enim qđ illuminaẜ:eſt.Ac hui⁹ contrarium ait Ariſt.contra parmenidem:vbi ſubitariam mutationem non motū:ſed mutationē eē dixit.vbi auerroes ꝑmo hui⁹.cõmēto.23.īngt quaſi opinaẜ ꝙ alteratio nõ ſit ſubito.❡ Defendi adhuc poteſt ꝙ mutatio:quã greci metabolen dicũt:non nunq̃ꝫ differt a motu penes rē. non nunq̃ꝫ penes modum.differt q̃dē penes rem:quoties penes ſubiectū differt.ꝛ hoc modo illuminatio ꝛ accidentales mutationes ſiue momentarię:ſiue temporarię ſint a ratione mot⁹ non differūt:modo omnes ſint entis in actu ſaltem cõcomitanter.ꝛ hoc modo loquiẜ Ariſt.in hoc ſecundo.differt vero penes modum:quoties mutatio momētaria:motus vero quē cineſim dicũt temporarius eſt.ꝛ hoc pacto loquiẜ primo hui⁹. Hęc pro auerroe ſatis probe dici poſſunt.❡ Et de poſſibilib⁹ expoſitorum grecorum agam⁹. Ubi animaduerte nonnullos dixiſſe alexandrum nunq̃ꝫ ita voluiſſe:vt ſibi auerroes attribuit.vꝫ.ꝙ qualitates primę ſint ſubſtātię elemētorum.ꝛ hui⁹ opionis eſt ioãnes gandauenſis.Primo.qꝛ in libro de ſenſu vbi alexander hanc protulit poſitionē:non categorice:ſed hypothetice loquiẜ. Secũdo.qꝛ per ſe notum omnib⁹ videẜ notum.modo hęc ꝓpoſitio.nulla qualitas eſt ſubſtātia:eſt per ſe nota.eſt enī īmediata:qua nulla eſt verior.Et ꝑpterea cõcludit alexãdrum velle qualitates non abſolute:ſed ex conditione eē ſubſtantias elemētorum.❡ Sꝫ hęc ioannis poſitio eſt temeraria:ꝑmo qꝛ verba illa quę narrat ipſe ex libro de ſenſu alexandri non perfecte legit.imo alexãder dubitãt ꝑ illa verba:ꝛ demū ſoluens categorice voluit qualitates primas eſſe formas elemētorum. Pręterea q̃cq̃d alexander in libro de ſenſu dixerit:nunq̃d vbiqꝫ idem voluerit.Auerroes enim aſſerit hic id qđ de alexãdro eſt dictum:eē narratum in expoſitione eius in libro de generatione.ꝛ in pręſenti loco:quę ioannes non vidit. Inſuꝑ etiã greci expoſitores vt themiſtius ꝛ ſimplicius illam poſitionem vbiqꝫ alexandro attribuerūt:qui melius libros alexandri reuoluerūt: q̃ꝫ ioãnes. ❡ Propterea q̃d voluerit alexãder:ego ignoro.ſunt tamē verba eius in bonū interꝑtanda.ꝛ licet multiplex eſſe poſſit verborum interꝑtatio:vt alibi protulimus:nunc videẜ eē dicēdum:formas ſubſtātiales elemētorum carere nomine.qua rõne nõ nulli a mot⁹ operatione grauitatem ꝛ leuitatem ſubſtātias elemētorum eē tradidere:vt videẜ auerroes quarto celi.non q̃dem ꝙ grauitas quę eſt accidens:ſit grauitas quę eſt ſubſtātia : ſꝫ equiuoce tñ.ſunt enim gñe differētes:ſolo noīe ꝯuenientes.nõ nulli vero ab actione formas nacti ſunt:ꝛ hoc modo qualitates dixerūt formas elemētorum:vt caliditatē ignis ſubſtātiam:humiditatem aeris:frigiditatē aquę:ſiccitatē terrę.non ꝙ caliditas quę eſt ſubſtantia:ſit caliditas quę eſt accidens.differūt enim re ꝛ genere:ꝛ ſolo nomine ꝯueniūt. ſed ꝑpter nominū carētiam ſic dixit alexander. Ex his apparet alexandrum non poſuiſſe idem ſubſtātiam vnius:ꝛ accidēs alterius:vt auerroes arguit.ſed bene idem nomē ſignificare in vno ſubſtātiam:in alio accidēs. Hęc pro alexandro.❡ Sed de põne themiſtij nõ parua ē q̃ſtio.videẜ enim ipſe velle inter q̃libet elemēta non eē īmediatã trãſmutationē:qꝛ dixit ignē in aquã conuerti non poſſe:niſi ſe prius in aerē verterit. Hoc aũt eſt exꝑſſe contra Ariſt.in ſecũdo de generatiõe:vbi aperte plurib⁹ rationib⁹ probauit q̃libet elementum:īmediate poſſe mutari in quodlibet. ❡ Pro defenſione igiẜ themiſtij videẜ mihi eē dicēdum pro modo:elemēta poſſe accipi vt ſunt in proprijs regionibus.ꝛ vt ſunt extra proprias regiones:vt q̃dē ſunt nõ proprijs in regionib⁹:ſic q̃libet elementum põt mutari īmediate in q̃libet:quia cuilibet poteſt applicari quodlibet: veluti aquę poteſt īmediate applicari ignis.ꝛ ita aqua põt immediate conuerti in ignem.vt patet in opere fabri:qui proijcit aquam in ignē:ꝛ ſtatim ignis creſcit:qđ nõ eēt:niſi aqua verſa eſſet in ignem.Si vero elementa ſumantur in proprijs regionibus:ſic ignis ſemper conuertitur in aerē ſibi vicinum:quia aer poteſt ſibi applicari:ꝛ celi conſtellatio quę procedit paulatine nõ conuertit ignem in aquam: niſi prius verterit illam in aerem.Et hoc pacto intelligit themiſtius:qđ auerroes ignorauit. Hęc de poſitiõe themiſtij:licet etiam alijs modis defendi poſſit.

❡ Neqꝫ īſuper in his quae ſunt ad aliquid. Al-

Margin notes (left column): Dubiõnes circa dcã p⁹ auer. Secũda. — Solo primę dã. — Prĩa põ. — Poſitio auerrois. — Replica. — Solo. — Replica. — Solutio.

Margin notes (right column): Solo ſcõe õ põe alexandri. ꝑ oſtẽo eoꝛum. — Confutatio opinio nis ioan. — Opĩo pꝛ. — De põne themiſtij qo ꝯ themiſtium. — Defenſio themiſtij.

tero enim mutato: alterū mutari vere dici pōt. Quare ipſorum motus eſt per accidens.

Syllū themiſtij.

¶ Secūdo oſtendit ꝙ nō eſt motus ad relationem: ⁊ apud themiſtium rō ſic cōponit: oīs mot⁹ abſoluit̃ ſiue definit̃ per mutationem ⁊ ↄuerſionem rei que mouet̃. relationes ſine vlla mutatione ⁊ cōuerſione creant̃ ⁊ ꝑeunt. igit̃ motus in relation: h⁹ nō pōt conſtitui. ¶ Auerroes vero parū differēs a themiſtio format rōnem ſic: nihil qḋ mouet̃ geſcit. omne qḋ relationē nāciſcit̃ ⁊ fit relatiuū: geſcit. igitur nihil qḋ relationē nāciſcit̃: ⁊ fit relatiuum: mouet̃. ⁊ ſic ad relationem non eſt motus. Minor ſyllī tam themiſtij: q̃ȝ auerrois ꝓbat̃ exemplo themiſtij de colūna: q̄ de dextro vertit̃ in ſiniſtrum: cum ſocrates locum mutat: nulla mutatione facta in colūna. Et ſi dicit̃ quonaȝ modo pōt nouū aliqḋ alicui addi nulla mutatione facta in illo? Reſpōdēt Ariſt. themiſtius: ⁊ auerroes relationē effici de nouo in aliquo. verbi grā. in colūna: ſaltem mutatiōe facta per accidēs in illa: ⁊ ita vult ad relationē eē motuȝ per accidēs. Et ſi dicas mot⁹ per accidens eſt ad relationeȝ in colūna: ⁊ ad relationem in ſocrate: vtrū eodē modo per accñs in vtroqȝ? Reſpōdet auerroes vtrāqȝ relationem acqri per accidēs a motu: ſed aliter atqȝ aliter. nam relatio facta de nouo in colūna acqrit̃ per accidēs in illa: nulla mutatione penitus facta in colūna: imo colūna oīo geſcēte. relatio vero facta de nouo in ſocrate acqrit̃ de nouo in ipſo per accidens mutatione per ſe facta ad locum. eſt enim latio ſocratis per ſe ad locum: per accidēs ad relationē. Ubi debes ſcire ꝙ vn⁹ mot⁹ pōt eē per ſe ad vnū terminū: ⁊ per accidēs ad aliuȝ: verbi grā: latio qua ſocrates ſe trāſfert de dextro in ſiniſtrū per ſe eſt in locum: vt in terminū primum ⁊ per ſe: per accidēs in relationem nouiter factā in ſocrate: ⁊ in relationeȝ factaȝ in colūna. ⁊ licȝ ad vtrāqȝ relationē latio qua ſocrates mutat locū terminet̃ per accidēs: nō tamē eodem mō. Ad relationē qdem factam in ſocrate terminat̃ ꝑ accidēs ꝑmo ⁊ imediate. Ad relationē vo factam in colūna: terminat̃ per accñs ſecūdo ⁊ mediate. Et hoc voluit dicere auerroes: dum dixit relationē colūnę fieri nō per motū: ſȝ per quietem: quatenus eſt terminus remot⁹ lationis ſocratis. Hec auerroes.

qḋ ſit ad relōnē nō motus.

¶ Querūt vtruȝ relatio poſſit acqri alicui vel attribui alicui nulla mutatione facta in illo. Et videt̃ ꝙ nō: qꝛ relatio eſt forma ꝑdicamentalis: igit̃ non pōt de nouo attribui alicui non facta ſaltem mutatione formali.

pō grecorū cineſis metabole ⁊ eteroſis.

¶ Propter hoc argumētum greci fecerūt differētiaȝ iter motū: quē cineſim dicūt: ⁊ mutationem: quā metabolen: ⁊ variationē: quā eteroſin vocāt. voluēt igit̃ nō poſſe nouam relationē attribui alicui ſine eteroſi hoc eſt ſine variatione facta in ſe: ⁊ in alio: bñ tamē fieri pōt ſine mutatione ⁊ ſine motu. Et hoc qꝛ tam mot⁹: q̃ȝ mutatio addūt formā abſolutam nouiter. Eteroſis vero eſt oīs additio: ſiue ſit formę abſolutę: ſiue reſpectiuę: modo ſit aduēt⁹ formę ꝑdicamētalis. Hec poſitio eſt credēda fortaſſe pro tanto: qꝛ Ariſto. in libro de generatiōe ⁊ alibi aperte dicit generationē eſſe ſimplr: ⁊ ſm qd: ⁊ vult generationē ſimplr nō fieri niſi in ſubſtātia: gnātionē vero ſȝ qd nō modo reperiri in ſubſtātia: ſed in omnib⁹ ꝑdicamētis: ⁊ ita videt̃ gnātionē eſſe in relationē ſaltem ſm qd. Modo hęc generatio ſm qd: quę eſt in relatiōe: cuȝ apud Ariſt. hic nec dicat̃ cineſis hoc eſt mot⁹: nec metabola hoc eſt mutatio: nō videt̃ poſſe dici niſi eteroſis hoc eſt acqſitio vel variatio.

Opīo ſco ti i li. 2. di ſtinctione p⁹ q̄e. 5. Reductō ſcē poīs ad ꝑmaȝ.

¶ Luculiati vero dicūt ꝙ licȝ ad relationē nō ſit mutatio nec mot⁹ ad ſe: eſt tamē mot⁹: vel mutatio ad aliud. naȝ illud cui relatio aduenit: nō ad ſe: ſed ad aliud mutat̃. ¶ Sȝ hęc poſitio videtur cōcidere in illam grecorum: qꝛ hec cōcedit in ipſa relatione eſſe ſaltem mutationem reſpectiuam: hāc greci dixerunt eteroſim: quę eſt qualis variatio: modo per ipſam forma ꝑdicamētalis acquirat̃.

Pō expo.

¶ Expoſitor vult triplicē eē relationē: alia qdē eſt ex ꝑte vtriuſqȝ extremi ꝑcipit̃ rōnis: vt identitas. qdam ex ꝑte vnius extremi eſt relatio rōnis. ex ꝑte alterius eſt relatio extra aiaȝ: vt dextreitas in colūna: ⁊ relatio ſcibilis ad ſciētiam. Alia ex ꝑte vtriuſqȝ extremi extra aiam vt equalitas: quū de nouo quātitas variat̃ in vtroqȝ. vel ſimilitudo: quādo qualitas acqrit̃ de nouo vtriqȝ. Tūc vult expoſitor relationē ꝑmo modo poſſe acqri nulla mutatiōe penitus facta in aliquo: qꝛ eſt a mēte cōſiderāte ⁊ vtente vno vt duobus. relationem vero ſecūdo modo ait acqri per mutationē qdem realem factam in altero correlatiuo. Mutat̃ enim ſocrates per ſe in loco: licet colūna qeſcat. relationem aūt tertio modo vult (licet non dicat) fieri de nouo mediāte mutatiōe facta in vtroqȝ: licȝ per accidēs in relatiōe. Qꝛ vo relatio ſecūdo modo ex ꝑte extremi: cui⁹ eſt relatio rōis: nō acqrat̃ per mutationē: declarat per hoc: qꝛ nihil vlterius aduenit vltra fundamētū: qḋ eſt velut radix oīs relatiōis.

q̄ egidi⁹.

¶ Nouus aūt expoſitor probat hoc pro tāto: qꝛ in illa nō eſt facta noua compōſitio. qḋ qdem in idem cōcidit.

Reductio tertię poſitiōis in ꝑmam.

¶ Et videt̃ hęc poſitio reduci in illam grecoꝝ: hęc enim ↄcedit mutationē fieri in relatiōnē: nō qdem vt in formam abſolutam: ſȝ vt in formam reſpectiuam: ⁊ hoc eſt nō fieri mutationē: vel motū: ſȝ eteroſim hoc eſt mutationem reſpectiuam. Nam licet vltra colūnā nihil noui addat̃: abſoluti: bene noui gequā addit̃ per itellectum ſaltem reſpectiui: quo colūna eteroſim ſubeat: licȝ nec motū: nec mutationem.

pō ioānis

¶ Ioānes vero vt videat̃ noua dicere ait relationem bñ poſſe alicui attribui tanq̄ȝ termino nulla penit⁹ mutatiōe facta in ipſo. vt de colūna dr: ⁊ alijs multis. ait tamē aliquā relationem nō poſſe de nouo alicui attribui vti ſubiecto: niſi mediāte aliqua trāſmutatione facta in illo. q̄ poſitio eſt vt diximus eadem cum exterioribus. nō enī effici pōt vt a. ſit nouus termin⁹ relatiōis b. ⁊ nō ſit de nouo relatiuum: aut ſm rōnem: aut ſm rem. ⁊ ſic in idem ↄcidit. Hęc poſſunt dici. ⁊ vt mihi videt̃: ſatis explicate. Captiones captiunculatoꝝ omitto. Pręterea etiā illam q̄ſtionem. ſi relatio ſit idem qḋ fundamētum: cū nō ſit perhipatetica: nec digna phō: qui rerum naturā ſcrutat̃. Hęc ad perhipateticos.

¶ Praeterea etiam neqȝ agentis atqȝ patiētis mot⁹ eſt. neqȝ cuiuſlibet ei⁹ qḋ mouet̃: ac mouentis. qꝛ mot⁹ nō eſt mot⁹ neqȝ generationis generatio: neqȝ oīno mutationis mutatio.

R explica. tō oīa.

¶ Probat nunc Ariſt. ꝙ nec ad actionem: nec ad paſſionē eſt motus. Et hoc Ariſt. proponit. d. ꝑterea etiam neqȝ agētis: atqȝ patientis motus eſt. Hęc videt̃ concluſio. ¶ Et ſi dicas. ad ignem eſt mot⁹: ignis eſt agēs: vel patiens. igit̃ agentis vel patientis eſt motus: dici poteſt eſſe textum ſic legēdum ꝙ neqȝ agentis quatenus agens: neqȝ patientis quatenus patiens eſt motus: qḋ eſt dicere nec ad actioneȝ: nec ad paſſionem eē motum. Hęc de cōcluſione.

ꝑma expō the. auer. expoſitoꝝ

¶ Illam vero partem. neqȝ cuiuſlibet: themiſtius ⁊ auerroes: ⁊ latini expoſitores volunt eē pręmiſſam: ⁊ tunc ſyllogiſm⁹ eſt: neqȝ ad mouere: neqȝ ad moueri eſt motus. agere eſt mouere. Pati autē eſt moueri. igitur nec ad agere: ned ad pati motus eſt. De ratione tangit maiorem: ⁊ eius declarationeȝ. d. neqȝ cuiuſlibet eius quod mouetur: ac mouētis: eſt motus. Hęc eſt maior apud themiſtium. Addit declarationem. d. quia motus non eſt motus: ⁊ exponit omnes ſpecies motus: ⁊ mutationis vt ampliaret maiorē. d. neqȝ generationis eſt generatio: neqȝ oīno mutatiōis mutatio. Hęc eſt maior: ⁊ maioris declaratio: atqȝ illius amplificatio. Hunc igitur in modū doctus themiſtius: ⁊ auerroes:

2ᵃ expō iunioꝝ. atqꝫ expoſitores locum intellexerūt. ¶ Alij iuniores par-
tem illam: non ꝓmiſſam: ſed cõcluſionem eē voluerunt. vt
ſint in textu tres cõcluſiones: ꝓma agentis ⁊ patientis nõ
eſt motꝰ. Secũda mobilis ⁊ mouētis nõ eſt motꝰ. Tertia
generationis ⁊ oĩno mutationis nõ eſt generatio nec muta-
tio. Hę tres concluſiones ꝓbant̃ per hoc: qꝛ ad motum nõ
eſt motꝰ. Si enim ad motũ non eſt motꝰ: ſequit̃ apud hos:
Dubĩ de ꝯñia. nec agentis: nec patientis: nec mobilis: nec mouētis: nec ge-
nerationis: nec omnino mutationis eē motum. ¶ Sꝫ quo
ꝓma ſolõ. nã modo valeat hęc ꝯſequentia: differũt. ¶ Alij nãqꝫ aiũt
illam tenere per locum a ſimili. qꝛ eadē eſt ratio quare ad
actionem ⁊ paſſionem non eſt motꝰ: ⁊ quare ad motum nõ
eſt motꝰ: nec oĩno ad mutationem eſt mutatio. qꝛ ea rõne
aliqͩ eſt terminꝰ vel ſubiectum motꝰ: quia per ſe ꝑmanet:
at põt eſſe ſub motu: ⁊ gēte motus. nũc aũt vt motꝰ ipſe nõ
ꝑmanet: ſed eſt ſucceſſiuum qd: ſic actio ⁊ paſſio: ⁊ oĩno mu-
tatio nõ ꝑmanet: ſed eſt qd ſucceſſiuũ. quare eadem eſt rõ
quare ad motũ nõ eſt motꝰ: ⁊ quare ad actionē ⁊ paſſionē:
Solõ ter-tie. ⁊ oĩno ipſaꝫ mutationē nõ eſt motus. ¶ Sꝫ hęc deductio
eſt dialectica: locus enim a ſimili eſt topicus. Et ita Ariſto.
Expoſitio ꝓpria. nõ demõſtratiue: ſed topice concluſionem demonſtraſſet.
¶ Meliꝰ igit̃ cum themiſtio ⁊ expoſitoribꝰ. Sylls enim
eſt: qꝛ agere eſt mouere: ⁊ pati moueri. ⁊ nõ ecõtra: in plus
enim eſt motꝰ ꝙ̃ actio: vel paſſio. ꝓmo de generatiõe. Silr
generatio ⁊ oĩno mutatio motꝰ eſt: ſaltē communiter. Et pro-
pterea ſylls Ariſt. eſt demonſtratiuus.

¶ Primum enim motus bifariam motus eſſe poteſt. aut vt ſubiecti: ceu homo mouet̃: qꝛ ex albo in nigrum mutat̃. Et motus ne ergo hoc pacto aut calefit: aut frigefit: aut mutat locuꝫ: aut increſcit: aut deſcreſcit. at hoc eſt impoſſibile. Mutatio namqꝫ ſubiectoruꝫ nullam rationem ſubit.

¶ Sumpſit in ſyllo dicto ipſius motꝰ nõ eſſe motum: nunc
ꝓbat iſtud: ⁊ ꝓmo exponit itellectuꝫ aſſumpti: ⁊ inqͭt. ꝓmũ
enim motꝰ bifariam motꝰ eē põt. aut vt ſubiecti: aut vt di-
cet̃ vt termini. vt ſubiecti qdeꝫ: ceu homo mouet̃: qꝛ ex al-
bo in nigrum mutat̃. Tunc petit. ⁊ motꝰ ne ergo hoc pacto
aut calefit: aut frigefit: aut mutat locũ: aut increſcit: aut de-
creſcit. Hęc igit̃ eſt qͣſtio vtrum motꝰ ſubyciat̃ motui: ita
vt motus aut calefiat: aut frigefiat: ⁊ hoc quo ad alteratio-
nem. aut mutat locum: ⁊ hoc quo ad lationeꝫ. aut icreſcat:
vel decreſcat: ⁊ hoc quo ad auctionem. refellit hunc itelle-
ctum: ⁊ inqͭt: at hoc eſt impoſle. Cuiꝰ rõnem adycit: ⁊ inqͭt:
Cõſidera-tio verboꝝ. mutatio nãqꝫ ſubiectorum nullã rõnē ſubit. ¶ Quo vero
pᵒ expõ. ad verba attinet: illa verba ⁊ motꝰ ne ergo nõ nulli faciũt
vim ſyllĩ: vt ita arguat Ariſt. ſi motꝰ eēt ſubiectum motus
tunc motus aut calefieret: aut frigefieret: aut aliqd id ge-
ꝯpa expõ nus pateretur. Ego vero verba illa vt fecit auerroes non
ad ſyllm refero. ſed ad expoſitionem diſtinctiõis: maxime
illius partis: quę diceret motuꝫ eſſe ſubiectum motus. Id
vero qͦd ad ſyllm eſt referēdum: eſt qꝛ mutatio nullã ſubie-
cti ſubit rõnem. qͦd qdem Ariſt. ſolo hoium conſenſu acce-
Dubĩ. pit: nec aliter ꝓbauit. Hęc quo ad verba ipſa. ¶ Sꝫ occur-
runt captiunculatores: qꝛ videt̃ motum localem poſſe eſſe
ſubiectum motꝰ alterationis. poteſt enim motꝰ localis eſſe
tardior: ⁊ velocior. modo tarditas ⁊ velocitas affectiones
ſunt: ꝑnes quas alteratio attendit̃. igit̃ motꝰ localis poteſt
Solõ. alterationi ſubyci. ¶ Dicũt non motum ipſum velociorē
eſſe vel tardiorem: ſꝫ mobile ipm recipere motum ſm ve-
locius: ⁊ tardius: veluti ſubiectum recipit qualitatē ſm re-
miſſum ⁊ intenſum: ⁊ nõ qualitas ipſa recipit intenſioneꝫ
⁊ remiſſionem. quę ſolo an vera ſit: ad ꝑſentē tractationeꝫ
nõ ſpectat ad amuſſim diſputare. Alibi enim diligētiſſime
diſputauimus. ¶ Animaduerſione dignũ Ariſt. accepiſſe: quē auer. comē. u.
vt per ſe notũ mutationem non poſſe ſubire rõnem ſubie-
cti vllam: auerroes vero hoc aliquãtulum declarat per h:
qꝛ ſubiectũ motꝰ põt eē ſubiectũ gētis. idem enim põt mo-
ueri ⁊ geſcere. at motꝰ geſcere nõ põt. qꝛ nullum contrariũ
recipit alterũ: igit̃ nec põt moueri. Hęc auerroes. ¶ The- ꝙ themi.
miſtius aũt ꝓbat illud etiaꝫ aliter: hoc. vꝫ. pacto: ꝙ ſi mo-
tus mouet̃: tunc in infinituꝫ abibit̃. qꝛ ſemꝑ motu eēt mo-
tus prior: ⁊ ſic in infinituꝫ. Hęc themiſtius. Ariſt. igit̃ acce-
pit illud vt per ſe notuꝫ. Themiſtius vero ⁊ auerroes de-
clararunt yſ' declarationibus. Thomas aũt ꝓbauit illud
per hoc: quia omne per ſe ſubiectũ eſt ſubſtantia per ſe ſub-
ſiſtens. cõſtat aũt mutationē ipſam nõ poſſe eē ſubiectũ.

¶ Aut quatenus aliqͦd aliud ſubiectum ex vna mutatiõis ſpē in aliã mutat̃. ceu homo ex morbo in ſanitatem.

¶ Hic tangit̃ ſecũdus intellectus: ⁊ ait ſecũdo modo poſſe
motum itelligi eē motꝰ: quatenus aliqͦd aliud ſubꝫ ex vna
mutationis ſpē in aliam mutat̃. Ceu homo ex morbo in ſa-
nitatem. Sic igit̃ ſecũdo modo intelligi põt vnius muta-
tionis eſſe mutationē vt terminum. ita. ſ. ꝙ aliqͦd ſubiectũ
moueat̃ ex vna ſpē mutationis in aliam ceu ex calefactio-
ne in frigefactionem aut in cõualeſcētiam: ita vt duę mu-
tationes intelligant̃ duo termini vnius mutationis: vela-
ti ſanitas ⁊ morbus intelligunt̃ termini vnius mutatiõis.
ſanitas quidem terminus ad quē. Morbus e quo. Hic eſt
ſecũdus intellectus dictę ꝓpoſitionis.

¶ At neqꝫ hoc fieri poteſt: niſi per accidēs. hic enim motus ex alia forma in aliaꝫ mutatio eſt. ⁊ generatio atqꝫ corruptio ſimili modo. verũ hae. qdem in ſic oppoſita fiunt. Motꝰ autem non ſimilr. Simul igit̃ ex ſanitate in morbum ⁊ ex hac ipſa mutatione in aliam mutabit̃. At cũ aegrotauerit: perſpicuuꝫ eſt non ad quãuis fore mutatũ. qeſcere nãqꝫ poteſt.

¶ Nũc ſm itellectum refellit: ⁊ ꝓbat fieri nõ poſſe vt vnꝰ
motus ſit terminus ad quē alterius motus. Et primo ſup-
ponit omneꝫ mutationē eē e quodã determinato in qͦdã
determinatum. licꝫ nõ eodem modo: nam generatio ⁊ cor-
ruptio eſt e priuatione determinata in formaꝫ determina-
tam. Motus aũt e forma determinata in formaꝫ determi-
natã. ⁊ hoc inqͭt: at neqꝫ hoc fieri põt: niſi per accñs. põt enĩ
generatio eē terminus alterationis: ſꝫ per accñs: quatenus
alteratio eſt diſpõ ꝑuia ad gnõneꝫ. Pręterea poteſt illumi-
natio eē terminus motꝰ localis corporis luminoſi: ſꝫ ꝑ acci-
dēs: quatenꝰ per motum localem fert̃ luminoſuꝫ ad locũ:
qͥ illuminat̃. Aut forte dr̃ ꝑ accidēs rõne ſubiecti: quatenꝰ.
vꝫ. idē ſubm eſt vtriuſqꝫ. Deinde ſumit ſuppõnem: ⁊ inqͭt:
hic enim motꝰ ſiue ſit latio: ſiue alteratio: ſiue auctio: ⁊ vlr
oĩs motꝰ ex qͣdã alia forma determinata in aliã determi-
natã mutatio eſt. ⁊ ſic de ꝯ̃rio in ꝯ̃riuꝫ determinatũ. ⁊ gnõ
atqꝫ corruptio ſilr ex quodã in qͦdã eſt. Addit tñ dr̃ĩaꝫ: qꝛ
hę duę. vꝫ. gnõ ⁊ corruptio ĩ ſic oppoſita fiũt. vꝫ. ꝯ̃dictorie:
vel ꝑuatiue oppoſita. Motꝰ aũt nõ ſilr: ſꝫ ex determinato
ꝯ̃rio in determinatũ ꝯ̃riuꝫ. Eſt igit̃ ſuppoſitio ꝙ oĩs motꝰ:
⁊ oĩs mutatio ex quodã determinato ĩ qͦdã determinatũ
fit. licet ſit aliq̃ dr̃ĩa: qꝛ motꝰ eſt de determinato ꝯ̃rio in de-
terminatum ꝯ̃rium. Mutatio vͦo de oppoſito determina-
to priuatiuo vel ꝯ̃dictorio in oppoſituꝫ determinatũ. Hac
ſuppõne ſtãte: arguit: ſi vnꝰ motꝰ eſt ꝑ ſe terminꝰ alterĩꝰ mo-
tus: tũc idē mobile ſimul ⁊ ſemel moueret̃ formis ꝯ̃rijs: ⁊

mutationib⁹ oppoſitis. Jnqt.ſimul igiť ex ſanitate in mor/bum: ⁊ ex hac ipſa mutatiōe in aliã mutabiť. Et ita termi/nis oppoſitis: ⁊ mutationib⁹ oppoſitis idē mutabiť ſimul ⁊ ſemel. Deſtruit ꝯñs: ⁊ inqt: at cũ aliquid ęgrotauerit: ꝑſpi/cuũ nō ad quãuis fore mutatũ: ſʒ ex vno termino in vnũ terminũ: ⁊ vnica tñ mutatiōe: ⁊ nō ꝗuis duaꝝ indifferen/ter. Et hᷓ ꝓbat. d. quieſcere nãqʒ pōt. vʒ. in medio oppoſita/rũ mutationũ. Jnter quaſlibet. n. duas mutationes oppo/ſitas ſemꝑ intercidit qes. ⁊ ita pʒ. idē nō poſſe ſimul ⁊ ſemel oppoſitis mutatiōib⁹ moueri. ℭ Sʒ tũc eſt dubitatio. quo

Dubiū.

nam mō valet. ſi vn⁹ mot⁹ eēt ꝑ ſe termin⁹ alteri⁹ motus: tũc idē mobile ſimul moueret motib⁹ oppoſitis. ℭ Et licʒ

Solutio.

hęc ꝯñs deduceť ab Ariſt. in octauo hui⁹: ꝓ mō dico ꝙ va/let ſupponēdo idem mobile ſimul ⁊ ſemel moueri motu ⁊ termino illius motus. Simul. n. ⁊ ſemel idem hō mouetur caleſactiōe ⁊ caliditate. Ex hoc ſeqť dicta ꝯñs. moueať hō motu egrotationis: cum per te ęgrotatio in ſanationeʒ ter/mineť: tũc ꝑ ſuppoſitionē idē homo ſimul ęgrotatiōe ⁊ ſa/natione mouebiť. qꝛ ſanatio poniť termin⁹ ęgrotationis.

Cōſidera/tio vboꝝ.

ℭ Quo vero ad vba grǫca attinet: debes ſcire ꝙ nō nulli codices textum hñt affirmatiuũ hoc pacto. at cum ęgrota/uerit ꝑſpicuũ eſt ad quãuis forę mutatũ: ⁊ pōt ſtare. nos vo legimus codices quoſdam veteres vbi inuenim⁹ textum negatiuũ: n: eo. vʒ. modo quo trãſtulim⁹. ⁊ ſic nulla eſt i lr̃a

que aver. cōmē. 12.

obſcuritas. tu vo ꝯſidera. ℭ Animaduerſione dignum ꝙ auerroes alr̃ declarauit illam ꝯñtiam. ſi vn⁹ mot⁹ eſt per ſe termin⁹ alterius mot⁹: tũc ideʒ mobile moueret ſimul mo/tib⁹ oppoſitis. voluit. n. hãc valere pro tãto: qꝛ ſi aliqḋ mo/bile trãſmutať ad aliquã trãſmutationē: tale mobile dum trãſmutať ad illam trãſmutationē: erit in illa: ⁊ ita ſimul erit in vtrãqʒ. vʒ. in illa qua trãſmutať: ⁊ in trãſmutatiōe:

Dubiū cir/ca aver. ꝺ/ductionē.

ad quã mutať. Hęc eſt ꝺductio auerrois. ℭ Sʒ occurreť. qꝛ lignum pōt mutari ad caliditatem: ⁊ nō eē calidũ ſiue ſub calore: vel ſaltem pōt mutari ad calorem ſũmum: ⁊ nō

Solo pro auerrois.

eē ſub ſũmo calore. ℭ Quicqd iuniores velint: dici pōt ꝑ modo alr̃ eē in re ſucceſſiua: alr̃ in re ꝑmanēte. Jn ſucceſſi/ua enim re qcqd hʒ ꝑtem mot⁹: hʒ motuʒ: ⁊ moueri diciť. Jn ꝑmanēte vo nō qcqd illius partē habʒ: illaʒ hr̃e diceť: niſi hēat illius pluſꝗ dimidiũ. Ex qͦ pʒ ſolo: cum. n. oē qḋ moueť: ꝑtim ſit in termino ad quē: ꝑtim in termio a quo: ſequiť: ſi aliquod mobile mouetur de vna tranſmutatione in aliam: ipſum habere quicquã illius: quę eſt in termino ad quem. ⁊ cum ſit res ſucceſſiua: dicitur hr̃e illam: ⁊ ſic patet deductio auerrois. Non autem erit ita de re perma/nente: non enim oportet habere calorem ſummum: ſi ha/bet aliquid illius.

ℭ Jnſuper etiam non in quãuis ſemꝑ: nam illa ex aliquo in aliquod aliud erit. quare ⁊ oppo/ſita ſanatio erit.

ℭ Videť expoſitoribus hęc quaſi ſecunda ratio: quam reʒ indicat verbum illud inſuper etiam: qḋ grǫce eſt καὶ ἔτι: ⁊ egidius differētiaʒ huius rationis ab illa aſſignat ex hoc

Jnterp̄ta/tio egidij.

qꝛ in hac reddiť cauſa eius: qḋ in prima fuit ſumptuʒ. ſup/poſitum enim erat in illa nullam tranſmutationeʒ fieri in terminum contingētem: hoc eſt non cõtrarium. Hic cã aſ/ſignať ex hoc: quia omnis tranſmutatio ex aliquo in aliqd

Confuta/tio.

erit. Sed hęc expoſitio friuola eſt. quia i dicta rōne cauſa hęc explicata eſt. Jn dãdo. n. differētiam inter motuʒ ⁊ ge/

ꝓpa expō

nerationem expꝛſſit cãm hanc. Jdeo videť mihi Ariſt. hic nō addere rōnem aliam: ſed addere ad cõcluſionē: quã in fine adiecit. Dixit enĩʒ at cũ ęgrotauerit: ꝑſpicuũ eſt nō ad ꝗuis fore mutatũ: qeſcere nãqʒ pōt. Huic ꝯcluſioni addit repetēdo id qḋ in rōne ſuppoſuit: ⁊ inqt: ⁊ inſup ꝑſpicuũ ſup/ple eſt nō in ꝗuis ſemꝑ. ſup. mutari id qḋ ęgrotat: nam vt dictũ eſt: illa ſupple ęgrotatio veluti ceterę mutationes ex aliquo i aliqḋ aliud erit. q̃re ⁊ oppoſita ſanatio erit: quę ſa/natio oppoſita erit ęgrotatiōi. ecce quomodo nec auerroes nec expoſitores locum hunc intellexerunt. cum non ſecũ/dam rationem hic addat Ariſtoteles: ſed quaſi ad conclu/ſioneʒ id repetit: quod prędixerat. quo vero ad verba grę/ca attinet: ver̃ſum illud nam. grǫce eſt καί: qḋ licʒ freque/ter veniat in nos pro ⁊. vel pro etiã: aut atqʒ: ⁊ id gen⁹: non nunꝗ vim hʒ ꝯfirmãtis: vt videť hoc in loco Ariſt. ſeruaſ/ſe. quare non iniuria ita tranſtulimus.

ℭ Verum per accidēs fieri pōt: veluti ſi e recor/datione in obliuionem quicquã muteť. quia id cui illud ineſt: interdum in ſcientiam: interduʒ in ſanitatem mutatur.

ℭ Soluit quaſi cauillum: quia videmus mutari animaʒ e recordatione ipſa in obliuionem. igitur vna mutatio pōt in aliam terminari. Reſpōdet igitur: ⁊ inquit verũ per ac/cidens fieri poteſt. ſupple vt idem de vna muteť tranſmu/tatiōe in aliã. veluti ſi e recordatiōe in obliuionē qcꝗ mu/teť. qꝛ id cui illud ieſt: interdũ i ſciaʒ interdũ i ſanitatē mu/tatur. ℭ Aiaduerſione dignum ꝙ vna mutatio poteſt du/pliciter in aliam terminari: interdum per ſe, quatenus vna mutatio diſponit pro alia: ceu alteratio pro generatiōe. Et latio pro illuminatiōe. Jnterdum per accidēs rōne ſubie/cti: quatenus idē ſubiectum pōt cõuerti in vtrũqʒ. ceu per accidens muſicum ędificat. Et hũc modum Ariſto. tetigit in littera. cuʒ enim aliquod ſubiectũ in fine cõualeſcentię dealbari icęperit: profecto conualeſcētia per ſe in ſanitatē per accidens in dealbationem terminabitur: qḋ qdem ra/tiōe ſubiecti proficiſciť: qḋ vtriſqʒ ſubeſt. ℭ Auerroes vo

que aver. com 12.

enitiť dare cauſam: quare vna tranſmutatio terminari nō poteſt in trãſmutationem oppoſitam: ⁊ ait hoc eē: qꝛ inter tranſmutationes oppoſitas omnes ſemꝑ mediat qes. Sʒ hęc auerrois cauſa ex qͦs quę in octauo aperientur: accu/rate diſputabiť: nũc aũt ſit nobis dictum in tñ.

ℭ Praeterea ſi fuerit mutatiōis mutatio: atqʒ generationis generatio: in īfinitũ abibiť. etiam ſi poſterior erit: prior ſit iaʒ neceſſe eſt. Velu/ti ſi ſimplex generatio iterdum fit: etiam id qḋ fit: fiebat. quare nōdum aliqd erit ſimplr geni/tum: ſed partim fit: partim etiam factũ erit iaʒ: qḋ qdem etiã rurſus aliquãdo fit. quare id qḋ fit: nō erit tũc. Cum autē īfinitorum primũ nul/lum ſit: non erit primum. quare neqʒ deince/ptiũ. igiť nec moueri nec mutari qcquã pōt.

ℭ Hic poniť ſcda rō: in qua ſumit duas hypotheticas: ꝑma eſt: ſi fuerit mutationis mutatio: atqʒ gnōnis gnō: in infini/tum abibiť: qꝛ pari rōne ſecũda gnō hebit aliam gnōnem: ⁊ ſic in īfinituʒ. Secũda eſt: ſi poſterior gnãtio eſt: prior ſit iam nece eſt. ꝓbat hanc ꝑ hoc: qꝛ niſi prior ſit: nunꝗ id qḋ generať: erit ꝑfecte gnãtum: qꝛ ſemꝑ deerit aliqd de regſi/tis: ſemꝑ enim deerit gnãtio gnãtionis: ⁊ ſic in īfinituʒ: ⁊ hᷓ ait veluti ſi ſimplex gnãtio īterdũ fit: etiã id qḋ fit: fiebat. deerit. n. ſibi gnō gnōnis. quare nōduʒ erit aliquid ſimplr genitũ: ſed ꝑtim fit: ꝑtiʒ ēt factũ erit iã: ita vt rurſus adhuc fiet. quare id qḋ fit: nō erit tũc. erit. n. ſm qd quo ad gnōnē ipſam: q̃ fit: vel cui⁹ ps facta eſt: nō erit vo quo ad gnōnē: q̃ gnōni deſt. Jis ſuppoſitis: arguit. d. cũ āt īfinitoꝝ p⁹ᵐ nulluʒ ſit: nō erit ꝑmũ: ſiue p⁹ gnō. q̃re neqʒ deinceptiũ: qḋ grǫce eſt ἐχόμενον: latine eē ꝯñs: ſiue ſe habitũ. Quare deſtrue/tur generatio ⁊ mot⁹: ⁊ nihil gnãbitur: ⁊ nihil mouebitur.

¶ Auerroes aũt fundat rõnem Ariſto. ſup duas ꝓpõnes: quaꝝ pma eſt. ꝙ res q̃ gñatur: dũ fuerit in ipſa gñõne nõdum eſt. vbi cã: hõ cũ eſt in gñõne: nõdum eſt hõ. ⁊ hãc eſſe per ſe notam fatetur. Scđa ꝓpoſitio ẽ. ꝙ cum gñatio ſimplex fuerit: tũc generaꝶ: ⁊ cũ gñaꝶ tũc ẽ. Ex ħ arguit aut ſimplex gñatio fit: aut nõ fit. ſi nõ fit: habeꝶ ꝓpoſitũ. ſi fit: vt induuidui ſubſtãtię fieri ſolet: tunc ex pma ꝓpõne ipſa gñatio nõ erit dũ gñaꝶ: ſicut hõ nõ ẽ hõ dũ fit: ex ſcđa vero ꝓpõne ſequiꝶ gñationẽ eẽ: q: oẽ qđ gñaꝶ: dũ gñatur ẽ. q̃re in eodẽ nũc gñatio ipſa erit: ⁊ nõ erit. qđ ẽ ipoſe. hęc ẽ deductio auerrois. ¶ Sꝫ hęc deductio patiꝶ difficultatẽ: q: eadẽ rõ fieri põt ſm veritatẽ pipateticoꝝ. poſſet. n. argui ſi aliqđ fit: aut dũ ẽ: aut dũ non ẽ. nõ dũ nõ ẽ: q: qđ nihil ẽ: nõ fit. ſi dũ ẽ. igiꝶ idẽ erit: ⁊ nõ erit. ⁊ ita relinqueꝶ cauillus quo Zeno deſtruebat gñationẽ: vt diceꝶ in. 6°. huius. Propterea rõ Ariſt. vt mihi vꝛ debet deduci mõ quo fecimꝰ.

Ponderatio deductionum.

¶ Sed occurres fortaſſe: q: eẽ põt poſterior gñatio: vbi non eſt pma: q: gñatio ſocratis pęceſſit gñationẽ platõis: ⁊ illã ſocratis adhuc gñatio alia: ⁊ ſic in infinitũ. vbi pꝫ nõ eẽ deueniẽdũ ad primã gñationẽ: ⁊ tñ dari põt poſterior.

Dubitatio.

¶ Solonẽ huius indicãt auerroes ⁊ expoſitor ꝙ hęc rõ nõ excludit qn mutatio ſequi poſſit mutationẽ ꝑ accñs ĩ infinitũ: qđ oꝫ dicere ſm opinionẽ Ariſt: q poſuit motum ęternũ: q ſit cã ĩfinitaꝝ gñationũ ſm ſucceſſionẽ: ſꝫ ĩtẽdit oñdere ꝙ mutatõis nõ ſit mutatio ꝑ ſe ĩ infinitũ: ſic. n. poſtrema depẽderet ex ĩfinitis ꝑcedẽtibꝰ: ⁊ ita nũq̃ finireꝶ.

Solo auerroes expo.

¶ Ex hac ſolõne auerroes ſoluit argumẽtũ q̃ theologi ſuę ſecte ꝓbabãt mũdũ nõ eẽ ęternũ: arguebãt. n. hõ ſꝑ gñaꝶ ab hoie. igiꝶ ſi hõ pmꝰ nõ ſit: poſterior hõ nõ erit. ¶ Rñdeꝶ ꝙ nõ oꝫ eẽ pmũ hoiem: q: ad gñationẽ ſcđi nõ ẽ nečia generatio pęcedentis niſi per accidens. per ſe vero nečia ſunt ſol ⁊ ĩtellectꝰ mouẽs. ⁊ hęc ſũt: ⁊ fuerũt ab eterno: hęc auerroes. ĩ qbꝰ pꝫ ordinẽ accidẽtalẽ differre ab ordĩe eẽntiali. nã in ordĩe eẽntiali ad gñationẽ vltimi ſũt nečia oĩa ꝑcedẽtia. At ĩ ordĩe accñtali ad gñonẽ vltimi nõ ſũt nečia pęcedẽtia. Sed res hęc altius partractabiꝶ ĩ lib. huꝰ. 8°.

Argumentũ theologorum. Solo auer.

¶ Ad aduerſiõe dignũ rẽ ꝑmanẽtẽ q̃ ad ſuũ fieri differre a re ſucceſſiua. nã res ſucceſſiua ſimꝉ ẽ ⁊ nõ eſt cũ ſuo fieri. res vero ꝑmanẽs: nõ ſimul ẽ ⁊ nõ ẽ cũ ſuo fieri. põt. n. eſſe albedo ſine ſuo albefieri. Ex ħ ſequiꝶ ⁊ hñ: vt recte iuniores ſentiunt: ſi gñatio ꝑ ſe fieret: infinitas eẽ ſimul gñationes: nã ſi a. gñatio fit ꝑ ſe: tunc fieri ipſiꝰ a. ſimul cũ ipſo a. erit: Propterea q: in re ſucceſſiua ipm fieri ẽ cũ re: q̃ fit: ⁊ pari rõne õ fieri ipſius fieri: ⁊ ſic ĩ infinitũ: q̃re infinita fieri ſimul erũt: ſecus aũt in re ꝑmanente: naꝫ illa eſſe põt ſine ſuo fieri. ⁊ ſic tolliꝶ oĩs cauillus ꝯtra Ariſt.

Res permanẽs ⁊ ſucceſſiua differunt.

¶ Praeterea eiuſdem ẽ contrarius motus: ⁊ quies etiaꝫ. ⁊ generatio atq; corruptio. Quare id qđ fit: tũc corrũpiꝶ: cũ ipm quod fit: fit.

¶ Tertio arguit Ariſto. ⁊ ſumit motui eẽ duplex ꝯriũ. vꝫ. motũ ipm: ⁊ qetẽ: vbi cã aſcenſui ꝯria eſt deſcẽſio: ⁊ qes in cẽtro: veluti ⁊ gñatio ⁊ corruptio ſũt ꝯrię. Ex ħ ſuppoſito infert q̃re id qđ fit dũ fit: tũc corrũpiꝶ: cũ ipm qđ fit: fit: ⁊ ita idẽ ſimul corrũpereꝶ: ⁊ generareꝶ inſimul.

¶ Neq; . n. ſtati fit id quod fit: neq; poſterius. eẽ enim oportet id quod corrumpiꝶ.

¶ Ambiges fortaſſe vñ ſequiꝶ dicta rõ. vꝫ. ſi motꝰ terminareꝶ ad motũ: ⁊ gñatio ad gñationẽ: igiꝶ idẽ ſimul fit ⁊ corrũpiꝶ. Simlr vñ valet ſi motui ẽ ꝯtrarius motus ⁊ qes: ⁊ gñatio ⁊ corruptio ſũt oppoſite. igiꝶ idẽ ſimul fit: ⁊ corrũpiꝶ. hęc. n. res ẽ nõ parua. occaſione aũt huius iuniores de mẽte auerrois volũt Ariſt. ꝓbaſſe de ſubiecto motꝰ: ⁊ nõ de termino motus. volũt. n. Ariſt. nũc ꝓbaſſe motũ nõ eẽ ſubiectũ motꝰ. ¶ Vñ auerroes fundat rõnem in tribꝰ ꝓpõnibꝰ. Prima ẽ ꝙ res mota in rebus: q̃ moueñ motibꝰ oppoſitis: eſt eadẽ. vbi cã: id qđ in loco moueꝶ: idẽ ẽ cũ eo: qđ qeſcit. ⁊ ſimilr id qđ gñaꝶ idẽ ẽ cũ eo qđ corrũpiꝶ. ẽ igitur pma ꝓpõ idẽ eẽ ſubiectũ ꝯrioꝝ. Scđa ẽ ꝙ oẽ gñabile eſt corruptibile. vt ĩductione pꝫ: ⁊ in lib. cęli declarabitur. Tertia ẽ. ꝙ id qđ corrũpiꝶ: nõ corrũpiꝶ dũ gñaꝶ: neq; qđ mouetur quieſcit dum mouetur. Ex ħ deducitur: Si motus eſt ſubiectum motus: ⁊ generatio ſubiecta generationi. tunc motus reciperet motum: ⁊ generatio generationem. Et vltra. igitur motus recipiet quietem: ⁊ generatio corruptionem. tenet enim ratio per primam propoſitionem dicentem ſubiectum eſſe vnum ⁊ idem oppoſitorum. ⁊ ita ſi motus eſt ſubiectum motus: erit ⁊ ſubiectum quietis. ⁊ ſi generatio eſt ſubiectum generationis erit ⁊ corruptionis. conſequens eſt contra tertia propoſitioneꝫ. Dictuꝫ enim eſt nihil quieſcere dum mouetur: nec corrũpi aliquid dum generatur. Speciatim etiam ex ſecunda propoſitione deduci poteſt generationem corrumpi: naꝫ ab aduerſario conceditur generationem generari eſſeq; ſubiectum generationis. igitur oportet concedere ipſaꝫ eẽ corruptibile per ſecundam propoſitionem: quare aliquando generatio corrumpetur. ⁊ ita contra tertiam ꝓpoſitionem. hęc ex auerroe: ⁊ acute quidem. ¶ Sed hęc deductio deficit. primo quia Ariſtote. propoſuit probare de termino: probauit enim motum non eſſe ſubiectum motus. ⁊ cępit probare motum non eẽ terminum motus. ⁊ ita nõ eſt rationi conſentaneum: vt nunc ſaltet atq; confundat ordineꝫ. Secundo hęc deductio non facit ad verba. ſũt enim in textu multa verba ſuperflua: ⁊ multa manca.

que auer. com. in.

Improbatio.

¶ Propterea expoſitores autumãt Ariſt. proſequi quod cęperat. videlicet probare ꝙ motus non ſit terminus motus. ⁊ iuxta hanc intentionem deducitur ratio: ſi motus ẽ terminus motus ⁊ generatio terminus generationis: aut dum pęcedẽs motus eſt: vel poſtq̃ eſt: vel anteq̃ eſt: verbi cauſa: ſi deſcẽſus terminatur ad aſcenſum: aut dum deſcenſus eſt: vel poſtq̃ eſt: vel anteq̃ eſt. non anteq̃ eſt: nec poſtq̃ eſt: quia omne quod generatur eẽ oportet aliquo modo ⁊ omne quod corrumpitur etiam. ⁊ hoc ait neq; enim ſtatim fit id quod fit: id eſt anteq̃ ſit: neq; poſterius. eſſe enim oportet id quod corrumpitur: ⁊ etiam eẽ oportet id quod generatur. ⁊ etiam eſſe oportet id quod mouetur. reſtat igitur tertium vt tunc motus ſit terminus motus: quando pręcedẽs motus eſt: ⁊ hoc pro impoſſibili omittit. Simul enim eſſe non poteſt via ⁊ terminus vię: fluxio ⁊ terminus fluxionis. ⁊ hoc modo videtur deductio Ariſtotelis optima. ¶ Sed occurres: quia dictum ẽ ſuperius. quod generatur non ẽ: ⁊ quod mouetur ẽ. ¶ Dici poteſt ſuperius eſſe locutum de ſubiecto: dixit enim ſubiectum generationis non eẽ actu ſed bene ſubiectum motus. At hic loquitur de termino: omne enim terminans oportet eẽ. ¶ Amplius occurres quia non videtur impoſſibile in ſucceſſiuis idem generari ⁊ corrumpi. Motus enim dum ẽ generatur: ⁊ dum eſt corrumpitur. ¶ Dici poteſt non eſſe impoſſibile idem generari ⁊ corrumpi diuerſimode exponẽdo ipſum generari ⁊ corrumpi. vt forticole de ipſo incipit ⁊ deſinit ſentiunt. Motus enim generatur quia nunc ẽ: ⁊ antea non erat. ⁊ corrumpitur quia nunc eſt ⁊ poſtea non erit. Ariſtoteles vero deducit idem ſimul generari ⁊ corrumpi eodem modo exponendo: vt patet conſideranti.

Ꝑa expoſitio.

Dubitatio. Solo

2. dubitatio. Solutio.

¶ Praeterea materiã ſubeẽ oꝫ tã ei qđ gñaꝶ: q̃ ei quod mutaꝶ. q̃ nã igiꝶ erit. Ergo quemadmodum alterabile ẽ aut corpus aut aĩa: ita generabile aut eſt motus: aut generatio.

¶ Quarto arguit: oīs terminus generationis hꝫ ſubiectū: ⁊ mām: vt. n. dr̃. 7. met. phiſicę: non ſphera: nō ↄ̃ gnaꝛ: ſed ↄnea ſphera. ⁊ ita terminus generationis debet hr̃e māꝫ: ſed gn̄o ⁊ motus nō hꝫ mām. igiꝛ nō gnaꝛ vt terminus. ꝺ rōne ſumit maiorē ⁊ inquit. pterea mām ſubeē oꝫ tam ei qđ gn̄atur: ꝙ̃ ei qđ mutaꝛ. hęc eſt maior. deinde ponit mi norem ſub qōne ⁊ interrogationis nota. d. quę nā igiꝛ erit mā motus: vel gn̄onis: ꝗ̃ſi dicat nulla. ⁊ ꝗ̃ſi idē magis ex planās addit. ergo queadmodū alterabile eſt aut corpus aut aīa: corpus qdem ꝙ̃ ad corporeas alterationes. aīa ve ro quo ad aīales: ita gn̄abile. ſuple vt termin⁹ erit aut mo tus: aut gn̄o. Et aīaduerte ꝙ ↄparatio ē ad genus ⁊ nō ad ſpēm: quaſi dicat: ergo vt alterabile ſubīue eſt vel corpus vel aīa: ſic generabile terminatiue eſt aut mot⁹ aut gn̄o: ⁊ hoc apud eos q volunt motū eē terminū motus. ⁊ gn̄onē finē generationis: aut forte magis ad mētem auerrois in tellige ſic. quę nā igiꝛ erit: ꝗ̃ſi dicat. nulla. ⁊ hoc pbat. d. ergo vt in alteratione alterabile ⁊ mā alterationis ē aut corpus aut aīa: ita vbi motus p ſe vt terminus generareꝛ: materia gn̄onis eſſet aut motus: aut gn̄atio: vel ps intrin ſeca motui vel gn̄ationi: qđ tā̄ ipoſſe omittit. ¶ Auer roes aūt addit tria vtilia ad vba: ⁊ ad rē: primū ē. Ariſto. p alterationem hic itellexiſſe gn̄onē ſubſtātialē: ⁊ nō muta tionē i ꝗ̃litate: qꝛ aliter gn̄atio nō erit i ſubſtātia. ¶ Scđm eſt eadem impoſſia ſequi ad dicētes motum eē ſubiectum motus: ⁊ motū eē terminū motus. ad dicentes. n. Motū eſſe terminū mot⁹ ſequiꝛ motū moueri veluti ad dicētes motū eſſe ſubiectū motus. vt. n. i trāſmutatione de albe dine in nigredinē ſequiꝛ nigredinē mutari ſaltē vt termi nus: ſic ſi motus eſſet terminus mot⁹: ſiue genus motus. mot⁹ mouebiꝛ vt termin⁹ motus: qđ auerroes tā̄ ipoſſe omittit: ⁊ ſic ſequitur motū moueri ſaltē terminatiue: da to ꝙ non moueaꝛ ſubīue. Et propterea auerroes ait ſubꝫ mot⁹ poſſe ſumi nōnū̄ p ſubiecto inherētię quo mō ce ra ē ſbꝫ figurę. nōnū̄ p gn̄e i quo ē mot⁹: ſiue p termi no ad quē mot⁹. vbi cā: ꝗ̃litas i alteratōe ē ſubiectum ſiue termin⁹ ſiue gen⁹ alteratōis: quātitas auctionis. vbi āt la tionis. ⁊ ita vult auerroes Ariſt. pbaſſe motū nō eē termi nū mot⁹: ⁊ h̄ p tāto qꝛ nō hꝫ māꝫ. ¶ Sꝫ occurres: qꝛ mo tus hꝫ mām. ⁊ gn̄atio ſimilr̄. in oī. n. motu oꝫ ſubeē mām. ¶ Et ſic minor Ariſt. eſt falſa. Dici pōt motū ⁊ gn̄onē hr̄ hr̄e mām in ꝗ̃: nō aūt ex ꝗ̃. oꝫ aūt oē qđ fit terminatiue hr̄e mām ex ꝗ̃ ⁊ eē ↄpoſitū: dicebaꝛ. n. 7. metaphiſicę nec ęs: nec ſpherā gn̄ari: ſed ↄneā ſpherā: ⁊ h̄ adiecit Ariſt. cū in quit. ergo queadmodū alterabile ē corpus aut aīa: h̄ ē vt in alteratiōe oꝫ terminū alterationis hr̄e mām ꝙ̃ ē corp⁹: vel mām ꝙ̃ ē aīa. ſic generabile ſi motus ⁊ generatio p ſe gn̄areꝛ: erit aut motus ipſe: aut gn̄atio: vel ps mot⁹: vel ge nerationis: ⁊ ſic pꝫ vis rōnis. ¶ Occurrūt iuniores. ſi ter minus motus dici poſſit moueri. ꝙ̃ res nulli dubia ē: apud pipateticos. n. vbiqꝫ aīal generari: ⁊ ↄneā ſpherā fieri legi mus: ſic in cęteris motibus terminuꝫ mot⁹ moueri: nemo debet ambigere. ⁊ breuibus ꝙ̃ iuniores dicūt non ſunt cō tra mētem peripateticoꝝ. ↄcedi. n. pōt aliqđ qđ non ē mo ueri mō terminatiue moueatur. refert. n. aliquid generari ſubīue: ⁊ terminatiue: qđ. n. ſubīue gn̄atur: gn̄ari ñ pōt: niſi ſit: ⁊ dū eſt. Quod vero gn̄atur terminatiue: gn̄ari pōt: qñ non ē: qua rōne fit vt formę ſit mobiles qdem vt ter mini. imobiles vō vt ſubiectū. Eēt tñ dubitatiōes dignuꝫ an forma: an ↄpoſitū ſit terminus gn̄ationis: ꝙ̃ qđ: cum ſit metaphiſica: ⁊ alibi deciſa: trāſeat.

que auer. com. 15.

dubitatio.

Solutio.

dubitatio iuniorum

¶ Praeterea ēt aliqđ erit: ad quod mouetur. motum enim hui⁹ eſſe oportet aliquid ex hoc in hoc. qđ qdem ⁊ neqꝫ motus ē: neqꝫ gn̄o.

¶ Quinto arguit. oīs mot⁹ ē ad terminū p manētem q de monſtrari pōt duobus nūc. Sꝫ nec mot⁹ nec gn̄atio eſt p manēs nec in duobus nūc demōſtrabile. igiꝛ ad motū vł gn̄ationē nō ē motus. de rōne tangit maiorē dicēs pterea ēt aliquid erit: ſuple pmanēs ad qđ moueꝛ vel ad qđ mo tus terminaꝛ: hoc explanat. d. motū. n. hui⁹ eē opꝫ aliqđ ex hoc in hoc vt in terminū: q quidē termin⁹ ⁊ neqꝫ mot⁹ eſt: neqꝫ gn̄atio. ⁊ ſic habeꝛ rō. Ubi aīaduerte Ariſ. ſuppo ſuiſſe oēꝫ motū eē i terminū pmanētē: verū qꝛ eget decla ratione: content⁹ fuit famoſitate. ¶ Auerroes vō aliquā tulo extra textū euagās pbauit maiorē. Pr̄io qꝛ ſi termi nus motus eēt ſucceſſiuus: tūc ſucceſſiuū eēt in actu: dedu ciꝛ qm̄ oēs mot⁹ ⁊ oīno gn̄atio terminaꝛ ad ens i actu: vt p definitionē gn̄ationis pꝫ. ē. n. gn̄o exit⁹ de potētia i actu. ⁊ ita ſi ſucceſſiuū ſiue motus: ſiue gn̄atio ſit termin⁹ mo tus vel gn̄ationis ſp eēt i actu. Scđo terminus motus vł gn̄ationis ē ↄpletus. At ſucceſſiuū non ē ↄpletum ſp. n. hꝫ actū potētię admixtū. Ex quo pꝫ illa maior ꝙ oīs gn̄atio ⁊ oīs mot⁹ ē ad rē pmanētē atqꝫ ſtātē. hęc ex auerroe. verū attēde ꝙ ob malas ꝗ̃s habuit auerroes trāſlationes: ma le vbis Ariſto. rē hanc applicauit. Sed modo quo nos ac comodauimus: res hęc vtilis ē valde.

que auer. com. 16

¶ Praeterea ēt quo nam pacto erit: non. n. do ctrinae generatio erit doctrina. ꝗ̃re nec gn̄onis erit generatio: nec quaedam cuiuſdam.

¶ Pꝫ error iunioꝝ: q aſſerūt Ariſt. hac i pte pbare maiorē p exēplū. hac. n. in re viſus ē auerroes cecutare. Melius igiꝛ vr̄ Ariſt. 6⁹ arguere ad idē ſic. vt gn̄atio non ē doctrinę ſed ſcię: ſic gn̄atio nō ē gn̄onis: ſꝫ rei genitę: ⁊ ita ad gn̄onē nō ē gn̄atio. inquit. pterea ēt ꝙ̃ nā pacto erit. ſuple genera tio gn̄ationis: nō. n. erit doctrę gn̄atio doctria: ſꝫ ſcia: ꝗ̃re nec gn̄atōis erit gn̄o nec ꝙ̃dā i gn̄o cuiuſdā i gn̄onis. h̄ Ariſ.

¶ Praeterea ſi tres ſunt motus ſpēs: oporte bit eē ⁊ quādam naturam ſubiectam: ⁊ ea i ꝙ̃ motus ē ꝗ̃re latōeꝫ alterari aut ferri neceſſe ē.

¶ Septio arguit. ſi mot⁹ ē termin⁹ vł ſubm mot⁹: tūc opor teret latione vł alterari: vł ferri: qđ ē oīno diſſonū. ꝺducit ſupponēdo in oī motu ⁊ oīb⁹ trib⁹ motus ſpēb⁹ eē nec̄iaꝫ mām ſbtaꝫ: ⁊ terminū mot⁹: ad quē mot⁹ ē. ⁊ tūc arguiꝛ. ſi mot⁹ ē termin⁹: vł ſubm mot⁹: tūc vł eiuſdē ſpēi: vł alteri⁹. ſi eiuſdē tūc latio ferreꝛ. ſi vō alteri⁹: tūc latio alterareꝛ. ⁊ ſic pꝫ ipoſſe: quo vō ad vba gręca attinet: vbū illđ ꝗ̃re gręce ē διου: qđ ſꝫ latine idē ſit qđ veluti: vł vt: tñ hic (vt mi hi vr̄) vim illatiuā hꝫ. tu vō q gręce ſapis: aīaduerte. Ulte ri⁹ vbū illđ nāꝫ ſbiectā: gręce ὑποκειμένην φύσιν. ¶ Et auerroes p h̄ expōit gen⁹ in ꝙ̃ ē mot⁹: ſiue terminū mot⁹ ⁊ errauit. nā Ariſt explicauit ſubiectū ⁊ terminū. ſubiectū qdē p h̄ qđ dixit ſubiectā nāꝫ. terminū vō p id qđ dixit: ⁊ in ꝙ̃ moueꝛ. ⁊ ſic pꝫ auerroē erraſſe: qđ fortaſſe euenit ob malas ꝗ̃s hēbat trāſlatōes. ¶ Nec bn̄ dixit ꝙ̃ ad text⁹ i tētionē. ipſe. n. voluit Ariſt. dare ipoſſe eius ↄñtis: qđ ārca intulit. ⁊ ſic hic nō vnᵃᵐ rationē facit: ſed dictaꝫ compleri voluit. ⁊ ē error. verba. n. Ariſto. nouā rōnem hic addere aperte oſtēdunt: vt qui gręce ſapiūt: pñt diiudicare.

error auer rois pm⁹.

2. error.

❡ Uerbi gratia. Reſpōſionē datā ex textu exponit. Ubi aīaduertendū eſt ꝙ generatio eſt duplex.ſimilaris:ꝛ diſ ſimilaris:gñatione quidē ſimilari fiunt elīta:ꝛ mixta ſi milaria:vt lapides:metalla:ꝛ id genus:qm̄ hec fiunt per partē poſt partē:ꝛ oēs partes ſunt eiuſdem ſpeciei.gnōne diſſimilari ſiue organica generāṫ aialia:ꝛ ſtirpes.ſi qdē partes que ſigillatim fiunt:nō ſint eiuſdē rōnis. Genera tio vō ſimilaris adhuc bifariā:q2 aut ſimpliciū vt eleꝯ aut mixtoꝝ vt lapidū ꝛ id genꝰ. Tūc vult in gñatione ſi milari ſimpliciū nō opꝫ vt generari ꝛ genitū eē ſint eiuſ dē ſpeciei.nam genitū eſſe eſt forma ꝛ ſubſtātia.generari vero eſt alteratio ꝛ diſpoſitio. Sed (vt diximus) ſat eſt vt inuicē ſubordinenṫ.in gnōne ſimilari mixtoꝝ genera ri ꝛ genitū ſunt eiuſdē ſpeciei:nō numero eadē. Nam ge nerari eſt partiū factio.genitū eſſe eſt totius.partes vero ꝛ totū ſunt eiuſdem ſpeciei.in generatione diſſimilari ip ſum generari ꝛ genitū ſunt vnius generis:ꝛ hoc ſatis.nā partes differunt ſpē:a toto:non autem genere.

❡ Qm̄ in motu corruptionis. Diſputat nūc an in gñatio ne ꝛ corruptione deṫ pmū nāliter hoc eſt per ſe:ꝛ reſpō det ꝙ non daṫ primū per ſe:ꝛ arguit ſic.in rebus ꝯtinuis ꝛ diuiduis nihil eſt primū per ſe. Sed genita ꝛ corrupti bilia ſunt cōtinua:ꝛ diuidua.igiṫ in his nihil eſt primum per ſe ſiue naturaliter.

❡ Et hoc qꝺ dixit. Idem arguit in alteratione:nam qua litas per ſe vt affectio naturalis indiuidua eſt:vt vero in quāto per accidēs diuidiṫ:ꝛ ita per accidēs nō hꝫ pmū: bene aūt per ſe. Ex his vult nec in generatione:nec alte ratione dari primū inquantū quāte:ſed bene vt tales ꝛ vt res naturales.

❡ Sed queriṫ. Cōtra videṫ in omni generatione eſſe pri mū in diſſimilari quidē vt in illa aīalium primū eſt cor. in ſimilari vero primū eſt minimum.

❡ Nos autē. Reſpondet ꝛ petit duo. Primo ꝙ nihil fit niſi predisponeṫ:ita vt gñationē alteratio precedat. Si mili rōne de corruptione. Scdo petit in alteratiōe nihil eſſe primū ſaltē mō dicto vt in quāto exiſtit. Ex his vult ꝙ generationē accipiendo pro ſubito prouētu forme:ſic illius eſt primū:vt forma minima. Sed pro aggregato: ex alteratione ꝛ prouentu:ſic illius nihil eſt primū:cum nec ipſius alterationis. ❡ Sed dices. Auerr. ſibi ꝯdicit multis in locis. vt in.8.huius.cōmēto.23.ꝛ alibi. ❡ Di ci pōt vno modo ꝙ hic loquiṫ hypothetice hoc eſt his ſic ſtantibus:abſolute eſt dicendū vt in.8. Animaduerte tamē pmo ꝙ ipſe nō loquiṫ de augmētatione ꝓprie:ſed prout eſt quedā partiū extenſio:que nō differt fortaſſe a motu locali.nā in libro de generatione res hec melius di ceṫ. Scdo aiaduerte ꝙ Auer. vult in gñatione eē pmū: in auctione etiam:cū omnes fiant per minima. In alte ratione vero abſolute eſt etiā primū:q2 fit per minima. Sed in alteratione mixta motui locali:ſi motus localis predominaṫ nō eſt dare primū:quēadmodū nec in mo tu locali:qui ſua natura eſt ad quātitatē vt quātitas. Ubi vero ꝑdominaṫ alteratio ſiue gñatio vt forte in auctiōe bene eſt dare primū:vt diximus pluries. Sic igiṫ in ſolo motu locali nō eſt dare primū:qm̄ ipſe vt ſic ſemꝑ eſt in quāto:ꝛ ad quātū:ceteri vero cū per accñs ſint ad quan tum ꝛ in quāto.per accidēs nō habēt primū:licꝫ ꝑ ſe ſem per proficiſcanṫ per minima.

❡ Et debes ſcire. Soluit dubiū litterale:naꝫ dictū eſt aū motū eē motū per diuiſionē in infinitū:dicet quis:an ꝑ diuiſionē actualē:an potētialē. Rñdet ꝙ nō per diuiſio nē actualē:q2 nō pōt cōtinuū diuiſuz eſſe in infinitū niſi eſſet ex indiuiduis:ꝛ ita motus eſſet ex indiuiduis. Hoc itaq; faceret vt motus non eſſet. Et ꝓpterea inqt.ꝛ ſi nōc tūc nullus motus fieret oīno:qm̄ ex īdiuiduis cōſtaret.

❡ Et nō eſt itelligēdū. Talē his in verbis innuit diſtictio nē:ꝙ duplex eſt pmum ſimplr:vt id quo nihil abſolute eſt prius:ꝛ hoc modo in gnōne nihil eſt primū. Alio mō ſm qd:quo modo carina nauis diciṫ primū:non ſimplr: ſed reſpectu mēbroꝝ officialiū:ꝛ cor primū partiū aīa lis:ꝛ hoc modo dari pōt in gnōne diſſimilari primuꝫ vt in naui carina.in aīali vero cor. Sic igitur de generatio nis ꝛ corruptionis prima pte Auer. ꝛ Ariſto. determina tum. ❡ Queſitū hic.vtrū oē qꝺ moueṫ prius mouebaṫ: qꝺ eſt querere.vtrū deṫ pma ps motus:qua nūc pmo ali quid moueṫ.ꝛ videṫ ꝙ nō oē qꝺ moueṫ prius mouebaṫ. Queſtio

❡ Primo:q2 totum ꝛ pars eque cito incipiunt.igitur nō prior pars q̄3 totum. ❡ Secūdo aliqꝺ mobile pōt mo ueri preciſe in hora nec prius nec poſteriꝰ.vbi patet talē motū eſſe primū quo in hora moueṫ. ❡ Tertio. tūc ois motus eſſet perpetuus:cū ſemper ante motū eſſet motꝰ. Prima ratio. Secūd Tertia.

❡ Quarto. arguunt ponēdo aliqꝺ mobile moueri i ho ra vniformiter in ſcda hora diffoꝛmiter:tūc i nūc medio moueṫ:nō tamē ea velocitate qua mouebaṫ:igiṫ aliqꝺ moueṫ qꝺ nō mouebaṫ. ❡ Quīto in caſu canis:qui mo riṫ in medio caſus:vbi dari patet pmū eſſe cadaueris in quo moueṫ:ꝛ nō canis.igiṫ cadauer:qꝺ non prius moue baṫ. ❡ In iſta qōne captiunculatores dicūt duo ꝑcipue a parte ante. Primū eſt ꝙ quātū ad inceptionē non ante oēm motū eſt motus:qm̄ pars ꝛ totū eque cito īcipiunt. quo vero ad deſitionez dicunt. Secūdo ante omnē mo tum eſſe motum:quia ſemper pars prius deſinit q̄3 totū: A parte poſt vero dicunt duo alia.primū:poſt omnē mo tum eſt motus quantū ad inceptionē:qm̄ poſt inceptio nē cuiuſlibet motꝰ incipiet alius motus vel alia mo tus pars:ꝛ rō eſt:quia omnis motus eſt diuiſibilis in in finitum. Secundū eſt ꝙ quo ad deſitionē nō poſt oēm motum erit motus:qm̄ non poſtq̄3 deſijt oīs motus erit motus. Hec ſunt que dicūt de queſito. ❡ Et licꝫ ſint bñ dicta. Uideṫ mihi eſſe addendū. vt dixit Auerro.naꝫ de pmo poſſumus loqui duplr. ſimplr.ꝛ ſic in motu non da tur primū:nec vltimū:vt recte per hec quattuoꝛ patꝫ.aut poſſumus loqui de primo ſm quid:ꝛ ita ꝯcedi pōt pmū in motu:ꝛ generatione:vt cor eſt primū reſpectu partiū: qꝺ nō eſt primū abſolute:cū ſit etiā diuiſibile. Similiter pma hora qua ſocrates diſputat diciṫ pma horaꝝ diſpu tationis:non tamen abſolute prima diſputationis pars. ꝓpterea de parte ſub ratione generis loquendo non eſt prima motus pars.ſub rōne vero ſpeciei bene eſt prima.

Quart

Quīta

Poſitio captiūcu latorum.

Solo ſ pria.

Tūc ad rōnes.ad primam ⁊ ſecūdam patet ſolutio per hęc quę diximus. Ad tertiam dico ꝙ incipit vel deſinit negatiue per excluſionem. Ad quartā dicit in inſtanti medio nō eſſe motum:ſʒ imediate poſt illud:⁊ ſic non erit pma pars ſimplr. Ad qntam dicēdum ſilr in inſtāti medio nihil mo ueri:ſed imediate poſt illud mouebit̄ cadauer: qđ moue batur. Et ſi dices:igit̄ deſcenſus illius nō eēt ꝯtinuus:dico ꝙ nō eſt ꝯtinuus:qm̄ mediat quies momētaria vt dicem⁹ in octauo. Hęc de q̄ſtione.

¶ Cuʒ autē omne qđ mouet̄:in tempore moueat̄:i maioreqʒ maiorē magnitudinē pagret: infinito in tempore impoſſibile eſt aliquid trāſeat finitaʒ.modo nō per ipſam eandem ſemp: nec per aliquā eius partem : ſʒ per vniuerſam vniuerſo in tempore moueat̄.igit̄ cuʒ aliquid qdem aeque velociter mouet̄:neceſſario finitā finito in tempore trāſeat patet. Sumpta nāqʒ pte quae menſurauerit vniuerſa:in tot aequalibus temporib⁹:quot ſunt magnitudinis ptes: vniuerſam peragrabit. Quare cū harū quaeqʒ finitae ſint quātitatis: ⁊ omnes tot:tēpus ſane finitū erit. Totiens.n.erit tm̄ quātum tps partis multitudine partiū repetitum.

¶ Problema noſtrum eſt.vtrum ſpacium finitū ſit tēpore infinito ptrāſibile. Reſpōdet Ariſt.ꝙ ſpaciū finitum non pōt ifinito peragrari tēpore. Supponit aūt duo ex pte rationis:⁊ duo ex pte ꝯcluſionis:pmuʒ eſt.omne qđ mouet̄: in tpe mouet̄. Secūdum.pertranſiēs aliqđ ſpacium in aliquo tempore idem mobile in pte illius tpis ptrāſit partē ſpacij:ita vt vlr in minori pertrāſeat min⁹. Ex his iſert ſpacium finitū ptrāſiri non poſſe tempore infinito. Jngt cum aūt omne qđ mouet̄:in tēpore moueat̄:hoc eſt primū. In maioreqʒ maiorem magnitudinem peragret:⁊ in minori minorem:infinito in tēpore impoſe eſt aliquid trāſeat magnitudinem finitam. Addit conditiones ex pte concluſionis:⁊ ingt modo non per ipſam eandem ſemp fiat replicatio ⁊ conuerſio:nec per aliquā eius partem:ſed per vniuerſam vniuerſo in tēpore moueat̄ ſine cōuerſione:⁊ circulo: ⁊ ita cōcluſio in motu recto locū hʒ. Deide iſert rurſus cōcluſionem addens ſecūdam cōditionem ex parte cōcluſionis:⁊ ingt:igit̄ cum aliquid qdeʒ ęque velociter mouetur: neceſſario finitam finito in tēpore tranſeat pʒ. Adiecit ſecūdam conditionem vt mobile ſit regulare:vbi.n.eēt irregulare:ſecus eēt:vt diximus olim. Deinde ꝑs ſtantib⁹ argnt: ſi mobile mouet̄ regulariter:accipiat̄ aliqua pars magnitudinis:vel trāſitur finito vel infinito tempore.non infinito:quia tunc ęquali tempore tranſiret̄ ſicut totum. Cōtra ſecūdam ſuppoſitionem.igit̄ finito.accipiat̄ deinceps tantundem magnitudinis:⁊ etiam per rationem eandē tranſibit̄ tempore finito:⁊ accipiat̄ tertia:⁊ quarta donec magnitudo finiat̄:⁊ cum q̄libet pars trāſeat̄ parte temporis:igit̄ vniuerſa trāſibitur ex tempore ex omnib⁹ partibus aggregato:ſed cum tale aggregatum ſit ex tot partibus tēporis: quot ſunt partes ſpacij.finitę ſunt partes ſpacij.igit̄ totius tēporis. Jnquit ſūpta nāqʒ parte quę menſurabit vniuerſam magnitudinem:cum hęc pertrāſeatur in parte finita temporis:in tot ęqualibus temporib⁹:quot ſunt magnitudinis partes:vniuerſam peragrabit. Quare cū harʒ quęqʒ finitę ſint quātitate:⁊ omnes tot hoc eſt ⁊ numero:temp⁹ ſane finitum erit. Totiens enim erit tm̄ ipſum totum tempus:quātum eſt tps partis multitudine partiū repetitum.

¶ Jam declarauit. Mouet dubium auerroes:qꝛ ꝓblema illud eſt ſolutū:⁊ pertractatum:igit̄ non repetēdum. Com. 60.

¶ Sed illa. Reſpondet ꝙ ꝓpter tria repetit̄:pmo quia ibi per accidens:vt cōſequens ad problema de diuiſione continui fuit dictum. Hic vero vt quęſituʒ per ſe. Secūdo.qꝛ ibi locutus eſt confuſe non addens conditiones ex pte cōcluſionis.vʒ.in motu regulari:vt addit hic. Tertio.qꝛ hic declarabit ſpacium finitum actu non pertrāſiri:niſi in tempore finito actu:ſed infinituʒ in actu tempore iſinito actu: ⁊ ita faciet hic differētiam inter finituʒ ⁊ infinitum:quam non fecit illic.⁊ ita non iniuſte idem problema repetendū putat auerroes.

¶ Et dixit qꝛ. Dicet quis:quare ſuppoſuit omne qđ mouet̄: moueri in tempore:cum illud ſit notum. Reſpōdet hoc eē ſuppoſitum non ad ſyllogiſmum:ſed ad cauillum : qꝛ dici poſſet:eſſe motum velociſſimum:⁊ in iſtāti:qꝛ ſi eēt in tpe nō eēt velociſſimus. Ad hoc tollendum hoc ſumpſit.

¶ Et quā induxit. Ex hoc innuit auerroes ꝙ virtus totius enthimematis eſt in ſecūda ꝓpoſitione:⁊ recte dicit:qm̄ ſi in maiori tempore pertrāſitur maius.igit̄ in tēpore infinito ptrānſibitur infinitū:nō igit̄ fieri pōt finitum tempore infinito pertranſeatur.

¶ Et addit hanc conditionem. Dices tu.cur Ariſto.adiecit nulla facta replicatiōe vel in toto aut pte. Reſpondet hoc adieciſſe ꝓſeruando ſe a motu cęli:qui eſt in tempore iſinito ſupra ſpacio finito. Reliquū cōmenti pʒ.

¶ Differt aūt nihil ⁊ ſi non aeque celeriter moueat̄. Sit enim a.b.ſpaciū finitum:qđ infinito in tempore peragret̄.temp⁹ vero infinitum ſit c.d.ſi igit̄ per partē aliam priorem alia motuʒ ſit neceſſe eſt:pʒ in priore tēporis parte poſterioreue per aliam eē motū. Semp enim maiore in tēpore per aliaʒ motū erit:ſiue aequa ſiue nō aequa caeleritate mutet̄. ⁊ ſiue itendat̄ motus:ſiue remittat̄:ſiue in codē perſiſtat. Accipiat̄ itaqʒ pars aliqua ipſius a.b.ſpacij vtpote a.e.quae vniuerſuʒ a.b.dimetiat̄. Haec igit̄ in ipſius infiniti tēporis parte aliq̄ peragrata eſt. qppe cū ipoſſibile ſit ifinito in tēpore peragrari. Vniuerſum enim ſpaciū ifinito in tempore peragratū eſt. ⁊ rurſus ſi aliam ſumpſero tantam:quāta eſt a.e.neċe eſt illa peragret̄ finito in tpe. Jnfinito enī in tēpore vniuerſuʒ pagratur:ſicqʒ vſqʒ ad vltimam ſūmam.

¶ Demōſtrationi tactę poteſt eē cauillus qdam. Suppoſitum.n.eſt in demōſtratione partib⁹ ſpacij reſpēdere ptes temporis:modo diceret cauillator hoc eē verum in motu regulari:vbi autem mot⁹ eēt irregularis fieri pōt vt vni pti ſpacij reſpōdeat maior pars tēporis (maxime ſi mot⁹ pcedit remittendo) q̄ʒ alteri.⁊ ita ſuppoſitio erit falſa. Obijcit huic Ariſt.⁊ ingt.differt aūt nihil ⁊ ſi nō ęque celeriter moueat̄ mobile ipſum:quia ſiue ſic ſiue aliter nunq̄ʒ fieri pōt vt ſpacium finitum tēpore peragret̄ ifinito. Ad hui⁹ autē euidētiam ſupponit q̄dam:⁊ ingt. Sit enim a.b.ſpaciū finitum:qđ infinito in tēpore peragret̄. Tempus vero ifinitū ſit c.d. Hęc eſt pma ſuppoſitio in caſu conſiſtens. Secūda ſuppoſitio.nō ęquali tēpore pciſe pōt pars ⁊ totuʒ peragrari:⁊ hoc vlr tam in motu regulari : q̄ʒ in motu irregulari. Probat̄ quia ſemp pars prior ſpacij peragrat̄ in pte priori temporis:⁊ pars poſterior in parte poſteriori:⁊ hoc tam in

motu regulari ꝙ irregulari. Qua rōne fit vt nō vno eodez atq; equali tēpore pars peragret: ⁊ totum: aliter eodē pfecto tpe prior pars ⁊ poſterior peragraret. Jngt ſi igit̄ per pte aliam priorem alia moueat̄ neceſſe eſt: p; in priore tēporis parte poſteriorēne per aliam eē motum. Semp. n. maiore in tēpore per aliā hoc eſt reſiduaz motū erit: ſiue equa ſiue nō equa celeritate mutet̄. qḋ exponit dicēs ⁊ ſiue itendat̄ mot⁹: vt fit in motu naturali. ſiue remittat̄ vt in violētis. ſiue in eodem pſiſtat vt in motu animalium. Sic igit̄ partez partem nō peragrari eo ⁊ equali tēpore: quo totū ſpacium vlr in omni motu. Jn duob⁹ acceptis: arguit ⁊ ingt accipia tur itaq; pars aliqua ipſius a.b. ſpacij: que ſit a.e. ꝙ vniuerſum a.b. dimetiat̄. Hoc eſt ſit aliquota ad totū a.b. vtpote aut quarta: aut qnta. ita vt quater ſumpta reddat totū a.b. vel qnquies ſimilr. Hec igit̄ in ipſius īfiniti tēporis parte aliqua peragrabit̄. Quippe cum impoſſ ſit īfinito in tēpore peragrari. Uniuerſum. n. ſpaciū a.b. infinito in tempore peragratū eſt. modo per ſuppoſitū ſm non poteſt pars eodem ⁊ equali tēpore peragrari: quo totum peragrat̄ ⁊ rurſus ſi aliam ſumpſero tātam: quāta eſt a.e. pari rōne neceſſe eſt illa peragret̄ finito in tempore. Jnfinito enim in tēpore vniuerſum ſpacium peragrat̄: ⁊ non poteſt eodē ⁊ equo tempore totū ptranſiri ⁊ pars: vt ſumpſit. Sicq; vſq; ad vltimam proficiſcendo ſumam: ⁊ cum ſpaciū ſit quadriſectum. igit̄ tēpus erit quadriſectū. Prima enim pars ſpacij tempore finito peragratur: ⁊ ſecūda: ⁊ ita de ceteris. igitur aggregatum ex omnib⁹ temporib⁹: qbus omnes peragrātur erit finitum.

¶ Cum aūt infiniti quidem nulla ſit pars quae metiat̄ ipm. fieri eniz nō pōt vt īfinitū ex finitis ſiue aequalib⁹: ſiue inaeqlib⁹ cōſtet. proptereà ꝙ ea quae multitudine ⁊ magnitudine ſunt finita ſiue ſint aequalia ſiue iaequalia modo magnitudie finita ſint: menſurari aliquo vno pñt. Spaciū aūt finiti quātitate ptis a.e. mēſurat̄: igit̄ finito in tēpore a.b. peragrabit̄.

¶ Nunc format rōnem in figura ſic. nullum tēpus īfinituz poteſt mēſurari ſua parte. Tēpus quo peragrat̄ ſpaciuz a.b. poteſt ſua parte menſurari. igit̄ tempus illud non eſt infinitum. Minor probata fuit in proximo textu. Jngt. cuz autem infiniti qdem nulla ſit pars que metiat̄ ipſum. hec eſt maior. Quā ꝓbat. ꝺ. fieri enim non pōt vt infinitum ex finitis ſiue equalib⁹ ſiue inequalibus cōſtet: ppterea ꝙ ea que magnitudine ⁊ multitudine ſunt finita ſiue ſint equalia ſiue inequalia: modo magnitudine finita ſint: menſurari aliquo vno pñt: vt dicunt arithmetici in numeris: ⁊ geometrici in magnitudine. Hec eſt maior: ⁊ illius declaratio. minorem non ſumit: ſed accipit aliud loco illius: ex quo facile minor habet̄: ⁊ ingt. ſpacium aūt finitū quātitate ptis a.e. menſurat̄: per hoc vult hr̄e ꝙ tēpus quo peragrat̄ ſpaciuz a.b. mēſurat̄ parte tpis aliqua qua peragrat̄ ps ſpacij. vt fuit deductū. Jnfert ꝯcluſionem: ⁊ ingt. igit̄ finito in tēpore a.b. peragrabitur ſpacium.

¶ Silr aūt ⁊ in quiete. Quare fieri non poteſt vt aliqd vnū ⁊ idē generet̄ aut corrūpat̄ ſemp.

¶ His declaratis addit duo: pmū ꝙ ſimili rōne eſt de generatione ita vt nec gñs finita eē poſſit tpe īfinito. Addit aliud quaſi per modū illatiuū: ⁊ ingt: quare fieri nō pōt vt aliqd vnuz ⁊ idem generet̄ aut corrūpat̄ ſemp. Ad ſenſum datuz. vz. ꝙ gñātio ſiue corruptio tempore perduret īfinito. hoc pro tanto p;: q: generationem eſſe finitam p; ex. qnto cum ſit trāſmutatio de quodaz in qōdam. Qua rōne euenit vt nec gñātio nec corruptio infinitū tpe pdurent. Sigdē trāſmutationes finite tempore ſint.

¶ Cum declarauit. Licet pſens cōmētum ſit longū: maior eius pars ex expoſitione textus patet. Uerum non nulla annotanda ſunt. Cōm. 61.

¶ Et nō intēdit partes rei. Remouet auerroes hic dubiū: nam Ariſt. ſuppoſuit ipſius mobilis prius moueri ei⁹ partem ꝙ totum. Et hoc in tranſlatione arabica: nam in codice greco hoc nō eſt: nec dubitatio facit ad ꝓpoſitum. Accepit igitur partem mobilis prius moueri ꝙ totū. Cōtra naz eque cito mouet̄ pars in motu locali ſicut ipſum totū. igit̄ ſuppoſitio falſa. Reſpōdet ⁊ vult talem diſtinctionem: ꝙ ſubiectum mot⁹: qḋ dicit̄ mobile vno modo ſumi ſolet pro ſubiecto inherētie in quo mot⁹ tpe inheret. Alio modo pro ſubiecto terminatiōis hoc eſt pro genere ad qḋ mot⁹ eſt vt in generatiōe pro ſubſtātia: in alteratiōe pro qlitate: in auctione pro qūtitate: in latione pro loco. hec enim ſunt ſubiecta hoc eſt genera ad que mot⁹ ipſi terminant̄. Tunc vult auerroes ꝙ loquēdo de ſubiecto inherētie illa propoſitio phi pri⁹ mouet̄ pars ꝙ totuz eſt vera in generatiōe ⁊ alteratiōe. Jn generatiōe. n. pri⁹ mouet̄ hoc eſt generat̄ cor ꝙ totū animal. Jn alteratiōe vero pri⁹ alterat̄ pedale ꝙ totū lignum: qḋ intelligo quātum ad acqſitionem. Prius enim pars alterabilis acqrit formam qlitatis ꝙ totum. q: citi⁹ deſinit acqrere ꝙ totum. Jn motu aūt locali eque cito mouet̄ totum ſicut ſua pars: maxime ſi fuerit ꝯtinuum: vt videbit̄ īfra cōmēto. 86. ⁊ ita ꝓpoſitio phi de motu locali eſt falſa: nec hoc impedit rōnem: quia non ſic ſumit ſubiectū Ariſt. ſi vero ſubiectū ſumat̄ pro genere: erit ſenſus pri⁹ acqrit̄ pars generis ꝙ totum gen⁹ vt pri⁹ acqrit̄ pars vt quatuor calidi ꝙ vt octo: qḋ eſt totū calidū: ⁊ hoc modo in oī ſpē mot⁹ ꝓpoſitio phi h; veritatē. Et hoc rōne vt p; facit ad propoſitum Ariſt.

¶ Et q: illud qḋ eſt diuerſe. Colligit̄ ex hoc cōmēto motū eē trifariam inequalem: aut q: ꝓcedit in creſcendo: vt motus naturalis. aut deficiendo: vt violent⁹: aut vtroq; modo vt animalis motus.

¶ Et ſic ſyllogiſm⁹ componit̄. Format rationem textus vt nos fecimus: ⁊ vult Ariſt. nō formaſſe ſyllm: ita vt formādus eſt: ſed bene accepit duas ꝓpoſitiones vt maiorem ⁊ aliam loco minoris. vt diximus.

¶ Et ideo potentia. Declarat hic qlis eſt virtus ſylli: ⁊ vult virtutem ſyllogiſmi eē cōmunem ad oēs mot⁹ ſpēs.

¶ Et in libro ioānis. Animaduerte ꝙ in trāſlatiōe barbara quā exponebat auerroes: vbi nos habemus. ſimiliter autē ⁊ de quiete: ipſe habebat. ſimiliter autem ⁊ de generatiōe: ⁊ hoc modo exponit ipſe: nūc corrigit errorem ſue tranſlationis ꝑ trāſlationē ioānis: qui ita habebat vt nos diximꝰ. ⁊ verificat dictum ioannis.

¶ Et dixit ioannes. Sed contra quia quies eſt priuatio motus. modo priuatio poteſt eē infinito tēpore vt priuatio ſocratis erit infinito tempore. igitur non eſt ſimile de motu ⁊ de quiete propter hoc ioannes cogebatur exponere quietem hoc eſt viam in quietem: hec enim via non poteſt eſſe in tpe infinito. Sed hoc eſt exponēdū vt diximꝰ in textu.

¶ Aut intēdit. Facit auerroes hic enthimema iſtud. ſi aliquod generetur generatione infinito tempore menſurata: idem ſimul ⁊ ſemel generaretur ⁊ corrūperetur: qḋ deducō: nam ſi generatur aliquid: illud corrumpetur per Ariſt. primo celi: aut igitur corrumpet̄ perdurante generatione: aut illa non perdurante. ſi non perdurante: igitur generatio illius fuit tempore finito: ⁊ ita propoſitum. Si perdurante generatione. igitur ſimul ⁊ ſemel idem generaretur ⁊ corrumperetur.

¶ Et non intendit. Remouet dubiū: nam vt auerroes cre

dit: Ariſt. facit has illationes. ſi aliquod ſemper tranſmuta/tur: tunc idem generaret̃ ⁊ corrūperet̃. Secūda eſt. ſi trāſ/mutatio finita eſſet tempore īfinito: tunc nihil generaret̃: nihilqꝫ corrūperet̃. Quęret quiſpiam. hęc ſecūda cōſequē/tia eſt addita ad deſtruendū primam: aut vt ſm impoſſibi/le de per ſe ponēs in numero. Reſpondet ꝙ nō eſt ad de/ſtruendū primā: quia forma eſt impoſſibilior ⁊ manifeſtior hac. Sed eſt inducta vt ſm impoſſibile: vt quaſi Ariſt. ve/lit innuere ex illo impoſſibili ſequi plura īpoſſibilia: vt vo/videſ: qualr̃ hęc ſupſiunt in textu noſtro.

¶ Eadem vero ratio eſt: fieri etiam non poſſe vt finito in tempore quicquā aut infinitam magnitudinē tranſeat ſiue regulariter ſiue irregulariter moueat̃. aut qete infinita qeſcat. Sumpta nāqꝫ aliqua temporis parte: quae vniuerſum ipſum dimetiat̃ tempus: in ipſa partē aliquam magnitudinis ⁊ non vniuerſam tranſibit. Uniuerſam enim vniuerſo in tempore trāſit. Rurſus etiā in aequali: tantūdem. atqꝫ in vnaquaqꝫ ſimilr̃: ſiue aequales ſint primae parti: ſiue inaequales. Refert enim nihil: modo ſit quaeqꝫ finita. pꝫ enim exhauſto tempore: īfinitam magnitudinem exhauſtā non fore: ſi ablatio fiat ⁊ magnitudine: ⁊ numero finita. Quare nō infinitam magnitudinem finito in tempore peragrat. atqꝫ nihil intereſt altera ex parte: an vtraqꝫ īfinita ſit magnitudo. eadē. n. rō erit.


¶ Conuertit problema ⁊ probat ꝙ finito tempore ſpaciū infinitum nō eſt peragrabile ⁊ hoc proponit eadē vero rō eſt: fieri etiam non poſſe vt finito in tempore quicquā aut infinitam magnitudinē trāſeat ſiue regulariter: ſiue irre/gulariter: aut quiete infinita quieſcat. hoc eſt ꝯuerſuꝫ pro/blema. Deinde declarat ipſum: ⁊ inqt. ſumpta nāqꝫ aliqua temporis parte: quę vniuerſum ipſuꝫ dimetiat̃ tempus: vt de quadripartito tēpore ſumat̃ vna quarta: quę quater du/cta reddat totum: in ipſa. vꝫ. quarta partem aliquā magni/tudinis ⁊ nō vniuerſam trāſibit ipſum mobile. vniuerſam enim magnitudinem in vniuerſo tempore trāſit: ⁊ nō pōt pars ęquo tempore tranſiri vt totum: vt ſuppoſuit. rurſus etiam in equali parte ad illam vt in ſecūda quarta tranſi/bit tantūdem. atqꝫ in vnaquaqꝫ ſimilr̃ tantūdem: dico tan/tūdē ſiue ęquales ſint primę parti: ſiue inęquales. refert enim nihil: modo ſit quęqꝫ finita. ⁊ ita trāſibit tantūdem ad hūc ſenſum: ꝙ quęqꝫ peragrāda ſemp ſit finita. pꝫ eniꝫ hoc in caſu exhauſto tempore per numerationem partiuꝫ: infinitam magnitudinem exhauſtam non fore: ſi ablatio fiat ⁊ magnitudine ſiue quātitate: ⁊ numero finita. nō eniꝫ finitam exhaurire atqꝫ conſumere pōt infinitū. Ex his in/fert intentum: ⁊ inqt: quare nō īfinitam magnitudinem fi/nito in tempore peragrat. dices fortaſſe fieri poſſe vt ea q̃ altera ex parte ſaltē finita ſit peragret̃. Hoc refellit dicēs atqꝫ nihil intereſt altera ex parte an vtraqꝫ īfinita ſit ma/gnitudo. eadem enim rō erit ſemper huic accōmodabilis. nam ſemper q̃rendum eēt an ad conſumptionem partiuꝫ temporis eſſet conſumptio partium magnitudinis: vel ne: ⁊ ita arguendū vt prius. ⁊ ita ſyllogiſm⁹ erit. nulla magni/tudo infinita menſurari pōt a ſua pte. ſpaciū eiuſmodi pōt menſurari a ſua parte. igit̃ nō eſt infinitum. Minor decla/ratur aut hoc ſpacium conſumit̃ ad ꝯſumptionem partiū temporis aut non. Si non: igit̃ tempus erit exhauſtū: ma/gnitudine non exhauſta. Si cōſumit̃: ſed partes temporis ſunt finitę. igit̃ mēſurat̃ a ſua parte. De rōne ſolum tetigit probationem minoris.

¶ Quā declarauit. Cōmentū pꝫ. verum in cauda cōmēti notat̃ ab auerroe impoſſibile eſſe īfinituꝫ corpus moueri. cū nec tempore finito: nec tēpore īfinito. Sꝫ ambiges for/taſſe: quia licꝫ corpus īfinitum nō poſſit moueri localiter: poſſet alterari per cōdenſationē ⁊ rarefactionē. igit̃ poſſet moueri. Dici poteſt ꝙ q̃ſtio pōt formari abſolute: vel hy/pothetice. Siqdem formet̃ abſolute: erit ſenſus vtrū cor/pus infinitum poſſet moueri. ⁊ dico tūc abſolute ꝙ nō: q̃ꝛ cum eē nō poſſit: nulla ſpecie mot⁹ moueri poterit. Si hy/pothetice: erit ſenſus: vtrum poſito ꝙ corpus infinituꝫ ſit: ipſum poſſet moueri: ⁊ tunc dico ꝙ non poſſet moueri lo/caliter vt ītelligit auerroes. q̃ꝛ nō eſt locus extra ipſuꝫ ad qd̓ moueret̃ ſm totum: vtrum poſſit moueri ſm partes in octauo dicetur. Hęc ſatis. Com. 62.

¶ His demonſtratis: pꝫ fieri non poſſe vt mobile finitum finito in tempore trāſeat magnitudinem infinitam ꝓpter cauſam eandē. In pte nāqꝫ temporis finitam partē trāſit: ⁊ in vnaquaqꝫ ſimili modo. quo fit vt toto in tempore finitam tranſeat magnitudinem.

¶ Hactenus compleuit problemata de tēpore ⁊ ſpacio quo ad finitatem atqꝫ infinitatem: nullam de mobilis finitate vel infinitate mentionem faciendo: nūc repetit quaſi pro/blemata miſcendo mobilis aut finitatem: aut infinitatē. Et proponit mobile finitum peragrare nō poſſe ſpaciū īfi/nitum tempore finito: qd̓ ꝓbat repetēdo rationem primi problematis: ⁊ ſermo pꝫ trāſlatione ſola. Quo vero ad grę/ca verba: megedos gręce: licet plerũqꝫ Ariſt. acceperit pro ſpacio: hic ꝓ mobili ſumit: vt ēt alibi fecit. Cōmētū. 63. pꝫ.

¶ Cum igit̃ finitum mobile infinitum ſpaciū finito in tempore nō peragrauerit: pꝫ neqꝫ īfinitum peragrare finitum. Naꝫ ſi peragrat mobile īfinitum magnitudinem finitam: etiā finitum tranſeat magnitudinē īfinitā neceſſe eſt. nihil eniꝫ intereſt vtra ſit quae motū agit. vtroqꝫ nāqꝫ modo finitum trāſibit īfinitum. Nam cum a. magnitudo infinita moueat̃: erit aliquid ipſius ſm b. vtpote c. d. finitum. Et aliud rurſus: atqꝫ aliud: ſicqꝫ ſemper. Quare eueniet vt ſimul īfinitum ꝑ finitū ſit motum: atqꝫ finitū per īfinitum tranſeat.



℃ Cōuertit ꝓblema ⁊ vult ꝓbare ꝙ mobile īfinitū ꝑagrare nō pōt ſpaciū finitū illo met tempore finito. ⁊ facit enthimema: ⁊ inqͣt: cum igiť finitū mobile īfinitum ſpacium: finito in tempore nō peragret: ꝓ neqꝫ īfinitum. vꝫ. mobile peragrare ſpacium finitū illo met tempore finito. iſtud eſt enthymema. Uideť aūt mihi ꝙ in deductione enthymematis velit eē intelligēdam hanc ſuppoſitionē. vꝫ. ꝙ ſi aliquod mobile moueť ſuꝑ ſpacium aliqḋ: mobile trāſit ſpacium per motū e quo in qḋ ꝓficiſcendo. Spaciū trāſit res motam qeſcendo: quatenus ſpacium qeſcēs tāgit oēs partes ſibi equas ipſius rei motę per quas res mota applicatur ſpacio qeſcēti. ⁊ ita vnū trāſit alterū varia rōne. Tunc inqͣt: nam ſi peragrauerit mobile īfinitum magnitudinē finitā: etiam ꝯtra finitū trāſeat magnitudinē īfinitam neceſſe eſt: qḋ ꝓbat inuendo ſuppoſitionem quā explicauit: ⁊ inqͣt. nihil enim intereſt vtra ſit ꝗ motū agit. vtroqꝫ nāqꝫ modo finitum tranſibit īfinitum: licꝫ nō vna rōne. res .n. mota ꝑ motū: res qeſcēs per ꝯtactum. Hoc exponit in terminis: ⁊ inqͣt: nam cū a. magnitudo īfinita moueť: erit aliqḋ ipſi⁹: ſiue ps dicať: ſiue qḋ: ſm b. latus vtpote c. d. finitum equale ſpacio ſuppoſito: qḋ tāgiť ab illo ī pte tpis. ⁊ aliḋ rurſus tantūdem in ſecūda tēporis parte tactum: atqꝫ aliud: ſicqꝫ ſemꝑ: donec tēporis ptes exhauſtę ſint: q̄re eueniť vt ſimul infinitū per finitū ſit motū motionē agēdo in eo de quodā in qḋdam. atqꝫ finitū per īfinitum trāſeat per ꝯtactum vt diximus de ſpacio.

℃ Neqꝫ enim fieri poteſt fortaſſe vt aliter īfinitum ꝓ finitū ſit motū: ita vt finitum trāſeat īfinitum: ꝗꝫ aut latione peragrādo per ipm: aut metiendo. Quare cum hoc ſit impoſſibile: īfinitū finitum non peragrabit.

℃ Obiicit aūt qs rōni nūc tactę negando ꝙ ſi res mobilis infinita moueať per finitū ſpaciū: ꝙ finita res mobilis ſiue finita magnitudo trāſeat īfinitum: qꝛ ſpacium qeſcēs cū nō moueať: non pōt tranſire. Huic igiť cauillo occurrit: ⁊ vult ꝙ finitum ꝑtranſire īfinitum bifariam eſt: aut qꝛ feratur curſu vel motu per ipm. aut ꝙ dimetiať illud: hoc mō vt aliquotiens ſuptum reddat illud vt ter aut quater: ⁊ id geometrę: tunc vult ꝙ ſpacium qeſcēs nō tranſit īfinitum per motū: ſꝫ per mēſurā: vtpote mēſurando ipm. modo vtraqꝫ ꝑtrāſitio eſt impoſſibilis: ⁊ ita rō eſt efficax. verba patent tranſlatione ipſa tm̄. Cōmētum. 64. ps.

℃ At vero neqꝫ infinitū finito in tēpore īfinitū tranſit. nam ſi trāſit īfinitum magnitudinē īfinitam: finitū quoqꝫ eandē peragrabit. Infinito enim ineſt ⁊ finitum.

℃ Rurſus ꝙ res mota īfinita ſpacium īfinitū tēpore finito nō trāſeat: nūc eo ꝓbat: ꝙ in ipſo īfinito eſt aliq̄ res finita: quę ſimul fertur cum ipſo: vt caput qꝛ homīe. Qua rōne fit. ſimul cū toto eandē peragret magnitudinē: ⁊ ita finitum rem infinitam trāſibit: qḋ eſt ꝯfutatū. Sed dices. tale finitū peragrare per accidēs ſpatium īfinitū: quēadmodum caput ſpacium qḋ peragrat homo ipſe: cui⁹ eſt pars: qḋ fortaſſe cauillator ꝯcederet. Dici pōt ꝙ idem ſequiť: qꝛ licꝫ illud nō ſit ſeperatum: pōt ſeperari: tūc ponať in eſſe: ⁊ ſequeť idem. Uerba patent tranſlatione ſola.

℃ Praeterea ⁊ tempore ſumpto: eadem demonſtratio erit.

℃ Poteſt intelligi ꝙ eadem demōſtratio erit ſi ſumať tempus īfinitum: ſpaciū vero ⁊ mobile finita. vt expoſitor exponit: ⁊ recte. aut poteſt intelligi ꝙ ſicut concluſio illa ex parte mobilis eſt confutata: ita poteſt confutari ex parte tpis: qḋ ponit̄ finitum: ⁊ ita erit ſecunda rō quo mō Auer. exponit: ⁊ totum eſt bonum.

℃ Cum itaqꝫ neqꝫ finitū trāſeat infinitū: neqꝫ infinitum finitū: neqꝫ īfinitū īfinitū finito in tp̄e trāſeāt: ꝓ neqꝫ motionē īfinitam eē finito ī tēpore. qḋ enī intereſt: mot⁹ an magnitudo ſit īfinitū. nam ſi vtrūuis fuerit īfinitum: ⁊ alteꝝ īfinitū eē neceſſe eſt. Omis .n. latio in loco eſt.

℃ Nunc ꝙ motus īfinitus non ſit tempore finito: declarat: ⁊ arguit ſic: aut hoc erit per ſpacium: aut per rem motā. Si per ſpacium: tunc aliqḋ mouebiť per ſpaciū īfinitum tempore finito. Si per rem motam: tunc aliqḋ īfinitū mouebitur tempore finito aut per magnitudinem finitam aut īfinitam: ſed hęc deſtructa ſunt: quare mot⁹ īfinitus eē nō pōt tempore finito. Utilitas huius partis eſt. vt ait auerroes: qꝛ eſt vt ſuppoſitio ſiue fundamētū demōſtrationis quā Ariſt. faciet in ſeptimo hui⁹. Uerba patent trāſlatiōe ipſa. Cōm. 66

℃ Cum declarauit. Prima pars cōmenti q̄ eſt expoſitoria ꝓ partim per ſe partim ex dictis in textu.

℃ Et iſta conſecutio. Nunc quaſi digrediendo ponit ꝯuerſionem quā facit Ariſt. in lr̄a non hr̄e locū: niſi in motu locali: in ipſo enim motu locali. vꝫ. motus eſt īfinitus: igitur ſpacium aut mobile. Cōtra etiam ſpacium aut mobile eſt infinitum. igitur motus.

℃ Uerum aūt. Mouet dubitationem vtrū valeat. augmētum eſt īfinitum. igiť auctum ipſum. alteratio eſt infinita: igitur alteratum. Hęc dubitatio.

℃ Cōſiderādum. Soluit ꝙ in oībus eſt veꝝ: ſed euidētius illud ſpectať in latione. Propterea Ariſt. ſubiecit in textu: omnis enim latio eſt in loco: ad denotādum ꝯuerſionē illam eſſe itelligēdam in latione tm̄: ⁊ non in alijs. ℃ Aiaduertēdum tamē: ꝙ in alteratiōe id qḋ eſt loco ſpacij eſt latitudo. In auctione vero: amplitudo. Tūc valet. alteratio eſt infinita: igitur alterabile: vel latitudo eſt īfinita. Auctio eſt īfinita. igiť auctum vel amplitudo: verum in latione id manifeſtius habetur.

℃ Et in vltimo. Secūdo ambiges: qꝛ motus celi eſt infinitus: ⁊ tamen eſt ſpacium ⁊ mobile finitum. Reſpondet ꝙ Ariſt. loquiť in motu recto: quia in fine hui⁹ declarabit ſolum motū circularē eſſe infinitum. ℃ Dubitāt captiuncularores: qꝛ videť ꝙ mobile finitū poſſit trāſire ſpaciū infinitum in hora: nam in pma parte ꝓportionali horę poteſt ꝑtrāſire pedale: ⁊ in ſecūda parte ꝓportionali aliud pedale: ⁊ ſic in īfinitum: igiť tēpore finito ꝑtranſibiť ſpaciū infinitū. Cōtra etiā argui pōt ex parte tpis īfiniti ponēdo ſpaciū finitū: vt ꝓ. ℃ Reſpōdent ſorticolę caſum eē ipoſſibilem: qꝛ licet in pma pte ꝓportionali horę pedale trāſeať. Et in ſcda pte 2ᵐ pedale: ⁊ ſic in īfinitū: cum hęc oīa nō ſtent ſimul: negāt ꝯñtiā. ℃ Sꝫ vr̄ hęc rñſio ambigua: qꝛ tūc deſtrueret oīs iductio: cū in nulla iductione enumerenť oīa ſingularia. ℃ Propter qḋ dici pōt ad hoc vt ſatiſfecit Ar. ad cauillum Zenonis: vt cū dr̄. diuidať hora in ptes ꝓportiones: aut itelligis in actu: aut in potētia: ſi in actu: caſus eſt impoſſibilis: ſi in potētia: tunc ex potētia non dꝫ inferri actus: iō rō nulla: ſꝫ de hoc ſatis ſuperi⁹ diximus. ℃ Dubitāt ꝯñter ꝓbādo ꝯtra Ar. īfinitū motū poſſe eē tp̄e finito. Et ponať ꝙ ſumme calidū in hora ꝑciſe aſſimilet ſibi ſumme frigidū: tūc ꝓ illū motū calefactiōis eē īfinitū. qꝛ īfinitę velocitatis: nā cū velocitas creſcat ꝑ cremētū ꝓportiōis agētis ad paſſuꝫ: ⁊ in īfinitū augebiť ꝓportio agētis ſupra paſſū: qꝛ in īfinitū diminueť reſiſtētia paſſi per ptē poſt ptē, vſqꝫ ad nō gradū ſtāte potētia agētis vt ſupponiť: ſequiť ꝙ in īfinitum velocitabiť motus: quare mot⁹ ille erit īfinite

Dubiū.

pª rñº.

Replica.

Rño ꝑꝑ

Scdā in

veloꝶ:ſeu infinite intenſus:⁊ ita īfinite factus:⁊ tamen tpe finito. Ad hoc rñdent recētiores ꝯcedendo velocitatē motus illi⁹ fore īfinitā:nō aūt motū illuꝫ. Imaginant̄.n. velocitatem eē mot⁹ affectionē ſiue ꝓpꝛium accidens. Modo ſiue ꝓpꝛia paſſio ſit idē realr̄ cū ſuo ſubo:ſiue diſtincta rōne ⁊ re:nūc ab īfinitate paſſiōis ſequit̄ īfinitas ſubi. Uerbi cā latitudo ꝓpoꝛtionū vno in ꝗto eſſe pōt infinita:⁊ ſupficies ſemꝑ erit finita. Pōt.n. vna ſupficies eē dupla ad ſuā medietatē:⁊ ꝗdrupla ad medietatē medietatis:q̄ ipſi⁹ eſt vna quarta.⁊ ſic īfinitū:vbi pꝫ ipſam nō eſſe īfinitam:licet latitudo ꝓpoꝛtionū ſit īfinita.imo pōt paſſio alicuius ſubi intēdi ⁊ remitti:ſubo nō itēſo nec remiſſo vt ꝗlitates ꝑmꝫ elemētoꝝ:ſm tenētes foꝛmas elemētoꝝ nō ſuſcipe magis ⁊ min⁹. Quo ꝯceſſo dico ꝙ velocitas in motu pōt creſcere ⁊ decreſcere in īfinitū:⁊ nunꝗ̄ mot⁹ erit niſi finit⁹:⁊ in tpe finito. Sed huic obyciunt gdā ſicut ſe hꝫ extenſio ad ꝗtitatez:ita intēſio ad motū ſiue velocitas. Sꝫ extēſio īfinita arguit ꝗtitatē īfinitā.igit̄ velocitas ſiue itenſio īfinita motus arguit motū īfinitum. Pro ſolone ad h̄ debes ſcire ꝙ mot⁹ dr̄ finitus aut īfinit⁹ dupl'r ſm Ariſt.⁊ auerroez:vna rōne ab ſpo mobili:e quo capit extēſionē:⁊ quātitatē ꝑmanētem. Alio mō a ſpacio q̄ dr̄ longitudo in motu locali:latitudo in alteratiōe:extēſio ſiue amplitudo in motu auctionis. Et h̄ dr̄ ſucceſſio in motu. Ex h̄ ſeqt̄ ꝙ ſicut ignis ſm eē ſuū nō eſt itēſibile aut remiſſibile ſm viā cōem:ita motus ea rōne qua mot⁹ aut a ſpacio aut a mobili non dr̄ itenſibilis neqꝫ remiſſibilis:ſꝫ finit⁹ aut īfinit⁹:lōgus aut breuis:⁊ id gen⁹.⁊ vt ignis dr̄ calidioꝛ vel min⁹ calidus ꝑꝑ auctionē vel imminutionem caliditatis:ita mot⁹ dr̄ velocioꝛ aut tardioꝛ ꝑꝑ cremētū aut decremētum velocitatis:q̄ eſt ſibi paſſio:vt caliditas igni. Sequit̄ ſcdo nō valere.motus eſt īfinite veloꝶ:igit̄ īfinit⁹.vt nō valet.ignis eſt īfinite calidus.igit̄ īfinit⁹. Sequit̄ tertio nō ita ſe hr̄e extēſionez ad quātitatem:⁊ velocitatē ad motū.qm̄ extenſio eſt affectio quātitatis:q̄ eſt variabilis ꝑ extēſionem:at velocitas licet ſit affectio mot⁹:mot⁹ tn̄ nō ꝑꝑ velocitatem eſt variabilis: ſed ꝑꝑ finitatē vel īfinitatē. Ex his pꝫ ſolo. Similitudo.n. nō ēſt ad ꝓpoſitū. Bene.n. ꝯcederez motū illū fore īfinite velocē:nō aūt īfinitū. Ariſt.n. vult motū īfinitum eſſe non poſſe tpe finito:q2 aut rōne mobilis aut ſpacij:⁊ ita oꝫ tpꝰ eē īfinito quocūqꝫ ꝯceſſo. Nō aūt hr̄et pro impoſſi motum īfinite velocem eē in tpe finito:ꝗ eēt finit⁹ motus rōne ſpacij aut mobilis.vt eſt i ꝓpoſito: Quib⁹ pꝫ quā īepte ſuiſſeth calculatoꝛ ponat latitudinem motus eſſe īfinitam. Nō eni motui vt mot⁹ cōpetit latitudo:ſed ſucceſſio aut extenſio. Rectius dixiſſet velocitatem mot⁹ eſſe īfinitam:quo non ſequit̄ motum eſſe īfinitum. Hāc ſolōnem nō nulli recentioꝛes balbutiri cęperūt:ſꝫ neſcientes fundamenta Ariſt. niſi ꝗſi ꝑ īſomnia:tādē ad res calculatoꝛis ſe traduxerūt:

Cū aūt id omne moueat̄ aut qeſcat:qͦ aptū eſt moueri quando:⁊ vbi:⁊ quemadmodūꝫ aptum eſt:ipſum qͦ ſiſtit̄ cum ſiſtit̄: moueri neceſſe eſt.ſi enim nō mouet̄:qeſcit.at ad qetē pꝛoficiſci nō poteſt id qͦ qeſcit.

Hactenus de motu:nūc de ſtatu ſiue ſiſtētia ꝓponit dicere.⁊ talem de ſiſtentia concluſionem deſignat.omne qͦ ſiſtitur:cum ſiſtit̄:mouet̄:⁊ ſyllogizat ſic:omne aptuꝫ moueri aut qeſcit aut mouet̄. Sed qͦ ſiſtitur dum ſiſtitur eſt eſt aptum moueri.igit̄ aut mouet̄ aut qeſcit. Mouet̄ aut qeſcit:ſed nō qeſcit.igit̄ mouet̄. Quo vō ad verba attinet: iſtamenō grece latine eſt tum ſtans:tum id qͦ ſiſtit̄. Mō vt themiſtius notat multum refert dicere rem ſiſti:⁊ rem conſiſtere.nam conſiſtere eſt a motu ceſſare. Siſti vō eſt ad ceſſationem tendere:ꝓpter qͦ ſiſti dicūt trāqllari ſiue in qetem tendere.at ꝯſiſtere eſt quieſcere.pꝫ igit̄ recte eſſe dictum ſiſti eſſe moueri.

Cum declarauit. Cōmentum iſtud pꝫ:verū ex ipſo colligit̄ aliqͦ nō moueri:aut q2 nō aptum moueri vt punctus. aut q2 nō ſupra hoc vel illo vt coꝛpus ſupra puncto.aut q2 modo diuerſo:quo dicimus mobile in po⁹ nō moueri modo quo mouet̄ mobile in actu:vel modo diuerſo:q2 nō ita apte:quo modo dicim⁹ teſtudinē nō moueri ſicut lepoꝛē. vult Ariſt.omne aptuꝫ moueri cum oībus his ꝯditionib⁹ aut moueri aut qeſcere.at cum id qͦ ſiſtit̄ ſit aptuꝫ moueri cum omnibus ijs conditionib⁹ aut mouebit̄ aut qeſcet: ⁊ ita arguat̄ vt pꝛius. Reliquum cōmenti pꝫ. Com.67

Quo demōſtrato pꝫ neceſſe eē ⁊ in tempoꝛe ſiſti.omne nāqꝫ qͦ mouet̄ in tēpoꝛe mouet̄.id aūt qͦ ſiſtit̄:moueri oſtenſum eſt.quare neceſſe eſt in tempoꝛe ſiſti.

Pꝛobauit hactenus ꝙ omne qͦ ſiſtit̄ mouet̄:ex hoc facit enthimema:omne qͦ ſiſtit̄ mouet̄.igit̄ omne qͦ ſiſtit̄ in tempoꝛe ipſum ſiſtit̄. Deducit ꝯſequentiā.omne qͦ mouetur in tēpoꝛe mouet̄. Omne qͦ ſiſtit̄:mouet̄.igit̄ omne qͦ ſiſtitur in tempoꝛe ſiſtitur.

Praeterea velocius ⁊ tardius in tpe eē dicimus. Siſti vero eſt ⁊ velocius ⁊ tardius.

Secūdo idez enthymema deducit ſic:qͦ velocius ⁊ tardius mouet̄:in tēpoꝛe eſt. Sed qͦ ſiſtit̄:veloci⁹ aut tardi⁹ mouet̄.igit̄ ſubaudi ꝯclonē:ſiſtit̄ id qͦ ſiſtit̄:in tēpoꝛe.

At vero in quo tēpoꝛe pꝛimo id qͦ ſiſtit̄ ſiſtitur:in quolibet illius ſiſtatur neceſſe eſt. Diuiſo nāqꝫ tēpoꝛe:ſi neutra in parte ſiſtit̄.neqꝫ in toto ſiſtetur.quo fit vt non ſiſtat̄ ipm qͦ ſiſtit̄. Sin in altera:non in toto ſiſtet̄ pꝛimo. In hoc enim per aliud ſiſtitur. Ut de eo qͦ mouetur pꝛius diximus.

Uult diſputare de ijs que de motu diſputauit.vꝫ.vtrum det̄ ꝑma pars ipſius ſiſtere. Ad hoc aūt declarādum ꝓponit expōnem noium.vꝫ.quid eſt itelligēduꝫ per aliqd ſiſti in aliquo tēpoꝛe ꝑmo.⁊ ingt.at vero in quo tēpoꝛe pꝛimo id qͦ ſiſtit̄:ſiſtit̄:in quolibet illius ſiſtat̄ neceſſe eſt.⁊ hoc diſtinguit̄ ꝯtra partem. Qͦ declarat.d.diuiſo nāqꝫ tempoꝛe:ſi neutra in parte ſiſtit̄:neqꝫ in toto ſiſtet̄. Quo fit vt nō ſiſtat̄ id qͦ ſiſtit̄. Sin in altera parte tn̄ ſiſtat̄:nō in toto tempoꝛe ſiſtetur pꝛimo:quia in hoc per partē ⁊ aliud ſiſtit̄ velut qui ſiſteret̄ in die:q2 ſiſtit̄ in mane illius diei. Ut de eo qͦ mouet̄ antea dictum eſt. Sic igit̄ ſiſti aliqd ꝑmo in tpe:eſt in quolibet illi⁹ ſiſti:⁊ nō in quadā pte ſic:in ꝗdam non. Hec eſt expō nominum.

Quēadmodū itaqꝫ qͦ mouet̄ nō eſt in quo pꝛimo mouet̄:ita neqꝫ in quo ſiſtit̄:qͦ ſiſtit̄.

Deſcripſit gd nois eius qͦ eſt aliquid ſiſti in aliquo tpe pꝛimo:nūc ꝙ nihil ſiſti poſſit in aliquo tēpoꝛe pꝛimo declarat:⁊ hoc ꝑmo ꝓponit.⁊ ingt.quēadmodum itaqꝫ qͦ mouetur nō eſt in quo ꝑmo mouet̄: ita neqꝫ in quo ſiſtit̄:qͦ ſiſtitur. Et ſic opoꝛtet dicere de ſiſti vt de moueri: ꝙ ſicut ipſius moueri non datur pꝛima pars motus:ita neqꝫ ipſi⁹ ſiſti. Nam vt in moueri ſemper medietas eſt ante totum: ita in ipſo ſiſti.

Cum declarauit. In iſto cōmēto mouet Auer.dubitationem.videlicet.in quo differt ſiſti ⁊ moueri. Dicit Auerroes ꝙ ſiſti differt a motu ⁊ a quiete:a motu qdem dupl'r: ꝑmo q2 ſiſti ſumitur reſpectu qetis. Moueri reſpectu foꝛmeque per motum acqrit̄. Secūdo q2 ſiſti ſumitur reſpe- Cōmē. 69.70.

ctu habiti. Moueri reſpectu habēdi. A quiete vero ⁊ cōſi-ſtentia differt: veluti via differt a termine vię: qꝛ vt dixit themiſtius ſiſti eſt tendere in qͥetem. ceterum cōmētū pꝫ.

¶ Neqꝫ.n. ipſi⁹ moueri neqꝫ ipſi⁹ ſiſti aliqͩ eſt primū. Sit enīꝫ id in quo primo ſiſtit̃. a. b. hoc qͩem ſane impartibile eē impoſſe eſt. mot⁹ eni in eo nō eſt qͦ eſt indiuiduum. Propterea ꝙ aliquid eius motū eſt. Id aūt qͦ ſiſtit̃ oſtēſuꝫ eſt moueri. At ſi diuiſibile ſit: in quolibꝫ illius ſiſtitur. Cum igit̃ tempus id ſit in quo primo ſiſtitur: ⁊ non indiuiduum. Omne vero tempus ſit diuiſibile in infinita: nihil erit in quo primo ſiſtitur.

¶ Secūdo idem declarat per rōnem: qua vtebat̃ in motu: ⁊ eſt hec aut ipſm ſiſti eſt in indiuiduo temporis: vel in tpe. nō in indiuiduo tpis. qꝛ moueri non eſt in indiuiduo temporis. Sed ſiſti eſt moueri. igit̃ ſiſti nō eſt in idiuiduo tēporis. Si vero ſit in tpe: tūc cum in illo ſiſtat̃ pmo: in quolibet illius ſiſti opꝫ: ſed pars eſt ante totum: igit̃ ſiſtitur in parte ante totum: ⁊ ad huc in parte partis: ⁊ ſic in īfinitū. Sermo eius pꝫ trāſlatione ſola. ¶ Animaduertēdum vt auerroes dicit ꝙ non pōt dari primum tempus in quo primo ſiſtat̃: capiendo pmum pro ęquali ſiue pro ęquato: qꝛ tūc ſic exponeret̃: in hoc ſiſtitur: ⁊ in nullo tēpore ante hoc: nec in aliquo tēpore poſt hoc. igit̃ in hoc ęquate ſiſtit̃. patꝫ ꝙ ſcda exponēs eſt falſa: nam cum hoc ſit diuiſibile: prius ſiſtit̃ in parte pma ꝙ̄ in toto: ⁊ ita ante hoc ſiſtebat̃. omne enim qͦ ſiſtitur: ſiſtitum eſt.

¶ Neqꝫ igit̃ eſt aliqͩ in quo primo quiſcēs ipꝫ qͥeuit. In eo nāqꝫ nō qͥeuit qͦ eſt imptibile. qꝛ nō eſt in idiuiduo mot⁹: in quo ꝟo aliqͩ quieſcit: in eo etiā mouet̃. Tunc enīꝫ qͥeſcere dicimus aliqͩ quando ⁊ in quo eſt aptum vt moueat̃: ⁊ nō mouet̃ aptū. Praeterea tūc qͥeſcere etiam dicimus: cum ſilr̄ ſeſe habꝫ nunc ⁊ pri⁹. nō vno quodā: ſꝫ duob⁹ minimis diiudicātes.

¶ Hactenus de ſiſti: nunc de quiete ſiue qͥeſcere ipſo: ⁊ proponit non eſſe aliquid in quo quieſcens primo quieuit. Ad qͦ probandū ſupponit id in quo aliquid primo quieſcit eē diuiduum ⁊ tempus: qͦ declarat pmo illud in quo qcquā aptum eſt moueri eſt diuiduuꝫ. Id qͦ quieſcit qͥeſcit in eo in quo quicquā eſt aptuꝫ moueri. igit̃ omne qͥeſcens quieſcit in re diuidua. Propterea ait. tunc enim quieſcere dicimus aliquid quādo ⁊ in quo eſt aptum vt moueatur. ⁊ ſic aptum moueri non mouet̃. Secūdo idem probat. prius ⁊ poſterius non ſunt in indiuiduo. qͥeſcere eſt ſe habere eodē modo nūc ⁊ prius. igitur non in idiuiduo qcquā quieſcet. hoc probat: quia non vno quodam inſtāti: ſed duob⁹ minimis ⁊ pauciſſimis quietes dyudicamus. nō enim quia ſilr̄ ſe habet in vno inſtanti: dicimus quicquā quieſcere: ſed qꝛ ſe hꝫ eodē mō in duob⁹ ad minus: ⁊ ita in tempore: cū inter qͥlibet duo inſtantia tempus ſit.

¶ Quare id in quo qͥeſcit non erit impartibile. at ſi diuiſibile ſit: tempus erit profecto. atqꝫ in quolibet illius quieſcet. eodē enim modo oſtēdet̃ quo ⁊ in priorib⁹ oſtēſum eſt. quo fit vt nihil ſit primum in illo.

¶ Tunc arguit tempus in quo quicquā quieſcit eſt diuiſibile: ſed quoniam quieſcit in illo primo: opꝫ vt in quolibꝫ illius quieſcat: ſed pars eſt ante totum. igitur prius quieſcit ī medietate illi⁹: ꝙ̄ ī toto illo: ⁊ ſic de 2ᵃ medietate: quo fit vt nihil ſit primum in illo: cum ſemper pars ſit ante partem in infinitum.

¶ Eſt autēꝫ hui⁹ cauſa: quia omne qͦ quieſcit: ⁊ mouet̃: in tēpore quieſcit ⁊ mouet̃. Tempus aūt nulluꝫ eſt primum: neqꝫ magnitudo: nec omnino ꝯtinuum vllum. Cum omne ſit in infinitum diuiſibile.

¶ Nunc vero generalem cām eius qͦ probauerat: tradit: ⁊ inqͥt. qꝛ non datur primum tempus: neqꝫ prima magnitudo: neqꝫ vniuerſalr̄ primum continuum: cum omne continuum ſit diuiſibile in īfinitum. cum igit̃ qͥeſcere ſit in tempore. igit̃ nō datur primum quieſcere.

¶ Hęc eſt ſecūda. Cōmentum quo ad partem expoſitiuam patet: ibi vero. ⁊ ſciendū eſt: mouet dubitationem: ⁊ inqͥt. ⁊ ſciendum eſt ꝙ tempus quę ponitur cauſa in quieſcente nō eſt vera cauſa. nam diuiſibilitas temporis non eſt cauſa vt quieſcens nō habeat primam parteꝫ: qͦ probat: quia tempus non illius in motu ipſo. de quo magis videtur. igitur neqꝫ in quiete. Com. 73

¶ Et cauſa in hoc eſt. Reſpōdet ꝙ iſte eſt ordo ꝙ diuiſibilitas in infinitum primo reperitur in magnitudine ſiue in qua eſt mot⁹: ſiue ſupra quā ſit motus. ⁊ per magnitudineꝫ inuenitur in motu. ⁊ per motum in tempore. quare magnitudo caret prima parte propter ſe. Motus propter magnitudinem. Tempus propter motum. Hęc quo ad materiā: ſed dices quid ad formam. Ariſt. enim ait tempus eſſe cauſam nō dari primū in magnitudine: poteſt ſuppleri ꝙ tempus nec eſt cauſa quietis: nec effectus illius: cum quies ſit priuatio: quę non ſit per aliquid poſitiuum: ſed per aliquid defectiuum. ⁊ ita tempus neqꝫ eſt quietis cauſa: neqꝫ qͥes temporis. Similiter non dari primum in tempore non eſt cauſa non dari primum in ipſo quieſcere. eſt tamen ſignū: nam tempus eſt effectus motus: ⁊ ita eſt veluti ſignuꝫ poſitiuum motus. ipſius quietis vero pro quāto eſt priuatio motus. Et ita Ariſt. per cauſam intelligit rationeꝫ a ſigno. Sed dubitatur: videtur enim quietis eſſe primam parteꝫ ſiue primum principium: nam motus deſinit aut in motū: aut in quietem. non in motum: quia tūc non deſineret. igit̃ in quietem: vel igitur in totam quieteꝫ vel in primū quietis. non in totam quietem. igitur in primū quietis. ⁊ ita qͥetis erit primum. Secūdo mutatū eſſe in actu: eſt finis motus: vel igitur eſt aliquid quietis vl̄ nihil. Si nihil quietis: ⁊ nihil motus: igitur nec motus habet finem: nec quies habet principium. Dici poteſt ꝙ motus nec deſinit in quietē: nec deſinit in motum. Sed deſinit motus in mutatum eē: qͦ eſt primum non eſſe motus: ⁊ primum extrinſecū quietis. ex hoc non ſequitur dari primam partem quietis: ſed bene primum principium indiuiſibile quietis: vt de motu dixit themiſtius. Ad ſcdm̄ dico ꝙ illud mutatum eſſe nec eſt motus: ne: quies. Sed eſt finis mot⁹ extrinſec⁹: ⁊ pncipium qͥetis: nō tamē prima pars quietis.

¶ Cum autem omne qͦ mouetur: in tempore moueatur. Et ex quodam in qͦdaꝫ mutetur: in quo tempore aliquid ſm̄ ſe mouet̃: ⁊ non in aliquo illius: impoſſibile eſt aliquid eſſe primū quo mouetur. Inſuper quieſcere aliquod eſt penes idem in eodeꝫ tempore eſſe ipſuꝫ ⁊ partem quāqꝫ. ſic enim quieſcere dicimus: cuꝫ in alio nunc atqꝫ alio verum ſit dicere ipſuꝫ atqꝫ

partes penes idem eſſe. Or ſi id eſt quieſcere: non contingit vt ipſum totum in aliquo eodez tempore primo ſit penes idem. eſt enim tẽpus diuiduum omne: quare in alia atqz alia ipſius parte verũ erit dicere penes idem eſſe ⁊ ipſum ⁊ partes ipſius.

¶ Cupiens Ariſtoteles ſatiſfacere ad cauillos Zenonis ſophiſte: p̃mittit ſuppoſitionem quãdam pro ſolõne ad omnes: quãqz per modum cõcluſionis declarat. Et eſt. omne qd̃ mouetur in aliquo toto tempore primo ⁊ ſm̃ ſe: impoſſe eſt id eſſe penes idem numero in aliqua parte illius tp̃is. Uerbi cauſa moueaẽ equus in hora primo hoc eſt in qualibet parte hore non plus nec minus: ⁊ ſm̃ ſe: nõ per ptem aliquã: dico ꝙ equus nõ põt eſſe penes eandẽ numero ſpacij partem in aliqua parte illius hore: ſed continuo erit in q̃libet parte illius in alia atqz alia: hoc eſt penes aliaz atqz aliam partem. Hec eſt concluſio declarãda. vtruz vero ſit vẽis in omnib⁹ alijs motibus: dicemus. Sat ſit nobis nũc eam in motu locali intelligere. Hec aũt concluſio cõtinet duas conditiones: prima eſt ꝙ tale mobile moueaẽ ſm̃ ſe: ⁊ non ſm̃ partem: poteſt enim equus moueri ſm̃ pedem: ⁊ eſſe in eadem ꝑciſe ſtabili parte in tota hora: ⁊ q̃libet parte hore. Secũda eſt vt moueat in aliquo tẽpore p̃mo ⁊ adeq̃te. vz. in hora tota: ⁊ qualibet hore parte: ⁊ non in quadam parte hore ſic: in quadam nõ: q2 tũc poſſet eſſe in eadem ⁊ aliq̃ parte hore penes eandẽ ſpacij partem: vtpote tũc cũz non moueẽ. Ad hui⁹ concluſionis declarationez vult eſſe ĩtelligẽdas quatuor ſuppõnes: duę ſunt per ſe: z⁹ ex duab⁹ ſequens. quarta acceſſoria. Inqt. cum autem omne qd̃ moueẽ: in tempore moueaẽ. Hec eſt prima. ⁊ ex quodã in quodam moueẽ: hec eſt ſecunda. In quo tẽpore aliquid ſm̃ ſe moueẽ: ⁊ non in aliquo illius: impoſſe eſt aliqd eẽ primum quo moueẽ: declarauimus eniz nec eẽ primã partẽ ſpacij: nec primam partem q̃titatis: nec p̃mam partem q̃litatis. Hec eſt tertia ſuppoſitio ſequẽs. Deide ponit quartã acceſſoriam: ⁊ inquit. inſup qeſcere aliquid eſt penes idem numero ſpacium in eodẽ tp̃e ipm̃ ⁊ partes omnes eſſe. ſic enĩ quieſcere dicim⁹: cum in alio nũc atqz alio verum ſit dicere ipm̃ atqz partes penes idem eẽ. Hec eſt quarta ſuppoſitio acceſſoria. Ex his quatuor arguit concluſionẽ: ⁊ inqt. qd̃ ſi id eſt qeſcere vt dicit quarta ſuppoſitio: nõ contingit vt ipſum totum in aliquo eodẽ tempore primo ſit penes idẽ. Probat per locum ab ipſo impoſſi: naz deẽ cõtradictoriũ. vz. ꝙ idem mobile ipſum ⁊ partes in aliqua eadem parte tẽporis ſit penes vnã numero partem ſpacij. eſt enim tp̃s diuiduum omne: quare in alia atqz alia illius tẽporis dati parte: verum erit dicere penes idez eſſe ⁊ ipm̃ ⁊ ptes ipſi⁹: igitur quieſcet: ⁊ ponebatur moueri. igitur idem mouebiẽ: ⁊ non mouebitur.

¶ Or ſi non ſit hac rõne penes idem: ſz in vno temporis nũc: nõ erit in aliquo tempore vllo: ſed in temporis fine. In ipſo vero nũc eſt quidem ſemper penes aliquid manens: non tamẽ quieſcit. nam in ipſo nũc neqz moueri qcquaz neqz qeſcere poteſt. Sed verum qdem eſt in ipſo nũc non moueri. Atqz penes aliquid eſſe. In tempore aũt nihil vt qeſcens eẽ põt. eueniret enim vt id qd̃ ferẽ: quieſcat.

¶ Obijciet quiſpiam aduerſus Ariſt. ſi res quę moueẽ nullo tempore eſt penes aliquid ſpacij: ſuper qd̃ moueẽ: neqz ęqualem ſibi locum obſidet: quo pacto videẽ p̃niuerſũ illud ſpaciuz poſſe cõficere: Soluit Ariſt. penes aliquid ſpacij non tẽpore: ſed momento res ipſa quę mouetur adeſt. momentum porro extremum ⁊ finis eſt tẽporis. Item momento tantũ ęqualem ſibi locum in ſpacio obſidet. in momẽto aũt neqz moueri poteſt neqz quieſcere. ⁊ ita Ariſto. concedit duo. p̃mũz. nihil qd̃ moueẽ in aliqua parte temporis eſt penes aliqd vnũ ⁊ idem ſpacij: ſed cõtinuo in alia atqz alia parte temporis penes aliam atqz aliam ſpacij partez. Secũdum eſt ꝙ in quolibz momẽto tẽporis illius in quo moueẽ continuo eſt penes aliquã partẽ ſpacij ſibi ęqualẽ: in quo. vz. momento nihil moueẽ aut qeſcit: ſed potius nõ moueẽ: nõ tamẽ ſequiẽ: igiẽ qeſcit: ex negatiua enim nõ ſequiẽ affirmatiua. Et ita pz ſolo ad argumẽtũ: ꝙ illud mobile peragrat vniuerſum non per hoc ꝙ in qualibet parte tẽporis ſit ſemper penes aliquã ſpacij partem ſibi ęqualẽ: ſed q2 in quolibz illius tẽporis momento eſt penes aliquã partem ſpacij ęqualem. Hoc autem exponit themiſtius ꝙ res q̃ moueẽ in quolibet tẽporis momẽto eſt penes aliquã partẽ ſpacij ęqualẽ potestate. vz. ⁊ fictione noſtra: nõ actu alioqn res conſiſteret: ⁊ tempus in momenta infinita diuideretur actu.

¶ Uult declarare. Cõmentum pz: verum in fine addit hãc Cõ. 74
¶ Arguebat a parte facti Ariſto. lationis finitudinem: nūc a parte fieri: quaſi ex dictis inferēdo arguit dicēs Si igit̄ id quod feret̄ in aliquid mutatur vt in finē: ita vt ſuapte natura ſit poſſibile mutari in illud vti in finem: fit vt motus non ſit infinitus: ⁊ fit vt neq; quicq̄ per infinitū feratur: q; tale infinitum nunq̄ tale mobile pertranſibit. Ex his concludit ꝙ in rei veritate omnis mutatio tam naturalis q̄ animalis: q̄ etiam celeſtis: vt Themiſtius addit duobus terminis claudatur: ⁊ inquit. ꝙ quidem igitur ſic non ſit infinita mutatio: vt finibus non ſit terminata: perſpicuum: cū enī omnis mutatio ſit ad aliquid: etiā eſſe debet ab aliquo: ⁊ ita finibus clauſa: licet non appareat: vt diximus. Sed dicēs contra. qm̄ motus celi eſt infinitus duratione. igitur non poteſt finibus claudi. ¶ Innuit Themiſtius ſolutionem ⁊ inquit motum celeſtem eē finitum ſi ad magnitudinem ſpectes: ſi vero ad tempus reſpicias: poterit vnus idemq; ſpē motus infinitus atq; etern⁹ iſti tui. qui ſuper finitam nihilominus magnitudinē alternando cōmeandoq; digeratur: ⁊ rurſus īcipiat. ⁊ ita vult celeſtem motū claudi finē magnitudine ipſa: ⁊ eſſe eternū ſpē nō numero: qd̄ quo pacto ſit exponēdū. in 8°. explo: abit̄.

¶ Utrum vero ſic eſſe poſſit vt vna ⁊ eadem infinita ſit tempore: conſiderandum eſt. Ubi enim vna quidem non fiat: prohibebit fortaſſe nihil. veluti ſi poſt lationem alteratio ſit: ⁊ poſt alterationem auctio. ⁊ generatio rurſus poſt hāc. Sic enim ſemper quidem tempore motus erit: Sed non vnus: quia ex vniuerſis vnus non eſt. vt autem vnus infinitus tempore fiat preter vnu; non poteſt. haec autē vna: ipſa. v;. conuerſio.

¶ Ultimo Ariſt. diſputat an modo aliquo motus ipſe eſſe poſſit tempore infinitus. ⁊ hoc inquit. vtrū vero ſic eē poſſit vt vna ⁊ eadē mutatio infinita ſit tp̄e: ꝯſiderandū eſt. hec ē dubitatio. Rn̄det ꝙ motus dici pōt vnus aggregatione: qua rōne latio: alteratio: gn̄atio ⁊ auctio ſunt vnus motus: q; quodam ſucceſſu cōnectunt̄. Alio modo vnus ſpē ⁊ formaliter ſm̄ numer̄: quo diceremus motū gnis eē vnū: q; vnus mobilis: ī vno tp̄e: ⁊ reliqs modis. Tūc Rn̄det ꝙ capiēdo motū vnū primo mō hoc ē vnitate aggregationis: ſic mot⁹ vnus eē pōt tp̄e infinitus: ſ; ſumēdo motū vnū ſimplr̄: ſic nullus eē pōt niſi ꝯuerſio celeſtis. inqt. vbi. n. mutatio vna qdē nō fiat ſimplr̄. ꝓhibebit fortaſſe nihil motum eē tp̄e infinitum. veluti ſi poſt latione ſit alteratio. poſt q̄ alteratōem auctio: ⁊ generatio rurſus poſt hāc: ſic qdē tp̄e ſp̄ motus erit: q; cōuertet̄ e gn̄atione in lationem: e latione in alteratione: ab alteratione ī auctionē: ex hac ī gn̄ationē: ⁊ h̄ īfinities: ſ; nō vn⁹ ſimplr̄: q; ex vniuerſis vnus nō ē. vt āt vnus īfinitus tp̄e fiat: ꝑter vnū nō pōt. hec aūt vna ē. v;. ꝯuerſio ipa. Quare vnitate aggregatōis illud eē pōt. vnitate ſimplr̄ nō niſi ī circulo. de his tm̄ latius in 8°. diſputabit̄. ⁊ ſic ē finis ſexti lib. ad laudē dei.

Finis ſexti.


Auerroes Comm.

Auerroes

dubitatio Solu Themi.

¶ Ariſtotelis phyſice auſcultationis ſeptim⁹ qui eſt de motibus Auguſtini nipho interprete ⁊ expoſitore.

Omne quod mouetur: ab aliquo moueri neceſſe ē. Si quidem enim in ſe motus principium non habeat: ab alio pȝ ipſum moueri. Sȝ ſi in ſe habeat: accipiatur ipſum in quo ſit a.b. quod quidē moueatur non ex eo quia quid ſui mouetur. primum igitur ipſum a.b. putare a ſe moueri quia ⁊ totum mouetur ⁊ a nullo externo. Simile eſt ac ſi quis putet ipſum d.e.ȝ. moueri a ſe: per hoc ꝙ dum d. mouet e.ȝ. ſimul mouetur totum d.e.ȝ. quia non diſcernitur vtrūȝ ab vtro mouetur: vt vtrum ipſum d.e. ab ipſo e.ȝ. aut ipſum e.ȝ. ab ipſo d.e.



sectio libri

¶ Omnes expoſitores ſentiunt Ariſto. hoc in .7°. velle pertractare de motu ipſo ratione habita ad motorem: ⁊ mobile: ē quibus proficiſcitur. Nam ex hoc declarabit̃ motū eternum eſſe: motoremq̄ȝ ⁊ mobile eterna. Qua rōne primum mobile eē: ⁊ primum motorem immobilē. Incipit

conclusio

aūt a comparatione motus ad motorem: ⁊ ponit talē concluſionem. ¶ Omne quod mouet̃ ab aliquo moueri neceſſe eſt. Circa quā primo declarat. in quibus ꝯcluſio pȝ: ⁊ in quibus latet. deinde demonſtrat illā per rōnes. Concluſio itaq̄ȝ pȝ in his que ab extrinſeco mouent̃: vt mota violenter. hec.n. moueri ab alio. manifeſtū ē p ſe. latet vero ī motis ab intrinſeco: vt aīalia. Oē.n. animal mouet̃ a ſe: quo fit vt primo aſpectu videat̃ a nullo alio moueri. Sȝ oſtendit: ꝙ licet aīal nō videat̃ moueri ab alio: nō pp hoc valebit: igit̃ de facto ita ē ꝙ non mouet̃ ab alio. Ħ declarat exēplo. inqt ſed ſi in ſe habeat principiū motus: vt animal: accipiat̃ ipſum in quo ſit a.b. quod quidē moueatur nō quidē qꝛ quid ſui mouet̃: tūc oſtendit conſequentiam nō valere. vȝ. non apparet moueri ab alio. igit̃ non mouetur ab alio. ⁊ inquit primum igitur ipſum a.b. putare moueri a ſe: qꝛ ⁊ totum mouet̃ ⁊ a nullo extraneo. ſimile ē ac ſi qs putet ipſȝ d.e.ȝ. moueri a ſe p Ħ ꝙ dū d.e. mouet e.ȝ. ſimul mouet̃ totuȝ d.e.ȝ. q2 nō diſcernit̃ verū ab vtro mo-

deceptio expoſitoris noui.

uet̃: vt vtrum ipſum d.e. ab ipſo e.ȝ. an ipſum e.ȝ. ab ipſo d.e. ¶ Hec deceptio poteſt declarari in aīali: vt nouus expoſitor exponit: aīa.n. mouet corpus per ſe: ⁊ corpore moto mouet̃ aīa: vt mota naui nauta mouet̃. qua rōne fit vt aīa mouente corpus: ⁊ et animal totum moueatur: cuȝ etiā anima ipſa moueatur: ſaltem per accīs. Ignorantes itaq̄ȝ que pars animalis quā partem moueat: ⁊ vidētes aīal totum moueri: aīal ſe moueri ſm totum autumāt. erit igitur deceptio quatenus ignoramus que pars quam partē moueat. Os ſi ſciremus animam per ſe mouere corpus: ad cuius motum totum animal per ſe mouet̃: ſciremus totum ipſum moueri a parte: vt ē aliquo mō alia a toto. ⁊ ſic ſciremus motum ab intrinſeco moueri etiam ab alio.

¶ In hoc tractatu. Auerroes primo preponit partis intentionem. vȝ. vtrum oē motum habeant motorem. cuius intentionis cauſa ē: qꝛ ſenſui apparet aliquid moueri abſq̄ȝ ſenſibili differētia inter motum ⁊ motorē: vt quatuor elemēta: in quibus ſenſu non diſcernimus differētiam inter motorē ⁊ rem motam. quare hic credidere ita eē ī ✝ ✝ ✝. pri. fund.

¶ Et quidam vidēt: circa hāc demōſtrationē expoſitores differēter loquūtur. nam quidam demōſtrationem hanc infirmant: vt galienus in libro ꝯ̄ demōſtrationē Ariſto. Alij (vt themiſtius) hanc demōſtrationē ſuperfluere ꝯtēdūt: cū in 8°. huius res hec latius declaretur.

¶ Et qꝛ rex. Motorū alia mouent̃ ab extrinſeco: vt proiecta. alia ab intrinſeco vt aīalia. itex eox que mouētur ab intrinſeco: quedam mouētur rōne partis: vt. qnto huius diximus: vt qn̄ egrotat homo ob ophthalmiam: aut podagram. totus enim homo egrotat ꝓpter partis egrotationē quedam mouent̃ p ſe ⁊ primo: vt aīalia: aīal.n. mouet̃ ſm totum: qꝛ pars eius mouet totū p ſe: ⁊ ſe ipſam p accīs. vn̄ ait ꝙ motū primum in aīalibus ē corpus: qd nō mouetur ſm totum: eo qꝛ pars eius mouēdo ſe mouet totum. igit̃ aīa mouet corpus primo: ⁊ in corpore mouet̃: ⁊ ita corpus eſt primum motum ſm ordinē: ⁊ compoſitum ex aīa ⁊ corpore primū motū ſm equatione. Ariſt. igit̃ p a.b. primuȝ motū intelligit motū ſm totū: ⁊ non ſm ordinem. intriſec

¶ Quo hoc intellectū. Ex hs affert cām erroris galieni ⁊ aliox. galienus.n. credit eē aliqd motū ex ſe: ⁊ nō ab extrinſeco vt eē plato ſentit. ⁊ p hoc credit demōſtrationē Ariſt. eē falſam. Deceptus ē galienus: nam vult Ariſt. aliqd moueri a ſe: ⁊ illud moueri ab alio: a ſe qdē: quatenus non ab aliquo extrinſeco: ab alio vero quatenus a pte mouet̃: q̄ ſeipſam mouet. Cetera cōmēti patēt. ¶ Sed circa dicta Ariſt. ⁊ auerrois querūt primo. vtrū ſit p ſe notū oē motū ab extrinſeco moueri ab alio. Et vr̃ ꝙ non: qꝛ proiectum eſt motū ab extrinſeco: ⁊ nō ē manifeſtū e quo mouet̃: nā alij volunt ipſum moueri a virtute impreſſa: alij e ꝯtinēte: alij aliter. Rn̄dēt recētiores per regulaȝ ſcdi prior. ⁊ 7^mi topicorum aliquod eſſe notum in vniuerſali: ⁊ ignorari in particulari: vt de mula conſtat. ē enim notum per ſe omnē mulam ſterilē eē ⁊ tamē ignotū an hec mula que ī vtero ē: ſit ſterilis. ¶ Sȝ dices ꝯtra. oē motū ab extriſeco ab alio mouet̃. de p ſe ſcito. oē proiectum ē motum ab extrinſeco. igit̃ oē proiectum mouetur ab alio de p ſe ſcito. ⁊ ſic vt p ſe ſcitur in vlī: ita ſcit̃ in pticulari. ¶ Defēdi poſſūt recētiores iſti qꝛ logice loquunt̃: ꝙ ex maiori d̄ neceſſario vl̄ p ſe ſcito: ꝯcluſio ē neceſſaria cū reduplicatione medij: vt philoponus ⁊ auerroes voluīt pmo prior. Qua rōne erit concluſio hec. igit̃ oē proiectuȝ mouet̃ ab alio de p ſe ſcito lquātū motū ab extriſeco. ¶ Scdo dubitāt. qꝛ ſi vr̃ ſilē de toto a.b. ⁊ d̄ toto d.e.ȝ. nā a.b. mouet̃ qꝛ ipȝ a. mouet b. Sed d.e.ȝ. mouet̃ qꝛ d. mouet e. ⁊ e. mouet ȝ. igitur nō ſūt ſimilia. ¶ Aiaduertēdū ꝙ Ariſt. p a.b. intelligit aliquod motum: quod mouet̃ e parte ſua qualitatiua vt ab aīa: q̄ rōne celum fortaſſe mouetur. Aīa.n. celi mouet corpus celeſte primū ad cuius motū totum celum mouetur. p ſpm vero d.e.ȝ. intelligit animal: cuius ſunt tres partes. anima vȝ. cor: ⁊ reliquū corporis. modo aīa pmo mouet cor: ⁊ mediante corde mouet reliqua mēbra: totumq̄ȝ corpus. ſunt igitur ſimilia: ⁊ diſſimilia. Quātum quidē ad modum mouēdi ſimilia ſūt: qꝛ vtraq̄ȝ e parte mouētur. intrinſecoq̄ȝ motore. Quantuȝ vero ad motorē differunt: nam a.b. mouetur primo e ſua parte qualitatiua vt ab aīa. qua ratione diximus celum ipſuȝ moueri. d. vo e.ȝ. ſic mouetur e par-

Margin notes: prima dubitatio. Replica. Defenſio. Secunda dubitatio. expoſitio Ariſtot.

Omne q mouetur ab alio mo / probatur sic / oē q nō ab alio mo nō quieſcit ad quietem alterius: [illegible] per conuerſionem per contrapoſitionem: oē q quieſcit ad quietem alterius ab alio mo [illegible] q quieſcit ad quietem alterius [illegible] ab alio mo [illegible] oē q mouetur quieſcit ad quietem alterius [illegible] oē q mo ab alio mo [illegible] [illegible] quieſcit ad quietem alterius [illegible] oē q mo quieſcit ad quietem alterius [illegible] antecedens [illegible] diuidatur in duas partes [illegible] a·b· [illegible] quieſcit·b altera pars [illegible]

concludimus q [illegible] motum · quieſcit ad quietē alterius g° oē q mo quieſcit ad quietem alterius [illegible] ex [illegible] oē q mo ab alio mo //

de quantitatiua:qꝛ corpus mouet̃ e corde moto:⁊ ita totũ mouetur eo ꝙ vna pars q̃titatiua mouet aliaʒ:⁊ ita dif- ferunt:ꝙ totũ a.b mouet̃:qꝛ vna pars qualitatiua mo- uet alterã:totum vero d.e.ʒ.mouet̃:qꝛ vna pars q̃titati- ua mouet alterã. Et q̃tuʒ ad h̄ nõ intelligit Ar.

Tertia du- bitatio. ¶ Tertio dubitãt.qꝛ dicit Auerro.calorem moueri per accñs ⁊ intelligit:qꝛ calor mouet corpus ad cuiꝰ motũ mouet̃:vt nauta in naui:⁊ idẽ de aĩa ipſa vult intelligere. Modo h̄ vr̃ dubiuʒ:qꝛ oẽ mobile per ſe eſt diuiſibile per ſe.6.phy- ſicoꝝ:⁊ mobile per accidẽs diuiſibile ꝑ accñs:vt in libro de ſuba orbis.igit̃ ſi aĩa ⁊ calor ſunt per accidẽs mobiles erunt ẽt per accñs diuiſibiles:qꝺ negatur de aĩa.eſt eniʒ ipſa (vt cõiter dicitur) tota in toto ⁊ tota in q̃libet parte.

Rñſio. ¶ Reſpõdendũ apud Auerro.ꝙ aĩa eſt in duplici drĩa: qꝛ q̃dam eſt e qua depẽdet ſubiectuʒ:⁊ ipſa nullatenus e ſubiecto:vt aĩe celoꝝ p̃mo phyſico.cõ.63.q̃daʒ e qua de- pendet ſubiectũ:⁊ ipſa e ſubiecto:vt animę aĩalium. Hę eniʒ dicũtur formę cõſtitutę per ſubta:hoc eſt dependen tes in eẽ ⁊ in cõſeruari a ſubiectis:aię p̃mę ⁊ animę ſecũ- dę ambę mouent̃ per accñs ad motũ corpoꝝ:aię gdem celoꝝ ſm̃ eſſe realę mouent̃ per accñs ad motũ celoꝝ:ꝑ hoc ꝙ eaꝝ ſubta mouent̃:vt octauo phyſic.com.52.⁊ iõ cum ſint independẽtes:ſunt idiuiſibiles.at animę aĩaliũ cum ſint ꝯſtitutę per ſubta mouent̃ per accñs:⁊ cõſtitu- untur a ſubiectis in eẽ diuiſibili:quẽadmodũ ipſę conſti- tuuntur in eẽ:atʒ.n.in eẽ collocent̃ ⁊ exiſtãt e ſubtis:etiã in eſſe diuiſibili ꝯſtituunt̃. Et in h̄ Auer.diſſentit a lati- nis. Illi eni generatim omnes animas idiuiſibiles: au- tumãt. Auer.vo celeſtes idiuiſibiles aĩales diuiſibiles.

¶ Amplius qꝺ a ſeipſo mouetur:id nunq̃ʒ ex eo moueri deſinet:qꝛ aliqꝺ aliud moueri ceſ- ſauit:igitur ſi quid ex eo moueri deſinit:quia aliud quoddaʒ ſtetit:id ab alio moueatur ne- ceſſe eſt. Hoc.n.patefacto.oẽ qꝺ mouet̃ ab aliquo moueatur neceſſe eſt.

Intẽtio ¶ Hactenus in qbus concluſio pateat:in quibuſue late- at:declarauit:nũc vero ꝓbat veritatem ꝯcluſiõis ſimplr̃

Syllus. per rõnem. ¶ Vñ põt ratio ex textu lecto:⁊ p̃tũ ita cõ- poni:oẽ qꝺ ab extremo mouet̃ ab alio mouet̃:⁊ oẽ quod ab intrinſeco mouet̃ ab alio mouet̃:ſed oẽ qꝺ mouet̃ ab extremo:aut intrinſeco mouet̃.igitur oẽ qꝺ mouetur ab alio mouet̃:minor eſt manifeſta per ſe:maior vo q̃tũ ad

Syllus. primã partẽ ſenſu pʒ. ¶ Secũda autẽ in qua erat qꝺ:ſic hypothetice declarat̃.ſi aliquid qꝺ mouetur:quieſcit ad quieteʒ alterius:ab alio mouet̃. Sed oẽ qꝺ mouet̃ quie- ſcit ad quietẽ alteriꝰ:igit̃ omne qꝺ mouetur ab alio mo- uetur. Syllus eſt hypotheticus ꝯtinuus a poſitione an- tecedẽtis ad poſitioneʒ ꝯſequentis.maior declarat̃ ꝑ cõ- uerſionẽ ꝑ ꝯtrapoſitionẽ ſic:qꝺ per ſe ipʒ mouet̃:nõ qe- ſcit ad quietẽ alteriꝰ:igit̃ ꝑ ꝯuerſionẽ per ꝯtrapoſitionẽ: ſi aliqꝺ deſinit moueri alio qeſcente:ab alio mouebit̃:q̃ fuit maior.inqt. Amplius qꝺ a ſeipſo mouet̃: id nũq̃ʒ ex eo moueri deſinet:qꝛ aliud moueri ceſſauit.hãc petit ex qꝺ nõis moueri per ſe:igit̃ per ꝯuerſionẽ per cõtrapoſi- tioneʒ ſi qꝺ ex eo moueri deſinit:qꝛ aliud qꝺdam ſtetit: id ab alio moueat̃ neceſſe eſt:hęc eſt hypothetica ⁊ ma- ior:deinde ponit añs quę fuit minor:⁊ inqt.hoc eni pate- facto:hęc eſt poſitio añtis.infert poſitionẽ conſequẽtis:q̃ fuit concluſio:⁊ inqt.omne qꝺ mouet̃ ab aliquo mouea- tur neceſſe eſt. Hęc poſitio añtis ⁊ concluſio.

¶ Cũʒ eniʒ ipſuʒ a.b.moueri ſit ſumptum:di uiſibile erit:omne nãq̃ʒ quod mouetur diui- ſibile eſt:ſit igitur diuiſum in g.igitur g.quie- ſcente ⁊ a.b.quieſcat neceſſe eſt.

a g b

¶ Erat minor ꝓſyll̃i:ſed omne qꝺ mouet̃:quieſcit ad qe- tem alterius. Hanc nunc ſic ꝓſyllogizat:omne diuiſibile qꝺ mouetur:quieſcit ad quietem alterius:omne qꝺ mo- uetur eſt diuiſibile:igitur omne qꝺ mouetur quieſcit ad quietem alterius. De rõne accipit minorem tñ p̃mo in exemplo.d.cũ eniʒ ipſum a.b.moueri ſit ſumptuʒ:diuiſi- bile erit.hęc eſt minor in exemplo:ſed vl̃is minor eſt:oẽ nãq̃ʒ quod mouetur:diuiſibile eſt:deinde adycit caſum: ⁊ inqt.ſit igitur ipſuʒ a.b.diuiſum in g.quo quidem ſtãte in textu proximo probabit maiorem huius proſyllogiſ- mi:deinde infert concluſionem. Et ſermo pʒ. Ordo lr̃e. Proſyllus.

¶ Nã ſi non quieſcat:ſumatur igitur ipſum b. g.moueri. Si enim quieſcente ipſuʒ a.g.mo- uetur:non igitur per ſe mouetur ipſuʒ a.b.at per ſe primo moueri ſupponebatur:patʒ igi- tur ipſo g.b.quieſcente ⁊ ipſum b.a. quieſce- re:at tunc ceſſare moueri. Sʒ ſi qꝺ ex eo mo- ueri deſinit:qꝛ quieſcit aliud:id ab alio moue tur:patet igitur ꝓpter hoc omne qꝺ mouet̃ ab aliquo moueri:omne eniʒ quod mouetur diuiſibile eſt:parteq̃ʒ quieſcente totum ipſuʒ quieſcere.

¶ Maior proximi ſylli erat.omne mobile diuiſibile qe- ſcit ad quieteʒ partis:quã nõ expſſit:nunc ꝓbat illam per impoſſibile:⁊ vult ipſam eẽ expſſam:⁊ p̃mo arguo ſic. nõ in terminis.ſi totum motum diuiſibile non qeſcit ad quietem partis:igit̃ poteſt moueri altera parte qeſcente: ſed qꝺ mouetur altera parte quieſcente:mouetur altera parte mota:igit̃ mouet̃ ſm̃ parteʒ:⁊ ſm̃ partẽ qeſcit:igit̃ non mouet̃ per ſe p̃mo:qꝛ moueri ꝑ ſe p̃mo ẽ moueri ſʒ totũ:⁊ ſic ex oppoſito ꝯñtis infert̃ oppoſitũ añtis. Ariſt. tamen vtitur terminis ignotis.d. Nã ſi non qeſcat ipſum motuʒ diuiſibile qeſcente parte:ſumat̃ igitur ipſum b.g. qꝺ erat altera ps moueri:ꝓpter cuiꝰ motũ totum ipſum a.b.moueri dicatur per ſe primo:accipit ꝯuerſam:vt infe rat intentum:⁊ inqt. Si eniʒ ipſa b.g.parte quieſcente ipʒ a.g.mouetur qꝺ eſt altera pars:ad cuius forte motũ mo- uetur ipſuʒ totum a.b.nõ igitur per ſe mouetur ipſum a. b.at moueri per ſe primo ſumebatur:⁊ ita pʒ ipſo g.b.qe- ſcente:⁊ ipſum b.a.quieſcere:deinde repetit totam ratio- nem:⁊ patet. ¶ Animaduerte ꝙ Ariſto.ponit primo b. g.moueri:poſt mutat caſum ⁊ ponit ipſuʒ quieſcere:mo- ta altera parte g.a. Et hoc ideo vt oſtendat pluribus mo- dis:⁊ varÿs rationibus ſequi idem. Ordo litere

¶ Quia manifeſtum. Primo Auerro.format rationẽ lit- terę. Scda ibi.(Declaratũ eſt igit̃)digredit̃ circa ſpẽʒ demõſtrationis Ariſto. ¶ Quãtum ad p̃maʒ format ra- tioneʒ duplr̃. Scda ibi.(Et neceſſe eſt hic eſſe)De p̃ma forma accipit p̃mo:omne qꝺ nõ mouet̃ ab alio nõ ceſſat per ceſſationem alicuiꝰ:qm̃ nõ qeſcit niſi a ſe:⁊ per ſe. Com.2.

¶ Seqtur. Ex hac ꝓpõne infert conuertenteʒ.d.igit̃ per conuerſionem per cõtrapoſitionem.omne qꝺ ceſſat per ceſſationẽ alteriꝰ a motu.mouet̃ ab alio:eſt igit̃ vna ps antecedẽtis.omne qꝺ ceſſat ꝑ ceſſationeʒ alteriꝰ a motu: mouetur ab alio.

¶ Et cum poſuit. Secũda propoſitio antecedentis eſt.oẽ quod mouetur eſt diuiſibile:verum anteq̃ʒ hanc ponat: intercipit vnum per modum parentheſis:ꝙ.videlʒ.illud per cuius quietem motum ipſum ceſſat moueri eſt non

vna ratione:q2 aut eſt ipſe motor:vt animal ceſſat moue ri quotiens ceſſat moueri cor:quod eſt animalis motor: aut pars: vt ceſſat podagrizare homo:cuꝫ pes non poda grizat:aut fuerit corruptio motoris vel partis.Et ſi nul lo horum ſit modorũ:erit ceſſatio a motu per accidẽs: quibus ſumptis:accipit ſecũdam parteꝫ antecedẽtis.vꝫ. omne quod mouetur eſt diuiſibile.Tũc illis ſumptis in antecedẽte infert ꝯſequens ꝙ apparet ex hoc omne mo tum moueri ab alio.Formetur igitur ratio per modum enthymematis.omne quod quieſcit ad quieteꝫ alterius: mouetur ab alio omne motuꝫ eſt diuiſibile:igitur omne quod mouetur mouetur ab alio.

¶ Deinde incepit narrare. Nunc declarat conſequentiã primo in terminis:deinde per impoſſibile:quę res ex de claratione textus patent.

¶ Et hoc quod dixit.Auerroes hic refellit opinioneꝫ Ga lieni.voluit enim Gal.eſſe motum per ſe:ꝛ illud non ceſ ſare a motu ceſſante parte.imo hęc ſtant ſimul ꝙ ſit mo tum per ſe:ꝛ pars quieſcat:q2 poteſt moueri per ſe ratio ne alterius partis.Cauſa huius expoſitionis eſt:q2 ipſe in telligit per motum per ſe illud quod non mouetur p ac cidens:ſiue moueatur per partem:ſiue vniuerſalr per to tum.Contra hoc ſumit Auerro.Ariſto.intelligere motũ per ſe:motum primum ſm ſe ꝛ quodlibꝫ ſuimõ illud qȯ mouetur per partem:ideo errat Gal.in expoſitione hui⁹

Dubitatio. loci.¶ Sed ambiges contra reſponſionẽ Auerro.nam totum mobile incipit moueri cuꝫ aliqua eius pars inci pit moueri:q2 non alio incipit totum moueri ꝗ̃ pars:igi tur ſi pars mouetur totuꝫ mouetur:ſed pars poteſt mo ueri altera parte quieſcẽte:igitur totuꝫ poteſt moueri:al

R[illegible]. tera parte quieſcente:ꝛ hęc erat mens Gal.¶ Reſpõde tur pro Auerro.ꝙ parte quieſcente totum poteſt moue ri cathego^ce tentuꝫ:ꝛ hoc non negaſſet Auerro.ſꝫ Ariſto. ꝛ Auerro.volunt parte quieſcente non moueri totuꝫ per ſe.Modo ratio debet ſic formari.totum mobile incipit moueri per ſe:cum aliqua pars incipit moueri per ſe:ꝛ h̃ negatur:quia ad hoc ꝙ aliquid per ſe moueatur:oportet vt per ſe totum moueatur.

Sc̃da forma. ¶ Et neceſſe eſt hic.Secũdo format ratioñeꝫ alio modo:

ſyllogiſmi. ꝛ petit primo ꝙ cuiuſlibet rei naturalis eſt dare aliquod

P̃ma petitio. motum primuꝫ intelligendo per motum primum:mini muꝫ illius:vt in igne minima pars quę poteſt eſſe in actu ꝛ in motu animalis:minima pars quę poteſt mouere ani mal:vt minimum cordis.

Sc̃da. ¶ Et manifeſtuꝫ eſt. Petit ſecũdo primuꝫ ſiue minimum motuꝫ quieſcere cum pars illius quieuerit:naꝫ ſi nõ:tũc non eſſet minimuꝫ:q2 haberet partem per quã poſſꝫ mo ueri:ꝛ alteram per quã poſſet quieſcere:ꝛ ita haberet du as partes actuales:quaꝝ quelibꝫ eſſet de ſe alicui⁹ ope ratiua:quare non eſſet minimũ:vt ſupponebatur.

Tertia. ¶ Cuꝫ igiẽ. Nunc ex hac ſecũda ſuppoſitione ꝯcludit ter tiaꝫ:ꝙ.vꝫ.tale primũ motum ab alio mouetur:ꝛ ſyllogi zat ſic.oẽ quod q̇eſcit ad quieteꝫ alterius mouet̃ ab alio: vt in alia ratione eſt demonſtratũ:primuꝫ motum quie ſcit ad quieteꝫ alterius:vt in ſecũda ſuppoſitione eſt de mõſtratuꝫ:igiẽ primuꝫ motũ mouet̃ ab alio.

Syll[illegible]. ¶ Et q2 omne motũ. Jis tribus ſtantib⁹ Auerro. intendit talem rationeꝫ.omne motuꝫ primũ mouetur ab alio:vt per ſuppoſitiones has pꝫ.omne habẽs primuꝫ motũ mo uetur ab alio:q2 ſalteꝫ ab eo a quo mouet̃ primũ motuꝫ: ſed omne quod mouetur per ſe aut eſt primuꝫ motũ:aut hñs p̃mũ motũ:igiẽ oẽ motũ p ſe:ab alio mouet̃.

Vtilitas. ¶ Et in hoc erat.Tãgit vtilitateꝫ rationis. quaſi volens de aĩalibus rationes haſce eẽ perſpicuas nam animalia moueri ab alio pꝫ:ſed q2 dubium erat in elemẽtis:hę ra tiones de elemẽtis efficaces ſunt ad hoc vtiles.¶ Sed


Dubita. dices.p̃ma ſuppoſitio videtur ſuperflua:q2 abſqꝫ illa de

Solu. mõſtratio fieri poteſt.¶ Dicẽdum ꝙ illa ſuppoſitio ſu perfluit ad ſyllm litterę:ſed eſt vtilis ad terminos:q2 qs poſſet dicere quid eſt primuꝫ motum:ideo petijt dari p̃ ma mota:ꝛ illa eſſe minima mota.

An dem[illegible] ¶ Declaratum eſt igitur.Ex hoc concludit Auerro.qualis

ſtratio ſi eſt demõſtratio Ariſt.ꝛ vult eſſe demõſtrationem ſigni.

ſigni. ¶ Animaduerte ꝙ omnis demõſtratio reſoluit̃ in duas ꝓpoſitiones ꝛ tres terminos p̃mo prioꝝ: termini igitur ſunt:ab alio moueri:quieſcens quiete alterius:motũ vel qȯ mouet̃: vtpote ab alio mouet̃ q̇eſcẽs q̇te alteri⁹ qȯ mouet̃.



¶ Vult mõ Auer. demonſtrationeꝫ hanc eſſe ſigni. ¶ Hoc auteꝫ ex ponit recentiores ꝙ ẽ ſigni:quia ab effectu:nam b.hoc eſt q̇eſcere ad quie teꝫ alterius eſt ef fect⁹ ipſi⁹ a.h̃ ẽ eſ⁹ qȯ mouet̃ ab alio. Jdeo.n.aliqd q̇eſcit ad q̇tẽ alterius:

R[illegible] q2 ab alio mouet̃.¶ Sed h̃ ſtare nõ põt:q2 nec mot⁹ eſt

Confuta[illegible] cũ quietis:nec q̇es motus:vt nec cecitas eſt cũ viſus:nec viſus eſt cũ cecitatis:melius igiẽ eſt dicẽda demõſtratio ſigni:ꝗ̃ in plus eſt apud Auerro.ꝗ̃ demõſtratio ab effe ctu. Habere.n.lac eſt ſignũ partus:nõ autem effectus:vt Philoponus inqt in p̃mo de anima:mõ nos ꝯcludimus peperiſſe ꝓpter habere lac.ſic in ꝓpoſito q̇eſcere ad q̇e teꝫ alterius eſt ſignũ ꝙ quoddaꝫ moueatur ab alio:nõ tñ

M[illegible] illius effectus:nec illi⁹ cã:ꝛ hoc ignorarũt moderni.

¶ Et põt quis dicere. Mouet q̃õnem contra Ariſto.erat enĩ ſyllogiſmus.oẽ quod q̇eſcit ad q̇teꝫ alterius: mouet̃ ab alio.omne qȯ mouet̃ põt quieſcere ad q̇tẽ alteri⁹.igiẽ omne qȯ mouet̃:ab alio mouetur.Cõtra minorem inſtat dupl̃r.p̃mo de cęlo ipſo:naꝫ cęlum ipm mouet̃:ꝛ nõ põt quieſcere ad q̇etem ptis:qm̃ nulla illius pars põt q̇eſcere cũ totũ neceſſario mouet̃.ſc̃do aĩa Platonis ꝗ̃ eſt anima mundi mouetur ꝛ tamẽ non poteſt quieſcere ad quieteꝫ partis:cum non habeat partem.

P⁹ reſſa. ¶ Ad hoc dicẽdum. Reſpõdet ꝙ illa ꝓpoſitio.omne qȯ mouet̃ põt quieſcere ad q̇etem partis.eſt vno mõ vera: ꝛ alio mõ falſa:vera qdem de moto in eo ꝙ corpus:falſa de moto in eo ꝙ tale motũ:vtpote cęlũ ꝛ id genus:ꝛ qm̃ ꝯſideratio hec eſt de corpore in eo ꝙ corpus:ideo ẽ ve

Qualiter ra.¶ Vult igiẽ Auerro.ꝙ ratio formet̃ ſic.omne qȯ q̇e

format rõ ſcit ad q̇eteꝫ alterius:ab alio mouet̃.omne qȯ mouet̃ in eo ꝙ mouet̃ ꝛ eſt corpus põt q̇eſcere ad q̇etem alterius: igiẽ oẽ qȯ mouet̃ i eo ꝙ mouet̃ ꝛ ẽ corp⁹:ab alio mouet̃.

Sol. replic[illegible] ¶ Et eſt ſciendũ.Cõtra hãc reſpõſionẽ poteſt argui:q2 ex

ce. poſſibilib⁹ nõ ſeqtur neceſſariũ:mõ minor eſt poſſibilis. igiẽ nõ ſeqtur ꝯcluſio neceſſaria.¶ Reſpõdet Auerr.ꝙ in demrationib⁹ ſigni põt ꝯcluſio neceſſaria ſeq ex poſſi bili:dũ mõ ſit aliqua ꝓpõnuꝫ neceſſaria.Tũc ad formã vult ex maiori neceſſaria ꝛ minori poſſibili ꝯcłonẽ eẽ ne ceſſariaꝫ ꝛ demõſtratiuaꝫ:demõſtratione ſigni:ꝛ ita eſt hic:maior eſt neceſſaria:ꝛ minor poſſibilis.

Sc̃da ſol. ¶ Sed diſſolutio.Forte q2 reſpõſio hec eſt falſa:nũc ali ter reſpõdet ꝛ accipit p̃mo ꝙ ꝓpoſitionuꝫ ſyllogiſmi du centis ad impoſſibile aliq̃ ſũt cathego^ce:aliquę hypothe ticę:ꝛ hypotheticę nõ vna ratione:q̃daꝫ eniꝫ ſunt vbi an tecedẽs eſt poſſibile:aut in eſſe:aut neceſſariũ:ꝛ conſequẽ tia neceſſaria:vt ſi ſol exorit̃.dies eſt:ꝛ in hȯ ſemper po nitur añcedens:ꝛ infert ꝯſequens.aliꝗ ſunt in q̇bus ſem

per aña eſt impoſſibile:⁊ in talibus deſtruit̄ cõſequens: vt habeat̄ oppoſitũ añtis:⁊ talibus ſemꝑ vtimur in ſyllogiſmis ad impoſſibile:nã i illis arguit̄ ab oppoſito:cõcluſionis cũ altera ꝓpõne ad oppoſitũ alterius.

Ad ſoluẽ ¶ Cũ igit̄ diſperimus. Nũc reſpõdet ad formã ⁊ vt poſſũ capere vult rõnez Ariſt. eẽ ſic formãdã:oẽ mobile cui⁹ ſi

Syllus. pars queſcit ipſum totum quieſcit ab alio mouetur:omne quod mouetur eſt mobile:cuius ſi pars quieſcit ipſuz totum quieſcit:igitur omne mobile ab alio mouetur: modo contra minorẽ nõ poteſt inſtari de celo:q2 celũ ẽ mobile:cui⁹ ſi pars qeſcit:ipm celum totũ qeſcit:nã hec hypothetica eſt neceſſaria:licz aña ⁊ ɔſequens ſint impoſſibilia:nã vbi ponat̄ hanc ɔditionẽ eẽ falſaz:tũc ſtaret pte

Dubitatio. quieſcẽte:totũ moueri:qđ eſt impoſſibile. ¶ Sz hic du-

1ᵃ dubõ. bitat̄ ꝓmo ɔtra vtraſqz ſolões:cõtra primam quidẽ ar-

Ima rõ. guunt Auicẽna ⁊ expoſitor:ꝓmo q2 ſimili rõne totuz celum quatenus corpus põt quieſcere:⁊ ſic ſuperfluit aſſu-

Scda. mere diuiſionẽ mobilis:⁊ qetez partis. ¶ Scdo omnis propoſitio eſt ſimplr impoſſibilis quãdo ꝓdicatuz repugnat ſubiecto rõne diſẽ ſpecifice:quãuis nõ repugnet ratione generis:eſt enĩ impoſſibile ſimplr ꝙ hõ ſit irrationalis:q̃uis ſibi non repugnet in eo ꝙ animal:igitur impoſſibile eſt partez celi quieſcere:q2 hoc eſt contra ratio-

Tertia. nem ſpecificam talis corporis. ¶ Tertio.omne poſſibile qũqz eſt in actu vel erit in eſſe.primo priorũ:ſed hoc

Solutio nũqȝ erit in eſſe:quare eſt impoſſibile. Hec argumenta poſſunt ſolui:⁊ ſupponemus ꝓpoſitiones poſſibiles taliter eſſe ponendas in eſſe:qualiter ſunt poſſibiles:iđ põt talpa videre in eo ꝙ animal nõ debet poni in eſſe in talpa:ſed in animali:ponitur autem in eſſe in animali:quotiens in equo verificatur. Et ita patz ſolutio ad qõnez.celum eniz põt quieſcere ⁊ totum ⁊ illius pars. Ariſt. autez de parte meminit:q2 de parte facilius intelligitur ratio: poteſt tamen de toto etiam formari:per hanc rationem. ¶ Ad ſecũdam dicitur.ꝙ illa ꝓpoſitio eſt ſimpliciter ⁊ abſolute falſa:ſed poſſibilis ſub ratiõe generis ⁊ reduplicatiue. ¶ Ad tertiã patet ſolutio ex declaratiõe ꝓmiſſa.

Propter quid ſol. ai ſi ſta. ¶ Animaduerte tamen ꝙ hec reſponſio videtur ambigua hac ratione tũ:q2 per hoc nõ haberetur plus:niſi ꝙ omne quod mouetur in eo ꝙ corpus ab alio mouet̄:modo Ariſto.ɔcluſio eſt abſoluta:ꝓpter hec non mihi pla-

2ᵃ dubõ. cet. ¶ Contra ſecũdam dubitant ꝓpter multas cauſas. potiſſimuz:q2 per idem probaretur riſibile non ineẽ homini primo:q2 remouebitur ab ipſo:ſi remouetur ab ani-

Solũo. mali. ¶ Dici põt ꝙ demonſtratio Ariſt. debet intelligi: ſi remouetur ab altero.qđ ſit aliquid illius qđ mouetur: modo licz riſibile remoueatur ab homine:ſi remouetur ab animali:animal nõ eſt pars eẽntialis hominis:licz genus ſit ⁊ pars qditatiua:per alteruz igitur Ariſt. vult ptẽ

3ᵃ dubõ. integralem. ¶ Tertio dubitant. vtrũ demõſtratio Ariſtotelis ſit ſigni:aut ꝓpter quid. Auer. tenet eſſe demon-

Auerſe opinio. ſtrationez ſigni. ¶ Expoſitor vult eſſe demõſtrationem ꝓpter quid. Naz demonſtratio Ariſto.eſt.ꝙ omne quod mouetur ab alio mouet̄:ꝓpterea q2 motus totius depẽdet a motibus partiũ:modo vt partes ad totum:ita motus partiuz ad motum totius:ſed partes ſunt cauſe toti⁹:

Ro ꝑpa. igitur motus partiuz cã eſt motus totius. ¶ Ego vo dico ꝙ demõſtratio Ariſto.poteſt duplr conſiderari. vno modo quãtum ad id quod eſt:⁊ ſic eſt demonſtratio ſigni:nam Ariſto.probat.omne motum moueri ab alio:ꝑ hoc ꝙ quieſcit ad quietez alterius:modo hoc eſt ſignum ⁊ non cauſa. Eſt enim regula cuius meminit Joãnes. cũ aliqua affirmatio eſt cauſa negationis:eiuſdem negatio nõ ſemper eſt cauſa illius affirmationis:vt licz eſſe riſibile ſit cauſa non eſſe hinibile:eſſe hinibile non eſt cauſa

non eſſe riſibile:cum negatio nullius ſit cauſa.⁊ ſic in ꝓpoſito moueri eſt cauſa non quieſcendi:at quieſcere non eſt cauſa non mouendi:ſed ſignuz. Alio modo poteſt cõſiderari quantuz ad id quod poteſt ſignificare:⁊ ſic põt eſſe demõſtratio ſimpliciter vel demõſtratio cauſe:quia vt eaz exponit expoſitor:eſt ꝓpter quid ¶ Animaduerte tamẽ ꝙ Joãnes ⁊ alij non declarãt quomõ hec dmõſtratio ẽ ſigni:ideo recurre ſupra:vbi ħ expoſui. ¶ Animaduerte etiam ꝙ iuxta primaz Auerro.reſponſionem ſyllus eſt mixtus ex minori poſſibili:maioriqz neceſſaria: itẽqz minori reduplicatiua:hoc modo de neceſſitate:oẽ motum qđ quieſcit ad quietem alterius:mouet̄ ab alio: de contingenti.omne qđ mouetur in eo ꝙ motũ vel corpus quieſcit ad quietez alterius:igitur de neceſſitate.oẽ quod mouetur quatenus mouet̄:ab alio mouet̄. Juxta vero ſecũdam reſponſionez demõſtratio erit.omne motum cuius ſi pars quieſcit ipſum totum quieſcit:ab alio mouetur:omne quod mouetur eſt motuz:cuius ſi pars quieſcit:totuz quieſcit igitur omne qđ mouetur ab alio mouetur:⁊ hoc mõ pz ſolo ad oĩa obiecta. Demõſtratiõez Joãnis.

¶ Cum autem omne quod mouetur ab alio moueatur:neceſſe eſt vt id omne quod in loco mouetur:ab alio moueatur: ⁊ id igit̄ qđ mouet ab altero:nam ipſum etiam iam mouetur. Et rurſus hoc ab alio:at non ad infinitum hoc proficiſcitur:ſed ſtabitur alicubi:atqz erit aliqd quod primo cauſa erit vt omnia moueantur.

¶ Hactenus demõſtratuz eſt.ꝙ omne qđ mouet̄ ab alio moueatur:nũc vult oſtendere eſſe primuz motuz in loco:qđ.vz.mouetur a motore in ipſo.ꝓmo tamen concludit.ꝙ omne quod mouet̄ in loco:moueat̄ ab alio:⁊ vult hanc rationem.omne qđ mouetur:mouet̄ ab alio:omne quod mouetur in loco:mouetur.igitur omne qđ mouet̄ in loco:mouetur ab alio.de ratione tãgit maiorem ⁊ cõcluſionem vt patz.hoc accepto:declarat ꝙ eſt deuenire ad primũ motum ex ſe in loco:⁊ arguit ſic:ex quo motũ in loco ab alio mouetur:accipio illud e quo mouetur:cuz illud etiaz moueatur:q2 omne mouens in mouẽdo mouetur:vt nunc ſupponimus:vel illud mouens mouetur: vel non:ſi non:cum ipſum moueatur.erit primum motuz ex ſe:quod erat propoſitum:ſi mouet̄ adhuc ab alio: queramus de illo:⁊ cum non ſit proceſſus in infinitum: tãdem oportet ſtare ad primum mouens:quod eſt ꝓmũ motum:⁊ cã oium eorum:que mouentur.

Com. 3ᵘ ¶ Cuz declarauit. Auerroes in ꝓſenti cõmento ꝓmo repetit rationem.qua probatum eſt.omne motuz moueri ab alio. Scda ibi (Deinde accepit) procedit ad expoſitionẽ littere. ¶ Quãtum ad primum hec propoſitio.omne qđ mouetur ab alio mouetur:declaratur.ꝓmo de motis ab extrinſeco:vt que generantur ſiue corrumpuntur: que augentur:atqz alterantur:omnia hec patz ab alio moueri. Item etiaz in tranſlatione de motis ab extrinſeco pz: vt violenter mota:hec omnia ſenſu patent:ratiõe vero tacta patet etiaz in motis ab itrinſeco:ꝙ ab alio mouẽtur:igitur vlr pz.oẽ qđ mouet̄ ab alio moueri.

¶ Deinde accepit. Nũc exponit textum:⁊ vult ꝙ Ariſt. accepit hanc ꝓpoſitionem.omne quod mouetur ab alio mouet̄:tãqȝ maiorem ad declarandum ꝙ omne motuz in loco:ab alio mouetur.

¶ Licz hoc ſit. Sed obycies:naz omne motũ in loco moueri ab alio:eſt declaratuz:quãdo declarata eſt illa vlis. omne quod mouet̄ ab alio mouetur:nã qui de omni ge-

nēre declarat aliquid: ⁊ de omni ſpecie idē declarare videtur. cū igitur de omni moto ſit declaratum moueri ab alio: ⁊ de moto in loco idem relinquetur.

℄ Et dixit. Anteq̄ꝫ ſoluat: cōponit ſyllogiſmuꝫ litterę ſic. omne quod mouetur ab alio mouetur: omne motū in loco mouet̄: igit̄ omne motū in loco ab alio mouet̄.

℄ Sed iſta declaratio. Hoc preaccepto: ſoluit ad dubiū: ꝙ hęc ratio nō eſt de per ſe: ſed cōfirmatiua: ꝓbatum eſt eniꝫ de omni moto moueri ab alio: igit̄ de moto in loco: veruꝫ hęc ratio eſt logyca accepta poti⁹ ad ꝯfirmandū.

℄ Et pōt intelligi. Rōnē Ariſt. aliter exponit: vult maiorem eſſe ſic intelligēdam. omne primū motuꝫ ex ſe in loco mouet̄ ab alio: igit̄ neceſſe eſt vt omne motuꝫ in loco moueat̄ ab alio: ⁊ tunc ex hoc vult habere aliā ſolōnē ad dubium: ꝙ licꝫ in concluſione dicta ſit etiā ꝑſens cōcluſio ſubintellecta de moto in loco: tamē eſt eadem ꝓbata nūc noua rōne. Ad formaꝫ igitur dōm ꝙ nō ſupfluit Tuꝫ q: ratio illa eſt ꝯfirmatiua: vt ꝑma ait reſpōſio. Tū ꝙ eſt noua ratio: vt dicit ſecūda reſponſio: ⁊ idem poteſt pluribus modis probari.

℄ Et cuꝫ declarauit. Animaduertendū ꝙ Auerro. rōneꝫ Ariſt. vult cōſiſtere in duobus fundamentis. ꝑmū ꝙ oīs motor extrinſecus a moto in mouēdo mouetur. Naꝫ oīs motor extriſec⁹ eſt corpus: ⁊ oē corpus in mouendo mouet̄. ℄ Scōm fundamētū. oē motuꝫ a ſe hoc ē a ꝑn⁹ intrinſeco eſt ꝑmuꝫ motū ex ſe: aut ꝯtinens ꝑmuꝫ motum ex ſe: iō ſi deuenit̄ ad ipꝫ motū ex ſe: deuenit̄ ad ꝑmū motuꝫ ex ſe. Cętera quę Auer. ait ex textu patēt. ℄ Sed dubitabis ꝑmo. quō hęc rō ſit logyca: vt dicit ꝑma reſponſio. Hęc rō eſt neceſſaria. igit̄ nō logyca. ℄ Circa ſcōam reſpōſioneꝫ dubitat̄ circa illā ꝯñtiā: quomō valꝫ. oē ꝑmū motū in loco mouet̄ ab alio: igit̄ oē qō mouet̄ in loco mouet̄ ab alio. ℄ Tertio dubitat̄. q: nō vr̄ qō omnis motor extrinſecus in mouēdo mouet̄: naꝫ cęlū alterat: et nō alterat̄. ℄ Quarto dubitat̄. q: per hāc rōneꝫ nō habet̄ ꝙ det̄ ꝑmū motū ex ſe vl̄r in toto mūdo: ſed tantū in vnoquoq̄ ordie: vt in motis aīaliū ad cor: in ꝓiectis ad manū. ℄ Ad ꝑmā recētiores aiunt rōneꝫ illaꝫ eſſe logycam: q: in ea arguit̄ per regulā logycę a ſupiori diſtributiue ad īferius affirmatiue. Melius dico ꝙ hęc rō eſt logyca: q: nō ꝯcludit aliqd per ſe ignotū: vt exponit Auer. 2. huius. cōmēto. 3. ℄ Ad ſcōam pꝫ ſolutio per ꝓximuꝫ cōmētū: naꝫ omne motū in loco eſt ꝑmū motuꝫ. aut habens ꝑmuꝫ hoc eſt minimū motū: ideo ſeqtur ſi primuꝫ hoc eſt minimū motū mouet̄ ab alio: igit̄ omne motum in loco: q: oē vel eſt ꝑmū motū: aut ꝯtinens primuꝫ motuꝫ. ℄ Ad tertiū. verbū Auer. eſt intelligēdū in motu locali: naꝫ primū alterās eſt corpus ⁊ alterat ⁊ nō alterat̄: vt in fine ſcōi capi. de ſuba orbis. ℄ Ad quartū dōm. ꝙ Ariſto. nō vult hr̄e aliud ſm oēa: niſi ꝙ in oibus motis ⁊ mouētibus eſt deuenire ad ꝑmū motū ex ſe in ordine illoꝝ tñ: vt in mouētibus ⁊ motis aīaliū eſt deuenire ad cor: in ꝓiectis ad manus: ſed ꝙ ſit deuenire ad rōe ꝑmū motuꝫ ex ſe: quod dicitur cęlum: non hic: ſꝫ in octauo declarabitur: ⁊ in libro cęli.

p^m fundamentum

Scdm.

pma dubi.

Scda.

Tertia.

Quarta.


ſolo pme.

ſol. ſcde.

ſol. tertia.

ſol. quarte.

℄ Si eniꝫ non: in infinituꝫ erit proficiſcendū: moueatur tunc a. quideꝫ ipſum ab ipſo b. ipꝫ vero b. ab ipſo c. atqꝫ c. ipſuꝫ ab ipſo d. modo videlꝫ tali vt in infinitum ſit profectio.



℄ Hactenus declarauit eē deueniendum ad ꝑmūmotuꝫ ex ſe. nūc demōſtratione ducēte ad impoſſibile idem oſtēdit. Et arguit hypothetice ſic: ſi nō eſt ſtandū ad primuꝫ motū ex ſe: igit̄ in infinitū erit ꝓficiſcendū: deſtruet ꝯſequēs: vt inferret oppoſitū aīitis. Pro deſtructiōe itaq̄ ꝯſequentis ꝑmo ſumit caſuꝫ: ⁊ ingt. moueat̄ tūc a qdē ipſuꝫ ab ipſo b. ipſuꝫ vero b. ab ipſo c. atq̄ ipſuꝫ c. ab ipſo d. mō. vꝫ. tali vt in infinitū ſit ꝓfectio: eſt igit̄ hic caſus vt ſint mobilia infinita: quorum alterum ab altero moueatur in infinitum.

Syllus.

℄ Quoniaꝫ itaq̄ mouens ipſum ⁊ id qō mouetur ſunt ſimul: paꝫ ipſum a. ⁊ ipꝫ b. ſil̄ moueri. Nam b. ipſo moto: a. etiam mouet̄. Itēqꝫ b. ipſo moto: ipſum c. mouetur: ipſo quoqꝫ c. d. etiaꝫ ipſum mouebitur: erunt igit̄ ipſi⁹ a. ⁊ ipſius b. ⁊ ipſius c. atqꝫ caeterorum cuiuſqꝫ motus ipſi ſimul.

℄ Caſu igitur poſito: cōſtituit ſuppoſitiones. Prima ſuppoſitio: conceſſis infinitis mouentibus ⁊ motis: hęc oīa ſimul mouētur ⁊ mouēt: ⁊ ſyllogiſmus eſt. omnia mouētia ⁊ mota ſunt ſimul. Mouentia ⁊ mobilia ſi eſſent infinita ſunt mobilia ⁊ mouentia: igit̄ mouentia ⁊ mobilia ſi eſſent infinita: eſſent ſimul: primo ſumit maioreꝫ: ⁊ ingt. Quoniaꝫ itaq̄ mouens ipſum ⁊ id qō mouetur ſunt ſimul: hęc eſt maior ꝑtermittens minorem: dat concluſionem parteꝫ per partē inferendo: ⁊ ingt. pꝫ ipſum a. ⁊ ipm b. ſimul moueri: naꝫ b. ipſo moto: ipſum c. mouetur: ipſo quoq̄ c. d. etiam ipſuꝫ mouebitur: tunc dat concluſionē totam: ⁊ ingt. erunt igitur ipſius a. ⁊ ipſius b. ⁊ ipſi⁹ c. atq̄ cęterorum cuiuſq̄ mot⁹ ipſi ſimul. Hęc eſt prima ſuppoſitio Ariſtotelis.

pma ſup poſitio.

Syllus.

℄ Poterimus praeterea vnūquodqꝫ ſumere: naꝫ ⁊ſi a ſingulis ſingula moueantur: nihilominus tamen vniuſcuiuſqꝫ motus vnus eſt numero ⁊ non infinitus extremis.

℄ Secūda ſuppoſitio eſt. ꝙ licꝫ mouētia ⁊ mota ſint infinita ſm nūeruꝫ: tamē cuilibꝫ mobili ſm ſe ꝯpetit aliqs motus vnus nūero: finitus quo ad extrema: cū oīs mot⁹ ſit de quodaꝫ in qōdam. 6. huius. ingt. poterimus ꝑterea vnūquodq̄ ſumere: nam ⁊ſi a ſingulis ſingula moueāt̄: nihilominus tamē vniuſcuiuſq̄ motus vnus eſt nūero: ⁊ non infinitus quo ad extrema ipſa inter quę cōſtituitur: cum omne qō mouetur: e quodaꝫ proficiſcatur in quoddam. ſexto huius.

ſcda ſup poſitio.

℄ Ideſt ponamus. Auer. primo cōſtituit caſum in motis ⁊ mouētib⁹ ꝑ lr̄as vt patuit i exponē text⁹. ⁊ patēt el⁹ v̄ba.

Co. 4.

℄ Et cū poſuit. Nūc vult ſumere petitiones ⁊ ſumit ꝑmo ꝙ vbi darent̄ mota ⁊ mouētia īfinita: oīa ſil̄ mouerent ⁊ mouerent̄. Hęc fuit in textu declarata ad lōgum.

℄ Et notādū. Digredit̄ cōtra Galienū. ⁊ ꝑmo ſumit expoſitionē ꝓpoſitiōis Ariſt. ⁊ ꝙ in motu propoſitio ſit vera: itaq̄ ſi vnū mouetur: opꝫ oīa moueri. in qete vo nō tenet: q: ſtat vnū qeſcere: ⁊ alia moueri. hic eſt intellectus ꝓpoſitionis Ariſto. vt vult Auerro. ipſe.

℄ Et q: Galienus. Nūc narrat poſitionē Galieni circa ꝓpoſitionē tactaꝫ: voluit. n. Galienus vl̄r ⁊ de motu ⁊ qete ꝓpōneꝫ Ariſt. eē intelligēdā: ⁊ ita apud ipm: vt ſeqtur B mouet̄: igit̄ oīa mouētur: ſic ēt ſeq̄tur. vnuꝫ qeſcit: igitur oīa vſq̄ ad vltimū. ℄ Et Galienus credēs hāc ꝓpōneꝫ eē vlem de motu ⁊ qete: ꝯcluſit ꝯtra Ariſto. nō cor eē ꝑncipiū motus in aīalib⁹: ſed cerebrū: ⁊ vtebat̄ ſyllo tali. id eſt ꝑn^m motus aīalis quo moto mouet̄ aīal: ⁊ quo qeſcente qeſcit aīal. Sꝫ moto cerebro ſine capite mouet̄ anial:

Quid o ppone.

ſyllo gal

eoq; geſcente geſcit.igiẗ cerebꝝ eſt motus aīalis pn^m: minorē obſeruatione pbauit:q2 ipſe vidit ab aīali extractum cor: ⁊ ambulaſſe per duos paſſus:nūq; autem vidit caput abſciſum: ⁊ moueri animal.

Reſponſio gal.

¶ Ego autem. Cōtra arguit Auerro.per experientiā:quia ipſe etiaʒ vidit arietem e quo abſciſſuʒ caput fuit ⁊ ambulaſſe:igiẗ ſi cerebꝝ:ſʒ cor ē mot^9 aīalis pn^m p eādē rōnē. ¶ Et iſta mota. Scḋa ſuppoſitio ē q̄ licʒ mouētia ⁊ mota ſint īfinita vniuſcuiuſq; mot^9 eſt q̄ ad extrema finit^9. ¶ Et dixit hoc. Remouet dubiū Auer.cm.vʒ.adiecit ſuppoſitionē hāc:hec.n.videẗ inutilis ad rōnes. Reſpondet hāc addidiſſe ad refellendam tacitaʒ qōneʒ:poſſet enim q̄s dicere caſum eſſe impoſſibileʒ:naʒ cuʒ ponis ipſa mota ⁊ mobilia ſimul moueri ⁊ eē infinita:tunc ponere cōgeris motuʒ rectum infinitum:cuius contrariuʒ in.6.eſt determinatuʒ. Jdeo pħs huic occurrit:q̄ licʒ ipa mota ⁊ mouentia ſint infinita:motus tñ vniuſcuiuſq; rectus finitus eſt ⁊ terminatus. Hec igitur eſt ſuppoſitiōis vtilitas.

Dubitationes.

¶ Sed circa hec ſunt dubitationes non paucę:nam Auerro.duo voluit cōtra Galienū:quoꝝ p^m eſt de motu valere hypotheticaʒ Ariſto.ſi a.mouetur:igitur omnia: ⁊ vniuerſaliter valet vno moto omnia moueri. De quiete vō minime:q2 ſtat primuʒ quieſcere alijs motis.

Pͥmū ↄtra gal. Scḋm.

¶ Scḋm. cōtra Galienū eſt.q̄ non caput:ſiue cerebꝛuʒ eſt motus animalis principiuʒ:ſed cor:q2 ſe vidiſſe aſſerit decapitatuʒ arietem moueri:non tñ ſine corde.

Pͥmū dubium.

¶ Tūc cōtra hec dubitatur:q2 videẗ in dictis ſuis contradictio:nam non poſſunt ſtare hec:q̄ aliquod moueaẗ: ⁊ pͥmum quieſcat:q2 ſi aliq̄d moueẗ:oportet omnia moueri ſimul.

Scḋm.

¶ Cōtra ſcḋm dubitatur:q2 motus aīalis ⁊ ſenſus coordinantur; igitur q̄cq̄d eſt principium ſenſus:erit etiam principium motus:cū itaq; cerebꝛuʒ ſit oīum ſenſuuʒ principiuʒ:q2 ſenſoꝛia omnia ſunt in eo:videtur etiā ⁊ motus:qui a ſenſu regulatur principiuʒ.

Rn̄ſiōes aliquoꝝ quelibet.

¶ Ad primaʒ ſolent dari innumerę ſolutiones: ⁊ oēs conueniunt dictuʒ Auerro.eſſe intelligendum in motu locali ⁊ puro: ⁊ tūc ſuper hoc multas afferunt reſpōſiones:quę certe bene ad illam dubitationem ſatiſfaciūt. Sed quoniaʒ dictuʒ illud facilius intelligi poteſt: ⁊ non cuʒ tot confuſionib^9.

Motor duplex.

¶ Ideo animaduertenduʒ q̄ motoꝛ eſt in duplici differētia reſpectu motę rei:vnus quidem eſt:qui per ſui motuʒ eſt cauſa per ſe motionis rei motę: ⁊ per ſui quieteʒ:etiaʒ cauſa eſt q̄etis rei motę:quomō fortaſſe cęluʒ reſpectu mobiliuʒ hic inferius:cęlo eni moto:neceſſe eſt hec moueri: ⁊ ipſo quieſcente:omnia etiaʒ quieſcere:vt ſcḋo cęli habeẗ. Et tūc de tali motoꝛe hypothetica valet de motu ⁊ q̄te taʒ a priori q̄ a poſteriori:bene eni valʒ a.mouetur: ⁊ motus ipſi^9 a.eſt cauſa motus ipſius b. ⁊ quies quietis:igitur moto a.mouetur b. ⁊ quieſcēte quieſcit: ⁊ ecōtra etiā: ⁊ hoc modo fortaſſe intellexit Galienus:q̄d q̄ etiam Auerro.concederet. Alius eſt motoꝛ:qui quidem ſui motu cauſa eſt motionis rei motę:ſui vero quiete:nō illius quietis cauſa:vt motus manus eſt cauſa motus baculi:motus baculi cauſa motus pilę:igiẗ manu mota omnia mouētur:quomō valet pcedendo a primo hoc eſt pceſſu a cauſa de motu: non autē de quiete:valet eniʒ.manus moueẗ:igitur baculus ⁊ pila:de q̄te vero nō valet:q2 nō ſequitur:quieſcit manus:igitur baculus ⁊ pila: ⁊ ſic intelligit Auerr.nam ſic eſt ad ppoſituʒ ſuuʒ contra Galie.in proceſſu vero ab effectu:de quiete valet:de motu non:q2 valet q̄ſcit pila.igiẗ baculus ⁊ manus:de motu non valet:q2 poteſt pila moueri:baculo ⁊ manu q̄ſcentib^9: ⁊ hoc mō non intelligit Auerro.

Cōditiones dicti Auer.

¶ Sic igitur dictuʒ Auerro.cōtra Galienuʒ duabus obſeruatis cōditionib^9 eſt neceſſariū:pͥma vt intelligatur ſit in motoꝛib^9:qui per ſuos motus ſint motuū cauſę totales in rebus motis:ſcḋa vt procedaẗ a cauſa ⁊ a priori non ab effectu: ⁊ a poſteriori. Quib^9 fit vt ſi manus mouetur:baculus ⁊ pila moueanẗ:poſitis illis duob^9 q̄ ſint per ſe cauſę totales: ⁊ pcedaẗ a priori:non tñ valʒ ecōtra.manus quieſcit:igiẗ baculus ⁊ pila q̄ſcunt.

Solu.

¶ Per hoc ad rōnem concedo baculum ⁊ pilam moueri: ⁊ nego igiẗ manus moueẗ. Et cuʒ diciẗ cōtra vno moto mouentur oia:verū eſt pceſſu a cauſa:q2 pceſſu ab effectu valet de quiete: ⁊ nō de motu.

Replica fortiſſima.

¶ Sʒ dubitabis acerrime:q2 Ariſ. arguit a poſteriori vt ſi moueẗ:igiẗ oia mouenẗ vſq; ad vltimū.

Rñſio optima

¶ Dicendū q̄ Ariſt.ſuppoſuit a.moueri ab ipſo b. ⁊ non ab alio:nec a ſe:q2 ſi a ſe eſſet pͥmū motum: ⁊ ſic haberet ppoſitū: ⁊ b.ipm moueri ab ipſo c.nō a ſe nec ab alio.c.etiā ipʒ moueri ab ipſo d.nec a ſe:nec ab alio: ⁊ tūc hypothetica ſua valet.a.moueẗ:igiẗ oia mouenẗ. Auerr. autem ↄtra Gali.abſolutius loq̄tur:vt in pceſſu ppter q̄d a cā: ⁊ nō ab effectu. Et hec eſt vera mens Auerro.

Sol.ad ſcḋaʒ.

¶ Ad ſcḋaʒ dici pōt multis modis:quoniam de pͥcipatu mēbroꝝ Ariſt.multa dicit in libro de animalib^9: ⁊ medici ⁊ Galienus in libris medicinę addūt ēt multa:nūc vero tenemus oēs ſenſus eē in corde:q̄d ab Ariſt.dicitur primū ſenſoꝛium:etiā vero in cerebro veluti in quodaʒ manifeſtatiuo:ppterea coꝛ eſt ⁊ motus ⁊ ſenſuū pͥmū ⁊ principale pn^m. ¶ Sed ambiges:q2 ratio Auerro.contra Galienū eodē mō ſoluiẗ:quo per ſenſuʒ ppōnis datum ſoluere vult illaʒ Galieni:arguebat eni Gali.ſic. Illud quo quieſcēte mēbꝛa aīalis moueri poſſunt:nō eſt principiū motus mēbꝛoꝝ aīalis:ſed q̄ſcente coꝛde pōt aīal moueri:vt per obſeruationē teſtaẗ:igiẗ coꝛ non eſt pn^m motus animalis. ¶ Cōtra hanc rōnem voluit eſſe arguendum Auerro.eadeʒ foꝛma.id quo quieſcente mēbꝛa mouētur aīalis non eſt motus principiuʒ:ſed quieſcēte capite ⁊ cerebꝛo aīal poteſt moueri:vt de ariete teſtatur:igiẗ nō caput eſt principium motus:vr̄ igiẗ rō Auerro.ſolui eodeʒ ſenſu.q2 in proceſſu ppter quid valet de motu: ⁊ non de quiete:ideo diceреʒ poſſibile eſſe vt coꝛ q̄ſcat per abſciſionem: ⁊ mēbꝛa moueantur a ſpiritibus:qui per muſculos remanſerunt: ⁊ ſic ratio eius ſoluitur eodeʒ modo vt illa Galieni. Dici poteſt q̄ Auerro.non arguit contra Galienum:ſed toꝛquet argumentum contra eum:vt Galienus cogatur ſoluere pro ſe ⁊ pro Auerr. ⁊ hoc per ſenſum propoſitionis Ariſt.datum. Et hec eſt itentio Auerro.


¶ Quoniaʒ omne quod mouetur e quodam proficiſcitur in quoddaʒ:fit ſane: vt aut nūero:aut genere:aut ſpecie ſit idē motus:numero quideʒ eundeʒ motum eſſe dico:qui in eodem nūero tēpoꝛe ex eodem in ideʒ numero fit:vt ex hoc albo q̄d vnum nūero eſt:in hoc nigrum eodeʒ tempoꝛe:q̄d eſt vnum numero. Naʒ vbi alio tempoꝛe:nō vnus nūero:ſʒ ſpecie erit.genere vero ideʒ eſt motus:qui in eodē p̄dicamento:aut in ſubſtātia:aut in alio genere fit. Specie aūt vnus:qui ex eodeʒ ſpē in eodeʒ ſpecie exiſtit:vt qui ex albo in nigrū:aut ex bono in maluʒ:ſpecie nō differt. Haec autem ⁊ in prioꝛibus dicta ſunt.

¶ In ſecūda ſuppoſitione accepit vniuſcuiuſq; mobilis eſſe vnum numero motum:ppterea occaſiōe huius declarat quot modis motus dicatur vnus:vt intelligas q̄d ipſe velit per vnum numero: ⁊ vult motum dici vnū tribus modis numero:ſpecie: ⁊ genere. Numero ſi ille eſt q̄


eſt eiuſdem mobilis de principio in finem in eodem tē/pore non variatis terminis e quo ꝛ ad quem: vt vna nu/mero nigrefactio quę eſt vnius mobilis in vno tempore numero: ꝛ nō variatis terminis. Dixi ſeruata vnitate tē/poris. quoniaꝫ vbi tempus eſſet aliud: etiam ſeruatis vni/tate mobilis: ꝛ terminorum. non numero ſed ſpecie eſſet idem. Genere vero vnus eſt quādo termini ad quos nu/mero ꝛ ſpecie differunt: ꝛ in genere ꝯueniunt: ſiue ſit idē ſiue aliud mobile: ſiue idem: ſiue aliud tempus: qua ra/tiōe generatio aeris ꝛ generatio lapidis genere vnus eſt motus. q꞉ termini ſpecie differunt: genere cōueniūt: ſpe/cie vnus eſt: quando termini ad quos ſpecie nō differūt: ſed numero: vt duę albationes: ſiue mobile ſit idem: ſiue aliud: ſiue eodem: ſiue alio tempore. Sed quoniā de his longius dixit: quaſi excuſans ſe ad quintum phyſicorum remittit ſe.

Com. 5. ¶ Hoc totum. Auerroes exponit has tres motus vnita/tes: quę cum ſint manifeſtę: etiam cōmentum eius ma/nifeſtum eſt per ſe.

¶ Accipiatur igitur ipſius a. motus ꝛ ſit e. ipſi⁹ vero b. ſit ʒ. ipſius autem c. ſit i. ipſius d. ſit t. ſumatur praeterea tēpus in quo ipſum a mo/uetur. ꝛ ſit k. atq; cum finitus ſit ipſius a. mo/tus: finitum erit ꝛ k. tempus: ꝛ non infinitū: at a. ꝛ b. ꝛ caeterorum vnūquodq; eodem in tēpore mouebantur: accidet igitur vt motus e. ʒ. i. t. infinitus exiſtēs in k. finito tempore fi/at: nam quo in tempore a. ipſuꝫ mouebatur: ꝛ ea omnia quae ad ipſuꝫ a. deinceps ita ſunt: mouebantur: q̄re tēpore eodē mouent̄.



¶ His mō ſumptis: Ariſt. de/ducit ꝯſe/quēs: ꝛ p/bat ꝙ nō ſit profici/ſcēdum in infinitum: q꞉ tunc motus infi/niti. g eſ/ſent vnus mot⁹ ſpē: eſſent i tēpore finito: ꝛ ar/guit (vt mihi videtur) expoſitorie ſic. a. b c. d. mouētur tēpore finito p pma. a. b. c. d. ꝛ ſic ō alię: moueñ īfinitis motibus: g ſunt plures nūō ꝛ īfiniti: ꝛ vn⁹ ſpē p zᵐ ſuppōnē: igī motus īfiniti nume/ro qui vnus ſpē ſunt: erunt tēpore finito: qđ habet ꝓ im/poſſibili. ingt. accipiatur igitur ipſi⁹ a. motus: ꝛ ſit e. ipſi⁹ vero b. ſit ʒ. ipſius aūt c. ſit i. ipſius aūt d. ſit t. hic eſt ca/ſus. gręce tamē ſic legitur: ꝛ ipſius c. d. ſint i. t. ſed ego ſic tranſtuli: vt ſermo ſit clarior: q꞉ idem eſt: deinde accipit ſecūdam partem caſus: ꝛ ingt. ſumatur ꝑterea tempus in quo ipſum a. mouetur: ꝛ ſit k. in quib⁹ voluit eſſe intelli/gendas illas duas ſuppoſitiones. Tūc addit tertiaꝫ par/tem caſus ex his ſequenteꝫ: ꝛ inquit. atq; cum finitus ſit ipſius a. motus finitum erit: ꝛ k. tēpus: ꝛ non infinitum p ora/ia hęc vult habere ſecūdam exponenteꝫ. vꝫ. ꝙ a. b. c. d. ꝛ deinceps moueātur infinitis motibus: qui ſunt infi/niti numero: ſed ſpē vnus: accipis primaꝫ exponentem: ꝛ



Syllo expoſitorius.

ingt. at a. ꝛ b. ꝛ cęterorūꝫ vnūquodq; eodem in tempore mouebantur per primaꝫ ſuppoſitioneꝫ. Ex his exponē/tibus dat cōſequens: ꝛ ingt. accidet igitur vt motus e. ʒ. i. t. infinitus. ſ. nūero ſpecie vnus exiſtens in k. tēpore fi/to tempore fiat: repetit vim probationis breuib⁹: nā quo in tēpore a. ipſuꝫ mouebatur: ꝛ ea omnia quę ad ipſuꝫ a. deinceps ita ſunt: mouebantur. Quare tēpore eodeꝫ mo/uentur cuncta. Ecce quomō virtus rationis poteſt redu/ci ad ſyllogiſmum expoſitorium.

¶ Et. n. ſiue motus ipſi⁹ a. motui ipſius b. cae/teriſq; caeterorūꝫ aequalis ſit: aut maior: dif/fert ſane nihil: accidit enim omnino vt infini/tus motus: tempore fiat finito: quod impoſſi/bile eſt.

¶ Poſſet Ariſto. quis obÿcere non poſſe reperiri tot mo/tus eſſe ęquales motui ipſius a. cum duo motus ęquales raro ſint: quanto minus infiniti. Soluit obiectionē hāc propoſitū non tollere: nam ſiue ſint omnes ęquales mo/tui ipſius a. partiliter: ꝛ quaſi adamuſſ: m: ſiue parū dif/ferunt: dūmodo omnes alÿ ſint finiti: ſequitur vt infinit⁹ motus tempore fiat finito: quādo ex illis poteſt fieri vn⁹ motus ſpecie: verum de hoc erit magna quęſtio: quę po/ſtea diſputabitur.

¶ Cum poſuit. Cōmentuꝫ ꝑter textum duo continet an/notatione digna. Primum ꝙ non poteſt motus rei mo/tę eſſe minor ꝛ breuior motu rei mouentis: vt ſi baculus mouet pilaꝫ: non poteſt motus pilę eē breuior motu ba/culi: licꝫ poſſit eſſe longior vt ſenſu pꝫ. ¶ Scdm qđ con/tinet eſt ꝙ per deductionem Ariſt. non habetur plus: ni/ſi ꝙ motus infiniti ſint tēpore finito: non ꝙ motus infi/nitus vnus numero ſit tēpore finito: ideo apponit textuꝫ ſequenteꝫ ipſe Ariſtoteles: vt declaret ſimpliciter motū infinitum numero eſſe tēpore finito. ¶ Dubitant cōtra primuꝫ recentiores: q꞉ poteſt cęlum mouere vnaꝫ ignis moleꝫ: quę poſtea illa deſinet moueri: aut per corruptio/nem: aut per alium modum cęlo ipſo adhuc ꝑpetuo mo/to. Ad hoc dicunt ſuo modo ꝛ ſatiſfaciūt. ¶ Ego vero nō recedens ab eo quod dixit ipſe in proximo cōmēto. dico dictum Auerro. habere duas conditiones: prima eſt ꝙ motor ꝛ motum ſint coęua: ꝛ non mobile corruptibile et motor ęternus: q꞉ tunc mobile poſſet deſinere moueri p corruptionem ipſo motore adhuc exiſtente in motu. Se/cūda ꝙ motor p ſui motum ſit cauſa motionis rei motę. ¶ Tunc pꝫ ſolutio ad argumentum: cęlum eniꝫ eſt ęter/num: ignis corruptibilis: ſed vbi ignis ille eſſet ęternus: vt cęlum: ꝛ cęlum per ſui motū moueret neceſſario ignē: non poſſet cęlum moueri nō moto igne: q꞉ per corruptio/neꝫ non poſſet deſinere per aliuꝫ modū minime: q꞉ cęlū per ſui motū mouet neceſſario ignē: igiī vt prius.

Cō. 6.

pm aū obſeruan.

Scdm.

Dubia.

Sol. ꝛpa.

¶ Et eſt. Dicetur fortaſſe ꝙ neutro illorum modorum ſit. ideo explicatius arguit illud eſſe: aut quia motor ut᷑ poſſe non fuit: et tempus fuit: aut quia fuit: ſed diſpoſitio agẽdi deficiebat. non poteſt autem aliud fingi: at tunc illa diſpoſitio: aut eſt ex parte agentis: aut patientis: aut vtriuſq;: vt amborum diſtantia. dicit. ꝙ harum diſpoſitionum forte omnes: forte plures: forte ſolum vna deeſt: ob quam cauſam motor non mouet. Cum igitur hęc ſint impoſſibilia: neceſſario fit vt primus motus ſuccedat mox ei motui quo ipſum poſſe fiet: ita vt principium primi motus ſit finis illius pręcedentis.

¶ Et mouere iſtud. Oſtendit ꝙ motus ille pręcedens primuꝫ ſemper fuit vnus et continuus: quaſi repetens rationem nunc dictam. et patet.

¶ Et forte. Fecit diuiſioneꝫ. videlicet. ꝙ aut illud poſſe eſt nouum: aut antiquum: ſiue ęternum. et fecit rationem cõtra illius nouitatem. excuſans modo ⁊c. ait ꝙ illud non eſſe ęternum apparebit ex ſecundo concludente. quod ſubſcribet textu proximo: aut tacuit illius probationem: quia non indiget illa: vt patet. hęc omnia quę dixit Auerroes ſunt vtilia: ſed non ad propoſitum litterę. tu vero ſequere expoſitionem noſtram.

¶ At vero ſi vlterius magis proficiſcamur: idẽ eueniat neceſſe eſt. Nam ſi quaedam ſunt mobilia: quaedam motiua: ⁊ interdum eſt actu quid mouens ipſum primum: ⁊ id quod mouetur. interdum vero horum nihil: ſed quieſcant: hoc prius mutetur neceſſe eſt. nam quietis aliqua praeerat cauſa: cuꝫ quies ipſa ſit motus priuatio. Quare ante primam mutationẽ erit mutatio prior.

¶ Poteſt quis Ariſtoteli obijcere ꝙ mobilia et motiua pręſint: et ꝙ interdũ antea erant in motu: iterdũ in quiete. ideo obijcit nunc: non ex ſuppoſitis: ſed ex neceſſarijs: et inquit. At vero ſi vlterius magis proficiſcamur arguẽdo. videlicet. ex neceſſarijs: et non ex ſuppoſitis. idem eueniat neceſſe eſt. nam ſi quędam ſunt mobilia: quędam motiua. ſintq; hoc modo. ꝙ interdum ſint in actu hoc mouens illud motum: interdum nullum horum: ſed quieſcant penitus hoc a mouere: illud a moueri. ſequitur tunc vt hęc prius mutentur. nam quietis aliqua pręfuit cauſa:

cum quies ipſa ſit motus priuatio: et ita oportet vt hęc ex quiete ad motuz mutentur ablata cauſa illius quietis: quare ante primam mutationez erit mutatio prior. videlicet illa qua aufertur cauſa quietis. vnde poteſt ſyllogiſmus eſſe iſte. aut illa quę præfuerunt: præfuerūt ſemper in motu. aut in quiete interdum. Si ſemper in motu: tunc motus ſemper erit. ſi ſemper vel interdum in quiete: non potuerunt deduci in motum: niſi quietis cauſa auferatur. ⁊ cum illa ablatio ſit motus: ante motum erit motus. hic eſt ſenſus litterę.

Com.7. ℂ Quia hoc. Auerroes propriam ſibi conſtituens rationem: quam de intentione Ariſtotelis credit eſſe. primo ordinem in demonſtrationibus componit: et vult ꝙ Ariſtoteles vnum primo ſupponat: aliud vero quęrat. Supponit eniz ex ſeptimo huius. ꝙ detur primus motus vt cęleſtis. primum mobile vt cęlum. primum mouens vt id quod primo mouet cęlum. ℂ Quęrit vero vtrum talis motus ſit natura et tempore prior. hoc eſt dignitate et ſeparabilitate. an ſolum natura et dignitate prior: non tamen prior tēpore et ęternitate. ℂ Et ex his ſoluitur contradictio. poſſet enim quis cauillare ſi Ariſtoteles ſupponit primum motum: et omnis prim⁹ motus: ſiue omne primum motum eſt ęternum. igitur ſuperflue quęrit an is motus ſit ęternus. patz modo ſolutio. Ariſtoteles enim eſſe primum motum natura et dignitate ſupponit: ſed quęrit an etiaz tempore. hoc eſt ęternitate ſit prior.

ℂ Deinde poſuit. His præmiſſis. arguit ſyllogiſmo hypothetico diſiunctiuo deſtructiue. videlicet. accipio primum mobile: quod mouetur tali primo motu: et quęro aut illud eſt genitum: aut ęternum. Si genitum: cum omnis generatio ſit aut motus: aut cum motu: tunc ante eum: quem poſuimus primū motum: erit motus prior: qua ratione ille primus dici non poterit natura nec tempore. Si vero ponatur illud ęternum: aut ſemper fuit in motu: aut exiuit de quiete tempore infinito præcedente ad motum: ſiue tempore finito. (idem enim eſt.) non eſt dicendum ꝙ exiuit de quiete ad motum. Primo. quia ab ęterno fuit agens vt primus motor ab ęterno fuit mobile. igitur ⁊ motus. Secundo. ſi exit ad motum: poſt quietem. oportet aut vt remoueatur impediens: aut vt euenerit diſpoſitio et commodum: quo ad motum exiuit. Siue illud impediens: aut diſpoſitio ſit ex parte agentis: ſiue ex parte mobilis: ſiue ex parte vtriuſqz: ſemper ſequitur vt ante motum primum præceſſerit motus: quo. videlicet. impedimentum: aut diſpoſitio ſit inducta. cum hęc omnia ſint impoſſibilia: oportet vt ſit primum mobile: quod ſemper moueatur primuz quoqz mouens quod ſemper mouet: ⁊ primus motus: qui nunqͣ ceſſet. hanc autem expoſitionem dicit eſſe mentem Ariſtotelis: quod ſane non credo. eſt enim hęc expoſitio ſatis difficilis: ⁊ nō conueniens verbis: vt patet omnibus. ꝓpterea prima eſt melior.

ℂ Et non debet. Remouet obiectionem. quia dici poſſet ꝙ motus cęli non eſt primus: ſed alteratio: aut generatio: quia cęlum ipſum: aut primum mobile fuiſſet primo genitum: eſt motus primus. cauillum hunc refellit. Et declarat primo. ꝙ generatio non poteſt eſſe primus motus: quoniam generatio non motus eſt: ſed eſt motus finis. Secundo declarat. ꝙ nec alteratio: quia motus primus vult eſſe ęternus. alteratio vero eſt finita: quia deſinit in generationez. Tertio. contra ambo hęc facit: quia ſexto huius dictum eſt ſolum motum circularem eſſe primū: quia ille ſolus poteſt eē ęternus.

ℂ Nam alia quidem vnice. alia vero contrarijs motibus mouent: ceu ignis quidem calefacit. frigefacit vero minime. at ſciētia vna videtur eſſe contrariorum.

ℂ Plato in timęo diſtinguit de duplici agēte. aliud eniz eſt agens per naturam: atqz formam propriam. quod naturale dicitur. et hoc determinatur ad vnum: vt dictum eſt ſecundo huius: et primo de cęlo. Aliud agit a ſcientia et a ratione. quod agere a propoſito dicitur. tūc vult ꝙ agens non per naturam egerit: ſed per artem et ſcientiam: qua ratione nihil prohibebat agere contraria abſqz ſuꝑfluus mutatione.

ℂ Videtur quidem igitur etiam illic aliquid perſimile eſſe. nam frigidum ipſuz cum cōuertitur atqz circumuoluitur calefacit: quēadmodum ⁊ ſciens ſponte ſua peccabit: cū contra ſcientia abutetur. Praeterea. etiam ea quae agere aut mouere: ⁊ ea quae pati aut moueri poſſunt. non omnino haec poſſunt: niſi vt propinqua ſe habeant etiam inuicem. Quare cum illa proxima ſint: ⁊ cuiz id fuerit vt hoc quidem motiuuz. illud vero mobile ſit. aliud quidem mouebit. aliud vero mouebitur.

ℂ Contra hunc cauillum arguit Ariſtoteles. ⁊ ſupponit (vt mihi videtur) duo. Primum. ꝙ tam agens naturale qͣ̃ agens a propoſito. non agit niſi vnum per ſe et principaliter. aliud per accidens et ſecundario: vt frigidum conuerſum per antiperiſtaſim circumuolutum ad radicē calefacit: vt patet in aquis putealibus in hyeme. Similiter artifex cum ſcientia recte vtitur eſt cauſa ſanitatis. cum vero ſponte ſua praue vtitur: eſt cauſa contrarij vt mortis. Secunda ſuppoſitio. ea quę agere aut mouere: et ea quę pati aut moueri poſſunt: nō omnino ad actuz hęc poſſunt: niſi vt propinqua: aut aliquo alio modo affecta ſe habeant de nouo inuicem. a poſſibilibus enim quatenus poſſibilia non poteſt nouum quicqͣ̃ proficiſci: niſi aliqua quauis noua affectione ſurgente afficiantur. hęc enim duo ſatis cōſtant.

ℂ Cum poſuit. Iſtud commentum diuiditur in expoſitionem textus: et digreſſionem. Secunda ibi. Sed adhuc remanet. prima pars patet. verum duo ſunt attentione digna. Com.8. Primum. ꝙ Auerroes vult ꝙ differentia inter virtutes rationales et naturales ſit hęc. ꝙ rationalis agit vtrum contrariorum per ſe. naturalis vero virtus alterum per ſe: alterum per accidens. ℂ Sed dices. hoc videtur contra textum. ait enim Ariſtoteles ꝙ in vtroqz eſt ſimile: quoniam tam naturalis qͣ̃ rationalis virtus agunt vnum per ſe: alterum per accidens. ℂ Dici poteſt ꝙ per accidens accipitur vno modo pro ſecundario. et ſic accipit Ariſtoteles in littera. Alio modo vt diſtinguitur contra per ſe. et ſic accipit Auerroes in commento. nam ſecundarium dicitur per ſe hoc modo: vt diſtinguitur contra per accidens proprie. Secūdum attentione dignuz eſt. ꝙ Auerroes vult ꝙ det reſponſionem Platonis Ariſtoteles et confutet. ℂ Reſponſio vero eſt. vt dictum eſt in littera. ꝙ ratio Ariſtotelis habet locum ſoluz in virtutibus naturalibus. ℂ Confutatio vero (vt intelligit Auerroes ex textu)

eſt.ꝙ tunc expoſitio Platonis non eſt vniuerſalis: ſed particularis. Et hec replica (vt dicit) nūc ſufficit: quia poſtmodum eam fortiter ⁊ diligentius confutabit. Hec eſt expoſitio Auerrois. Sed licet hec expoſitio ſit vtilis: tamen (vt mihi videtur) textui non conſonat. Ariſtoteles enim in refellendo cauillum illū Platonis ſiue cuiuſuis alterius: duas ſibi conſtituit ſuppoſitiones: ⁊ ita non arguit: ſed ſupponit.

¶ Sed adhuc. Nunc digreditur: ⁊ obiicit primo contra dicta: oſtendens ꝙ adhuc ſtat expoſitio Platonis: quoniam licet expoſitio non ſit vniuerſalis: tamen diceret Plato deum eſſe agentem rationalē: ſiue a propoſito per ſcientiam rei agendę. tale autem agens eſſe poteſt cauſa immediata effectrix contrariorum abſq; ſui mutatione: ⁊ ita nullo cōcurrente ſufficit.

¶ Secundum igitur hanc. Reſpondet primo ꝙ Ariſtoteles confutabit poſtea talem reſponſionem complete: nunc vero tantum habere vult reſponſionē platonis non eſſe vniuerſalem: propterea verbum illud in tranſlatione barbara: ſed non omnia quę poſſunt ⁊ reliqua: eſt propoſitio particularis negatiua. nam negatio prepoſita facit ęquipollere ſuę contradictorię. Illud vero verbum: ſed quando fuerit talis eſt particularis affirmatiua: ⁊ ita patet reſponſionē eſſe particularem ⁊ non vniuerſalem. hęc eſt prima confutatio.

¶ Secunda autem expoſitio. Soluit aliter: videlicet ꝙ vniuerſaliter nulla agentia quęuis poſſunt agere de nouo ſine ſui mutatione ſiue rationalia: ſiue naturalia: Et ſic propoſitio pⁱma eſt vniuerſalis negatiua. Secunda vero vniuerſalis affirmatiua.

¶ Et hoc eſt manifeſtum. Probat vniuerſaliter nullū agens agere de nouo effectum aliquem ſine ſui mutatione: ſiue ſit rōnale: ſiue naturale. Primo omne agēs naturale quod agit de nouo: agit cum ſui mutatione: et omne agens rationale ſimiliter. igiť omne agens. Prima pars patet per omnes. Secunda declaratur: quoniam agens rationale non agit de nouo: niſi de nouo aut intelligat: aut appetat: ⁊ vtcūq; ſit: ſaltē appetitus aut cognitio erit mutatio interior.

¶ Si autem poſuerimus. Secundo ab vno eodemq; agente manente penitus ſimili ſecundum eandē proportionem: nō prouenit niſi vnum ⁊ idem. igitur agens rationale non poteſt agere nouum niſi mutet proportionem ad effectum: ⁊ ita mutabitur.

¶ Et quod dicunt. Sarraceni dixerūt ꝙ aliquod agēs voluntate antiqua poteſt agere nouum vt quando prefixit tempus ſuę actionis in ſua voluntate: ⁊ ita deus voluntate ęterna poteſt agere mundum de nouo: quia in illa pręſtituit tempus ſuę actionis. Contra obiicit: quoniam adueniente ſuę actionis hora: aut eſt illa met voluntas: quę pręerat: aut alia. Si eadem: igitur vt ab ęterno nihil fecit: ita tunc nihil faciet. ſi alia voluntas. igitur mutatio ſaltem interior.

¶ Et cauſa. Secundo noua hora ſequitur nouum tempus. vt enim tempus ſequitur motum: ita nouum tempus nouum motū. non enim tempus eſt abſq; motu: nec nouū tempus abſq; nouo motu. igitur ſi aduenit noua hora: aduenit nouus motus: ⁊ per conſequens ante primum motū erit motus ille de nouo adueniens. An vero rationes hę valeant: poſterius dicetur.

¶ Si igitur non ſemper mouebatur: patet non ita ſeſe habere: vt alterum mouere: alterum moueri poſſit: ſed ipſorum alterum mutari oportebat. In iis enī quae ſunt ad aliquid id euenire neceſſe eſt. veluti ſi duplū non erat: nunc duplū euaſerit. ſi non vtrūq;: alterū mutari neceſſe erat. erit ergo quaedam mutatio prior prima.

¶ Ex his ſuppoſitis arguit et facit tale enthymema. Si ea quę erant poſſibilia mouere et moueri antea ſempiterno tempore non mouebantur. igitur non cęperunt moueri et mouere ſine noua mutatione. hoc enthymema patet per ſuppoſitiones. quoniam ex prima et ſecūda colligitur ꝙ nihil agit: aut patitur de nouo vniuerſaliter: niſi aut per ſe aut per accidens: accedente aliqua euariatione ſiue mutatione. Non cōtentus tamen Ariſtoteles probatione hac ex ſuppoſitis: idem perſuadet ſic. non poteſt noua relatio ſurgere inter relatiua: niſi ſurgat noua mutatio in fundamento: aut in vtriſq;: aut in altero relatiuorum: vt exemplo docet. relatio enim et ſi non per ſe terminet motum: aduenire non poteſt alicui: niſi conſequatur aliquid per motum acquiſitum: et ita his ſtantibus patet eſſe mutationem priorem prima: vt illam qua motiuum et mobile cępit: et ductum eſt ad motum.

¶ Si igitur. Commentum iſtud diuidi poteſt in duo: quoniam primo exponit litteram. ſecunda ibi. Et oportet nos. digreditur. prima pars patet. verum in illa parte duo ſunt attentione digna. Primū. ꝙ nulla relatio poteſt de nouo aduenire alicui ſine mutatione alterius extremi: aut ſaltem in aliquo extrinſeco ab vtroq; extremo: vt iuniores declarant: quia poteſt fieri relatio quędam de nouo inter denarios et rem venditam: nulla facta in illis mutatione: ſed in vendente et emente. ſimiliter et de viſione dici poteſt. nam poteſt inter viſilem et viſum noua effici relatio per ſolam lapidis impedientis mutationem. Secundum eſt. ꝙ recte in precedenti textu dictum eſt contradictionem illam eſſe particularem: vt dixit prima expoſitio: quoniā hęc contradictio eſt vniuerſalis. illa enim fuit ſolum de agente naturali. hęc autē eſt vniuerſalis inter omnia agentia quęcūq;: qua ratione inductus erat ipſe (vt dicit) exponere verba illa illo modo dicto in prima expoſitione. hęc in expoſitione continentur. Com.9.

¶ Et oportet. Digreditur. et mouet quęſtionem. vtrum videlicet. hęc demonſtratio probet motum non incipere ſecundum genus. Aut ꝙ primus motus non incepit tantū. habet enim (vt dicit) quęſtio hęc difficultatem.

¶ Debes ſcire ꝙ incipere ſecundum genus eſt incipere ſic. ꝙ nihil ſui generis incepit: veluti Adam incepit ſecundum genus: quoniam ante ipſum nihil ſui generis incepit: nec homo: nec animaliū vllum: qua ratione fit: vt non incipere ſecundum genus ſit quando ita res aliqua incipit: quod prefuerit aliquid ſui generis: veluti caius nunc non incipit ſecundum genus: licet de nouo in lucem ędatur: quoniam prefuit aliquid ſui generis: vt homo: aut leo: vel tale id genus. eſt igitur quęſtio. vtrum demonſtratio Ariſtotelis demonſtret motum non incepiſſe ſecundum genus: quoniam ſemper pręceſſit motus. an ꝙ primus ipſe motus non incepit. hęc enim quęſtio eſt difficilis.

¶ Quoniam ſi intendit. Tangit quęſtionis difficultatem. nam motum non incipere ſecundum genus eſt dicere ante motum eſſe ſemper motum. modo hoc poteſt intelligi quadrifariam: vt dictum eſt in primo commento. vbi ſunt poſitiones poſſibiles et impoſſibiles: ⁊

ita hęc propoſitio non poteſt aut abſolute concedi: aut negari: cu; ſint in illa ſenſus poſſibiles et impoſſibiles. Dicit ſecundo. ꝙ ſenſus poſſibilis is eſt qui ex ſuppoſitionib⁹ ſequitur. videlicet. ille ꝙ motus ſequitur poſt ipſum mobile tempore. quod verum eſt de motu nouo et de ęterno reſpectu noui motus. Dicit tertio. ꝙ iuxta hoc oportet dicere Ariſtotelem in hac intentione eſſe diminutum: cu; multiplex non diſtinxit: et ſenſus non verificauit vt fieri ſolet in multiplicibus. ℭ Signum affert. quia Alfarabius diſtinxit illud: et declarauit ſenſus poſſibiles et impoſſibiles: aſſerens ab Ariſtotele id eſſe derelictū: ⁊ ita Ariſtoteles eſt mancus.

ℭ Licet Ariſtoteles. Reſpōdet ꝙ Ariſtoteles prętermiſit hęc tanꝗ̄ poſterius declaranda: vt in libro de generatione ſecundo. ideo non eſt diminutus: cum in loco debito illud perfecerit: ⁊ complete.

ℭ Aut dicamus. Secundo. ſoluit ꝙ iſtę ſunt duę quęſtiones impertinentes: quarum prima eſt: vtrum mundus poſſit ſtare ſine motu: ita vt ſit: et nullus motus ſecundum genus ſit. alia eſt quot modis motus eſt ante motum. hę enim ſunt quęſtiones impertinentes. Propterea. Ariſtoteles ſoluit illas in locis diuerſis: vt primam hic. ſecūdā vero in ſecūdo de generatiōe.

ℭ Et forte. Tertia reſponſio eſt ꝙ Ariſtoteles intendit probare ꝙ mundus ſemper ſtat: et ſtetit ſub hac triplici diſpoſitione: ſub qua modo ſtat: cumq; ſimili ordine: et his motibus: ita vt ſit mūdo naturalis ordo: nec aliter poſſibile.

ℭ Scilicet ꝙ omnes. Explicat ordinem: ꝙ videlicet ſit talis ſemper mundi ordo vt omnes motus reducantur ad celum cęleſtemq; illius motum: veluti ad cauſam cęterorum. Secundo. ꝙ quędam ſemper moueantur vt ea quę cęlo proxima ſunt: vt ignis. quędā vero quieſcant ſemper: veluti quę remota: vt ipſa terra. Tertio. vt quędam alternatim interdu; moueantur: nūc quieſcant. Modo ad tale; declarationē quęſtio illa de motuū inuicē precedētia impertinens eſt.

ℭ Ergo manifeſtum. Probat tertiam intentionem. videlicet. ꝙ mūdus ſemper illa triplici diſpoſitione permaneat: quoniam ſi non ſtabit ſemper in tali conſtitutione: aut quieſcet: aut ad aliud mutabitur ſtatum: non poteſt quieſcere: quonia; omne quod quieſcit: quieſcit vt diximus propter remotionem a cęlo. nec poteſt mutari ad aliam diſpoſitionem: quoniam moueretur propter appropinquationem ad cęlum.

ℭ Si igitur poſſibile. Ex his vult inferre ꝙ ſi mundus quieſcet: mundus eſſet pars alterius mundi. dictu; eſt enim ꝙ ſi quieſcit: non quieſcit niſi quia remotus eſt a cęlo: vt dixit de terra. igitur ſi quieſcit: oportet eſſe aliquem mundum ipſum continentem: et ita erit pars alterius mundi. ℭ Debes ſcire ꝙ in hoc proceſſu ſupponit Auerroes ꝙ motus cęli ſit primus motus ſecundu; cauſam ſaltem: et ita eſt cauſa omnium cęterorum motuum et quietum: ſed non poteſt eſſe ſecundum eandē rationem cauſa motus et quietis. igitur erit cauſa motus per approximationem. quietis vero per remotione;. Tunc hoc ſumpto enthymema patet. videlicet ꝙ ſi hic mundus quieſceret: eſſet pars alterius mundi: quia non quieſceret niſi per remotionem ab illo. quod eſſe non poteſt: niſi ſit illius pars: aut ab illo cōtentus. Sed an hęc quicꝗ̄ valeāt: poſteri⁹ diſputabim⁹.

ℭ Et quod apparuit. Nunc tandem declarat poſitionem ſuam: et vult ꝙ Ariſtoteles probet motum primum eſſe ęternum: partim ex ſeptimo libro: partim ex his quę hic dicit. ex ſeptimo enim ſumit eſſe aliquem motum primum: primum mobile: atq; motorem primum. hic vero probat talem motum primum non eſſe factum atq; de nouo. Non enim eſſet primus ſecundū cauſam: vbi nāq; eſſet nouus: non incepiſſet niſi aliqua alia mutatione precedente per declarata. cum autem illa mutatio pręcedens eſſet prior: nō poſſet eſſe cauſata: aut dependens ab illo primo motu: et ita non eſſet ille primus ſalte; cauſaliter. Quare ſi eſt primus omniū oportet vt ſit ęternus ⁊ ante omnes.

ℭ Et cum hoc fuerit. Tunc vlterius arguit. ſi eſt motor ſemper mouēs. igitur eſt mobile aliquid quod ſemper mouetur. hoc ſtatim patet. quia mouens et motū ſunt relatiua: poteſt tamē probari etiam quia ſi id quod mouetur a primo motore: non eſſet ęternum: ſed generatum: tunc motor primus non eſſet primus. Nam ſi primu; mobile generaretur: aut generaretur a primo ipſo motore: aut ab alio. non ab alio: quia tunc non eſſet primus: cum non eſſet omniū cauſa. Si vero a primo motore: hoc eſſe non poteſt: niſi ille primus motor efficeretur particulare mouens ſecundum locum et tempus: et ita nō eſſet primus. quare ſi primus motor eſt ęternus: etiam primum mobile erit ęternus. et ſi ſic. igitur ipſe motus primus erit ęternus. nam motore primo et mobili primo exiſtentibus ęternis motus primus neceſſario erit ęternus.

ℭ Et maxime cum. Huius rei tandem dat ſignum ex hoc quia ſenſu conſtat omnes motus hic inferius reduci ad motum cęleſtem: vt generatio et corruptio: ⁊ omnes alij ad motum circuli obliqui. Cum igitur omnes motus reducantur in illum: erit ille omnium primus: et cauſa omnium cęterorum: et ita nullus eſt eo prior. ⁊ ſic ęternus. contra etiam: quia ęternus eſt cauſa omniū aliorum: et ita cauſa ꝙ poſt motum ſit motus in infinitum: de his dicemus poſtea.

ℭ Ad haec quoniam modo prius atq; poſterius erunt: ſi non ſit tempus. aut tempus: ſi non ſit motus. Or ſi tempus numerus motus: aut quidam ſit motus. Siquidem ſemper tempus eſt: ⁊ motum ſempiternum eſſe neceſſe eſt: ſed de tempore omnes: praeter vnum ſolum: conſentire videntur. nam ingenitum eſſe aſſerunt: atque per hoc Democritus eſſe impoſſibile demonſtrat omnia eſſe facta: quia videlicet tempus dicit nō eſſe genitum. Plato vero ſolus ipſum generat. etenim vna cum coelo ipſum ortu; eſt inquit. coelumq; factū aſſerit eſſe.

ℭ Secundo principaliter arguit Ariſtoteles ſic. ſi tempus ſemper eſt: motus eſt perpetuus. ſed temp⁹ eſt ſemper. igitur motus eſt perpetuus. ℭ Circa hanc rationē primo ſumit duo. Primu;. nec temporis differentię ſine tempore: nec tempus ſine motu eſſe poteſt: et hoc inquit. quonia; modo prius atque poſterius erunt: ſi non ſit ipſum tempus: aut tempus ſi non ſit motus. Sumit ſecundo. ꝙ tempus ſit aut motus aut motus ipſius numerus: vt quarto huius declaratū eſt. inquit. Or ſi tempus numerus motus: aut quidam ſit motus: hęc eſt ſecunda ſuppoſitio: quę eſt declaratio primę: vt patet. Ex his dat ſyllogiſmum. ſiquidem tempus eſt: et motum

ſempiternum eſſe neceſſe eſt. Deinde ponit antecedēs tanquã minorem di. Sed de tempore omnes pręter vnum ſolum conſentire videntur. nam ingenituz eſſe aſſerunt atqʒ per hoc Democritus eſſe impoſſibile demonſtrat omnia eſſe facta: quia videlicet tempus dicit non eſſe ortum: ꝛ ſic per conſenſum omnium patet poſitio antecedētis. Deinde declarat quis ille eſt ſolus ꝙ huic diſſentit di. Plato vero ſolus ipſum generat. ꝛ enim vna cum cęlo ipſum eſſe ortum inquit. cęlumqʒ factuz aſſerit eſſe: ꝛ ita ſyllogiſmus totus patet. eſt enim hypotheticus a poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis. ℂ Themiſtius vero vult illum eſſe contradictorum: quatenus videtur Ariſtoteles reducere veteres ad contradictionem. ℂ Auerroes autē quid velit: aut neſciuit: aut occultauit. primo enim intuitu videtur velle Ariſtotelem declaraſſe ex principali intento id idez in tempore: quod de motu ipſo declarauit: vt ꝙ tempus ſit ęternum: ꝛ hęc expoſitio eſt propria: ſed textui gręco non conſonat vt tibi patet. Deinde vult ꝙ ex hac declaratione Ariſtoteles inferat motum ipſuz eſſe perpetuum. Hęc ex cōmento colligi poſſunt: quę non multum litterę conueniunt.

Qualis expoſitio Themi. Que aut̄ roes com mēto. 10.

ℂ Rurſus ſi impoſſibile eſt: ꝛ eſſe: ꝛ intelligi tempus abſqʒ ipſo nunc. Nunc vero ipſum eſt medium quoddam principÿ ſimul atqʒ finis rationem ſubiens. principÿ quidem futuri. finis vero praeteriti: tempus ſit ſemper neceſſe eſt. Ultimuz namqʒ temporis finiti eius quod ſumptum eſt: in aliquo ipſorum nunc erit. nihil enim in tempore praeter ipſum nunc contingit accipere. Quare cum ipſum nunc ſit ꝛ principiuz ꝛ finis: citra ꝛ vltra ipſuz eſſe tempus ſemper neceſſe eſt. Sed ſi tempus ſit ſemper: patet etiam motum neceſſario ſemper eſſe. ſi quidē tēpus ſit motus affectio quaedã.

ℂ Accepit poſitionem antecedentis: videlicet ꝙ ſemper ſit tempus per conſenſum hominum. Nunc eam probat ſimpliciter per rationem: ꝛ ratio eſt a primo ad vltimum ſic: ſi tempus incepit: illius fuit aliquod primum. igitur illud primum fuit aliquod nunc. Ultra ipſum nunc eſt finis pręteriti. igitur pręfuit tempus. pręfuit: igitur non incepit. non incepit. igitur tempus perpetuum eſt. perpetuum eſt tempus. igitur ꝛ motus: quoniam tempus eſt motus ipſius affectio ſiue paſſio. ℂ Circa hanc rationem primo ſumuntur duo loco antecedentis. deinde ex illis infertur conſequens. Inquit. rurſus ſi impoſſibile eſt ꝛ eſſe ꝛ intelligi tempus abſqʒ ipſo nunc: hęc eſt prima ſuppoſitio. Nunc vero ipſum eſt medium quoddaz principÿ ſimul atqʒ finis rationem ſubiens. principÿ quidem futuri. finis vero pręteriti. Hęc eſt ſecunda ſuppoſitio. ℂ Ex his infert conſequens: ꝛ inquit. tempus ſit ſemper neceſſe eſt. Conſequentiã deducit: ꝛ inquit. vltimum namqʒ temporis finiti eius quod pręterÿt: in aliquo ipſoruz nunc erit per ſuppoſitiones. Nihil enim (vt dictum eſt) in tempore pręter ipſum nunc contingit accipere. Deinde quaſi rationem epylogando. inquit. quare cum ipſum nunc ſit ꝛ principium ꝛ finis: citra vltra ipſuz eſſe tempus ſemper neceſſe eſt. Ex his vult habere poſitionem antecedentis: quam per conſenſum ſapientum acceperat. deinde redit ad argumentuz: et inquit. Sed ſi tempus ſit ſemper: patet etiam motum neceſſario ſemper eſſe. ſiquidem tempus ſit motus affectio quędam: aut ipſe mot⁹: vt in libro quarto dixit. ℂ Debes ſcire ꝙ cōtra hanc rationem Ariſtotelis obÿci poteſt hoc modo. ſic ipſum nunc ſe habet ad tempus: vt punctum ad lineam: ſed non eſt de ratione puncti vt ſit medium. eſt enim aliquod punctum principium lineę tm̄. aliquod vero finis ſolum: ꝙ ſi idem et omne punctum eſt medium finis ac principÿ rationem ſubiens: erit quoniaz linea eſt infinita. igitur cum ita ſit de ipſo nunc: aut peÿt quod eſt in principio: aut oportet dare primum nūc: vt primum lineę punctum. ℂ Huic reſpondet Auerroes in commento verificando rationez ꝙ differt tempus a linea. naz tempus ſemper fluit. linea vero permanet. Propterea. non eſt dare primum nunc in tempore: vt primum datur punctum in linea: quia tunc tempus eſſet permanēs: ꝛ actu demonſtratū vti linea. ℂ Obÿcit autem huic reſponſioni expoſitor: quia adhuc ratio Ariſtotelis eſt leuis. nam ex hoc ꝙ tempus eſt fluens: non habetur plus niſi ꝙ idem nunc nō poteſt bis oſtēdi: ſed non habetur ꝙ ante ipſum pręceſſerit tempus. ꝛ ſic ſtant ſimul ipſum nunc non bis oſtendi: et eſſe primum. ℂ Ideo aliter defendit Ariſtotelem: et tu vide eum. Pace tanti viri hęc obiectio non cogit. nam Auerroes ſupponit nō poſſe eē ipm̄ nūc niſi in motu. hoc eſt niſi in ipſo motu ſibi correſpōdeat momentū: ſiue mutatum eſſe. Modo in ſexto demonſtrauit hęc viciſſim ſe habere. videlicet motum et mutatum eſſe: quoniam ante omnem motum pręceſſit mutatum eſſe: et ecōtra. ante omne mutatum eſſe pręceſſit motus. ℂ Ex his ratio Ariſtotelis habet vim. ſi eniz in tempore eſt primū nūc: oportet in aliquo motu ſibi correſpōdere aliquod mutatum eſſe. vt enim tempus eſt in motu: ita ipſum nunc immutatum eſſe. Modo ante omne mutatū eſſe eſt motus: et omnis motus eſt in tempore. igitur ante nunc illud pręceſſit tempus. Quomodo etiam Themiſtius rationez hanc Auerrois intelligit: ſed de re hac in his quę dicemus: diſputabitur. Ulterius Auerroes in calce commenti ex textu ſumit ſignum ꝙ demonſtratio intelligitur de primo motu: ex hoc quia tempus eſt paſſio primi motus. videlicet diurni.

Que aut̄ roes com mēto. xi. Dubia.

Reſponſio Auerrois.

Confuta⁹ Thome.

Defenſio

ℂ Eadem vero ratio erit de ipſius motus interemptu. Nam quēadmodū in ipſius motus ortu ſit vt prima mutatione ſit aliqua prior. Sic hic vltima mutatione aliqua fiet poſterior. non enim moueri ꝛ eſſe mobile ſimul deſinent: vt comburi ꝛ eſſe combuſtibile. nã poteſt eē combuſtibile ꝛ nō comburi: nec itē ſimul d̉ſinēt mutatiuū ꝛ mouēs eē At tale corruptibile corruptum fore oportebit: cum corruptibile ſit: ꝛ poſt hoc rurſus id quod huius eſt corruptiuum. etenim corruptio ipſa mutatio quaedam eſt. ꝙ ſi haec impoſſibilia ſint: perſpicuum motum ſempiternum eſſe ꝛ non interduz eſſe: inter-

dum non eſſe: ita nāqʒ dicere figmento per ſimile videtur.

❡ Cum declarauit motum ipſum nō incepiſſe: nunc nō eſſe interēpturum vnquam ſimili ratione perſuadere enitetur: ⁊ arguit ſic. ſi motus aliquādo interibit: tunc vltima mutatione dabit̄ poſterior. Modo conſequēs eſt impoſſibile. ideo ⁊ antecedens. pro deductione conſequentię preſuppōnit non ſimul ipſuꝫ moueri deſinere ⁊ ipſuꝫ mobile: nec ſimul deſinere corrumpi: ⁊ ipſuꝫ corruptiuum. Tunc arguit ſi motus deſinet per ſuppoſitionem mobile ipſum reſtabit: ⁊ cum illud ſimili ratione ſit corruptibile: igitur aliquando corrumpetur. igitur corruptio erit poſt vltimum motum: ⁊ cum corruptio ⁊ corruptiuum non ſimul deſinent: remanebit adhuc corruptiuuꝫ. tale autem corruptibile eſt cum ſit aut contrariuꝫ aut ex contrarijs. igitur adhuc poſt corruptionem relinquetur corruptio: ⁊ ſic in infinitū. hoc modo Ariſtoteles rationem format. ❡ Sed dices. videt̄ Ariſtoteles diminutus: quia dici poteſt ſimul moueri ⁊ ipſum mobile deſinere. ❡ Reſpondetur. vt ex Themiſtio colligitur: ꝙ Ariſtoteles vnum ſupponit: alterum probat. ſupponit enim ipſum moueri ⁊ mobile non poſſe deſinere: quod eo ſupponit: quia ſi omnis motus: ⁊ omne mobile penitus deſinerent: in nihilum redigerentur: ⁊ ita vnius corruptio eſſe non poterit alterius generatio. Probat vero ꝙ ſi remaneat mobile: poſt vltimam mutationē detur vlterior. ❡ Et ita ratio ſine cauillo tota poteſt ſic formari. ſi mot⁹ deſinet: aut ſil cuꝫ vniuerſo mobili deſinet: aut deſinet motus: adhuc ipſo mobili ſuperſtite non poteſt motus deſinere ſimul cum motu: quoniam tunc omnia in nihilū redigerentur: nec poteſt deſinere: mobili ipſo ſuperſtite per rationē textus. igitur motus eſt ſempiternus vtraqʒ ex parte. ❡ Auerroes vero rationem textus ſic format. vel deſinente motu ſimul condeſinit mobile: vel ſuperſtabit. ſi condeſinit: tūc habebit aliquod corrumpens. non enim poteſt eſſe corruptio ſine corrumpente: ⁊ queratur de corrumpente: aut eſt corruptibile: aut perpetuuꝫ. ſi corruptibile: rurſus habebit corrumpēs: ⁊ ita in infinituꝫ: ſed ſi tale corrumpens ſit perpetuuꝫ: Auerroes nō cōfutat: quia ex quinto hui⁹ patet. omne enim corrumpens eſt aut contrarium aut ex contrarijs. tale vero omne eſt corruptibile. ſic igitur dici non poteſt ꝙ ſimul motus ⁊ mobile deſinant: nec dici poteſt ꝙ mobile remaneat perpetuo poſt motus ipſius corruptionem: quia per ante habita motor eſt perpetuus ⁊ mobile ſimiliter. igitur ⁊ adhuc poteſt eſſe motus: ⁊ cum potentia non ſit fruſtra: oportet vt iterum inter ea ſurgat motus: ⁊ ſic poſtrema mutatione eſſet adhuc alia poſterior. Hec eſt Auerrois deductio: quę quātum litterę conueniat: diiudica. ❡ Sed dices. Ariſtoteles accepit ſolum illud membrū: ꝙ mobile remaneat: ⁊ motus deſinat: cū poſſit obijci ꝙ ambo poſſunt ſimul deſinere. igitur eſt diminutus. ❡ Rńdet Auerroes ꝙ pretermiſit illud membrum tanq̄ʒ declaratuꝫ in ſyllogiſmo de generatione motus. ideo vt breuitatis amator pretermiſit.

Obiectio aduerſus Ariſto.

Defenſio.

Alia rāſio.

Que aūr roes. com mēto. 13.

Dubiū.

Reſponſio Auerrois.

❡ Similiter etiam dicere ſic eſſe aptuꝫ: atqʒ hoc oportere principiū eſſe putare: qđ quidem Empedocles dicere videtur. rebus dicens competere neceſſario vt nūc amicitia nunc lite vincat ac eas moueat. in medio vero tempore quieſcant.

❡ Animaduerſione dignum Empedoclem dicere notū eſſe aliquādo: ⁊ aliquando nō eſſe propter litem ⁊ amicitiam. Dicit vlterius Empedocles ꝙ eſſe aptum motum in tanto tempore: ⁊ quietem in tanto alio: eſt principium: cum hęc e lite ⁊ amicitia proficiſcantur: quę ꝙ ſic agant: nulla eſt alia cauſa: niſi quia principia ſunt: ⁊ principiorum non eſt principium. Dicit modo Ariſtoteles hęc dicta ſunt ſimilia figmento: quoniam figmētum quod grece eſt plaſma: eſt id cui nulla reſpondet ratio. Cum igitur hęc ſint dicta ſine ratione: recte ait eſſe ſimilia plaſmati. inquit. ſimiliter etiam dicere ſic eſſe aptum vt in tanto tempore ſic: ⁊ in tanto non: atqʒ hoc oportere principiuꝫ eſſe putare: eſt ſimile figmento: quod quidem Empedocles dicere videtur: cuius verba ponit: ⁊ ex tranſlatione ipſa pſpicua ſunt.

❡ Forſitan vero ⁊ hi qui vnum principium faciunt quemadmodum Anaxagoras modo iſto dixerunt. At coruꝫ quae natura aut per naturam ſunt: nihil inordinatuꝫ eſt. vniuerſis enim natura ipſa ordinis eſt cauſa. Sed infinitum ad infinitum rationem habet nullam. omnis nāqʒ ordo ratio eſt. Infinito igitur quieſcere tempore: deinde moueri aliquando: huiuſqʒ differentiam nullam eſſe cur nunc magis q̄ʒ prius: nec vllum ordinem habere: naturae profecto non erit opus. Nam id quod natura eſt: aut ſimpliciter ſeſe habere oportet: ⁊ non interdum ſic: interduꝫ aliter: ceu ignis ſurſum natura fertur: ⁊ non interdum ſurſum: interdum non ſurſum. Aut rationem habere oportet id quod non eſt ſimpliciter eodem modo.

❡ Confutauit antea Empedoclis poſitionem: nunc ⁊ illam Anaxagorę confutare vult: ⁊ primo narrat eam: ⁊ inquit. forſitan vero ⁊ hi qui vnum principiū faciunt: vt Anaxagoras modo iſto dixerunt: quo videlicet dixit Empedocles ꝙ mundus certo ⁊ conſtituto tempore ſit in motu. Alio vero in quiete: ⁊ ita quo ad hęc Anaxagoras non differt ab Empedocle. Animaduertendum tamen ꝙ licet non differat quoad illud: differt quo ad aliud. nam Anaxagoras vult tempus quietis fuiſſe infinituꝫ. Tempus vero motus in quo mens mouet fore etiam infinitum. Empedocles vero ambo tempora ſtatuit finita. nam tempus quo mundus eſt in motu ſpacium annoruꝫ trigintaſex milia conſtituit: totidem ⁊ ſpacium quietis: deinde confutat poſitionē Anaxagorę ⁊ oſtēdit ꝙ nō ſit naturalis ſic. Nihil a natura aut per naturam cōſtitutum eſt inordinatuꝫ. Infinito tempore quieſcere ⁊ finito moueri eſt inordinatum. igit̄ nec a natura nec ſm naturā eſt. Inquit. at eorum quę natura ſunt vt compoſita naturalia: aut per naturam vt accidentia naturalia: nihil inordinatum eſt. hęc eſt maior: quam probat dicens. vniuerſis enim natura ipſa ordinis cauſa eſt. Sed infiniti ad infinitū rationem habet nullam. hęc eſt minoris vis: quam exponit dicens. omnis enim ordo ratio eſt: ⁊ ita cuꝫ inter

infinitum ⁊ infinitū non ſit ordo: nec ratio eſſe poteſt: ⁊ ita patet minor. Ex hijs infert concluſionem ⁊ inquit. infinito igitur quieſcere tempore: deinde moueri aliquando: huiuſq; differentiam nullā eſſe: cur nunc magis q̄ prius: nec vllum ordinem habere: naturę profecto non erit opus. hec eſt concluſio: cuius probationē ſub alijs verbis epylogat: ⁊ inquit. nā id quod natura eſt aut ſimpliciter eodem modo ſeſe habere oportet: ⁊ non interdum ſic: interdum aliter: ceu ignis ſurſum natura fertur ⁊ non interdum ſurſum: interdum non ſurſum: aut rationem habere oportet id quod non eſt ſimpliciter ſemper eodē modo: quod addit propter monſtra: quę quidē e natura ſunt aliquo modo: ſed eueniūt propter rationem aliquam vt propter materię impedimentum: aut cęleſtis conſtitutionis obſtaculum. Quare dicere q̄ mundus quieuit tēpore infinito ⁊ non ſemper: oportet vt per rationem aliquam tradatur: aliter tradens eſt voluntarius. Sic igitur patet poſitionem Anaxagorę eſſe naturalitatis expertem penitus.

Quocirca praeſtabilius eſt dicere vniuerſum ipſum in parte quieſcere. In parte rurſus moueri vt Empedocles ⁊ ſiquis alius ita dixit. Tale. n. ordinē iam quēdā ſeruat.

Confutata Anaxagorę pōne: declarat q̄tū ad qd Empedocles eſt Anaxagorę pręponendus: ⁊ vult eſſe Empedoclem Anaxagorę pręponendum: quia inter tempora poteſt ordinem ſeruare. nam tempus quietis eſt in parte finitū: ⁊ tempus motus ſimiliter: ſed cum inter finitum ⁊ finitum ſit certa ratio: iure Empedocles quo ad hoc pręſtabili⁹ ait. Debes ſcire q̄ Empedoclis poſitionem varijs modis varij auctores interpretantur: ita vt quidam auſerit dicere Ariſtotelē non recte Empedoclis rationem atq; poſitionem intellexiſſe: ad hoc itaq; tollendū ſubiecit: ⁊ ſiquis alius ita dixit. quaſi dicat ſiue illud dicat ipſe Empedocles: ſiue alius quicūq; fuerit: ⁊ ita habendo reſpectum ad ordinem Empedocles pręſtabilius dixit q̄ Anaxagoras.

Uerum ⁊ eum qui hoc aſſerit: non ſolum id oportet affirmare: ſed etiā ipſius cauſaſ afferre ⁊ non ponere: neq; cenſere ſine ratione proloquium. Sed aut inductionem: aut demonſtrationem afferre. ea enī quae ſupponitur: cauſae non ſunt: neq; hoc erat cōcordiae: aut diſcordiae eſſe: ſed illius quidem cōgregare. huius digregare onus.

Duo erant in ipſius Anaxagorę poſitione per quę illa poſitio videbatur innaturalis: videlicet quia abſq; ordine: ⁊ quia dicta ſine ratione. Empedocles vero ſaluat ordinem quia tempora conſtituit finita. cauſā vero ordinis aſſignare non poteſt. propter hęc oſtendit etiam ipſum erraſſe: quia ⁊ ſi ordinem ſeruauerit: cauſam ordinis afferre non potuit. Animaduerſione tamen dignum q̄ enunciationes ſunt in triplici differentia: quędā quę dicuntur ſuppoſitiones ſiue petitiōes. quędam definitiones: quędā quę gręce dicuntur axiomata latine dignitates: ſiue ſententię: ſiue proloquia. oſtendit igitur Ariſtoteles q̄ dicere mundum eſſe in motu finito tempore: eſſe vero in quiete tantūdem eſt irrationaliter dictum: quoniā nec hęc ſunt ſuppoſitiones: nec concluſiones nec definitiones. petitiones ſiue ſuppoſitiones quidem non: quia non ſunt primę cauſę. concluſiones vero minime: quia ſine inductione ⁊ demonſtratione ſunt dictę. definitiones demum nequaquā: quoniam definitio concordię eſt congregare. diſcordię vero diſgregare: ⁊ ita patet etiam Empedoclis error. Quę ait tranſlatione patent.

Or ſi aſſignetur ipſum quod eſt in parte: dicendū in quibus ſic ſit. vt eſſe aliquid qđ homines congregat: videlicet amicitiam: ⁊ aliquid quod eos ſeiungit: videlicet inimicitiam. hoc enim ⁊ in ipſo vniuerſo eſſe ſupponitur: quia in aliquibus videtur ſic. verū per aequalia tempora id fieri: opus eſt ratione aliqua.

Refellit cauillum. dicet enim quiſpiam ita eſſe in parte vt in vniuerſo. modo in aliqua mundi parte vt in hominibus: amicitia illos congregare videtur. Inimicitia vero ſeiungere. igitur in vniuerſo mūdo ſimiliter. Contra obijcit Ariſtoteles: quia licet illud fingi poſſit: non tamen cauſa aliqua reddi poteſt cur interuallorū tempora ſint ęqualia. In hominibus cauſa ęqualitatis eſſe poteſt ratio ⁊ appetitus. in elementis vero minime. inquit. Or ſi aſſignetur a cauillatore ipſum ſimile quod eſt in parte vt in hominibus pro reſponſione. Reſtat dicendū in quibus ſic ſit. Reſpondet illud eſſe quod dicam: videlicet amicitiā: quę homines congregat: inimicitiam quę homines ſeparat. hoc enim ⁊ in ipſo vniuerſo eſſe ſupponitur: quia in aliquibus videtur ſic vt in hominibus. Contra obijcit verum per ęqualia tempora id fieri: opus eſt ratione aliqua: ⁊ hanc neſcit aſſignare Empedocles.

Omnino vero hoc principium ſufficiens eſſe putare ſemper aut ſic eſſe: aut fieri non recte eſt ſumere: ad quod Democritus cauſas naturales reducit: quoniam ⁊ ſic id prius fiebat. ipſius vero ſemper non quaerere principiū cenſet. in quibuſdam recte dicēs. in omnibus vero non recte. ⁊ enim triangulum ſuos angulos duob⁹ rectis ſemp equales habet: cui⁹ tamen aeternitatis eſt aliqua alia cauſa. principiorū vero quae ſunt perpetua: non eſt alia cauſa. Qđ quidē igitur nūq̄ fuit aut erit tēpus: quando nō erat: aut non erit motus: tot a nobis dicta ſunt.

Secundus cauillus eſſe poteſt p Empedocle q̄ ſempiternorū nulla eſt cauſa. modo concordiam ⁊ diſcordiam ęqualibus temporibus mouere eſt ſempiternū. igitur illius nulla alia cauſa eſt: niſi quia ſempiternū. Confirmatur per Democritum: qui cauſas omniū rerum naturalium reduxit ad ſempiternas: ⁊ ad illas ſtetit. inquit. omnino vero hoc principium ſufficiens eſſe putare ſemper aut ſic eſſe: aut ſic fieri: non recte eſt ſumere: ad quod Democritus cauſas naturales reducit eius qđ ſic pri⁹ fiebat. ei⁹ vō qđ eſt ſemp nō q̄rere pn^m^ cenſet. ſic itaq; nulla alia eſt quęrenda cauſa p̄ter ęternitatē. Cōtra obijcit: q2 licet illud in q̄buſdā ſic veꝝ nō

tamen vniuerſaliter in omnibus eſt verum: ꝛ hoc inquit in quibuſdam recte dicens. in omnibus vero non recte. Cuius exemplum apponit ꝛ inquit. et enim triangulum ſuos angulos duobus rectis ſemper equales habet: cuius tamen eternitatis eſt aliqua alia cauſa extra illud. princi/piorum vero que ſunt perpetua: nõ eſt alia cauſa. ꝛ quan/tum ad id quod vniuerſaliter dicunt: errant. nam poteſt aliquod ſempiternum habere cauſam. Quantũ vero ad aliqua ſaltem ea que ſunt principia: recte dicunt. deinde epylogat: ꝛ ſermo patet.

Com. 15. ¶ Cuz deſtruxit. Licet maior pars huius cõmenti ex de/claratione littere pateat: tamẽ bonũ eſt digreſſiões: quas facit exponere. Prima itaqꝫ digreſſio icipit ibi: ꝛ iſta poſi/tio eſt ſimilis: alia digreſſiuncula patebit locis ꝓprijs. An/te tamẽ primã illam digreſſionem colligenda ſunt duo in expoſitione. primũ ꝙ ordo naturalis eſt duplex aut quia. vno modo ſemper ꝛ vniformiter: vt ex homie homo ſem/per generet: aut quia diuerſis modis: temporibus tamen determinatis. ordo naturalis primo modo ab vna cauſa proficiſcitur. id vero quod pluribus modis e plurib᷒ cau/ſis: que tamen circulo reuoluuntur vt quattuor anni tem/pora. Secundum eſt ꝙ in opinione Anaxagore ſunt due innaturalitates. Prima ꝙ aliquod poſſibile infinito tem/pore antea reducatur ad actum: quod ideo eſt contra na/turam: quia aut hec quies eſt naturalis: aut violenta. ſi na/turalis. igitur generatio ꝛ motus erunt violenti: quod eſt contra eos. ſi violenta. igitur non poteſt tempus eius eſſe equale tempori motus. Tempus eniꝫ rei naturalis debet ee mai᷒. Sed dices. a pari inſtabo de forma hodie in ma/teria inducta: aut eius quies fuit naturalis: aut violenta. non naturalis: quia tunc generatio eſſet violenta. ſi vio/lenta. igitur hec forma deberet diutius durare in eſſe: ꝙ̃ durauerit in non eſſe. Dici poteſt ꝙ in accidentaliter or/dinatis non eſt inconueniens per accidens tempus quie/tis eſſe maius tempore motus: in ordinatis eſſentialiter non eſt poſſibile. Modo motus mundi ꝛ quies precedẽs apud illos ſunt eſſentialiter ordinata. vt patet. Secundũ vero contra naturam in poſitione Anaxagore eſt ꝙ mo/tor eternus preceſſerit tempore infinito antea: ꝛ mobile abſqꝫ actione: ꝛ ꝙ motor ceperit de nouo mouere nulla precedente mutatione: quod eſſe impoſſibile oſtẽdimus. Hec duo notat contra Anaxagoram.

¶ Et iſta poſitio. Hec eſt prima digreſſiuncula vbi narrat conuenientiam ꝛ differentiam inter poſitionem ſue legis ꝛ illam Anaxagore ꝛ dicit ꝙ ſunt ſimiles quo ad tempo/ris ordinem. nam vtraqꝫ ponit res quieuiſſe antea tem/pore infinito: ꝛ ꝙ motor deinceps ceperit reducere res ad motum abſqꝫ noua diſpoſitione media. Differunt ta/men: quia eius lex ponit motorem reduxiſſe eas in motũ per voluntatem. Anaxagoras vero per naturam. Qua ra/tione fit vt melius dixerint loquentes ſue legis: quoniam ſaluare poſſunt diuerſitatem: cũ voluntas ſit diuerſita/tis principium. natura vero non quidem diuerſitatis: ſed vniformitatis cauſa: ꝛ ſic rectius theologi ſue legis.

¶ Sed ſicut diximus. Obijcit theologis. Primo quia omne quod nunc mouet: quod prius non mouebat: ne/ceſſario habet nouam proportioneꝫ nunc ad motum: quã prius non habebat: aut ſaltem nouam imaginationem: quã nunc concipit: ꝛ prius non. aliter non magis in hoc tempore ageret ꝙ̃ alio.

¶ Et nos dicimus. Secundo arguit. ſicut voluntas noua non eſt cauſa ꝛ principium effectus antiqui eterni. ita an/tiqua eſſe non poteſt principiũ effectus noui. quare a vo/luntate eterna nihil noui proficiſcetur.

¶ Et nos dicimus ꝙ apparet. Tertio arguit. impoſſibile eſt nouum aliquid ab antiqua proficiſci voluntate: niſi mediante actione antiqua difformiter ſe habente: quia ſi cauſa eſt potẽs agere: ꝛ effectus poſſibilis fieri: ꝛ nulla de/fecerit diſpoſitio: de neceſſitate illi volũtati antique actio erit coeua. dixit notanter mediante actione antiqua dif/formi. naꝫ e deo ipſo cuncta efficiuntur: mediante tamen motu celi vario modo ſe habente vt dicemus.

¶ In quo igitur. Epylogat fundamenta cõtra loquentes primum eſt: quia dato ꝙ motus inceperit: ꝛ volituꝫ poſt/ponatur voluntati: tũc de neceſſitate deficiet aliquid aut ex parte voluntatis: aut ex parte rei volite. vt ſaltẽ tem/poris preſentia: quod nemo inquit negare poteſt niſi ore: non corde. Secunduꝫ eſt ꝙ ante voluntatem illam: que poſuit mundum in eſſe nulla preſuit mutatio: que preceſſe deberet. ſi de nouo illum motum ceperit.

¶ Si igitur fuerit. Reſpondet pro loquentibus ſue legis ꝙ hec fundamenta locum habent in voluntate noua ani/malium: que ſubiecta eſt mutationi. antiqua auteꝫ ꝛ eter/na ex preconceptione iam conſtituta agere poteſt nouum aliquid: nihil aut expectando: aut preparando. Et ita ar/gumenta nulla.

¶ Dicemus interrogando. Contra obijcit ꝛ petit. non ne tempus aut temporis preſentia requiritur ſaltem ex par/te effectus. videtur enim ꝙ ſic: quoniam ille eſſe non po/teſt niſi in tempore: ꝛ ita ſalteꝫ tempus preexigitur in ta/li noua actione.

¶ Si igitur dixerint. Rurſus ſoluit pro illis ꝙ voluntas antiqua agit rem ꝛ ſimul cuꝫ re fecit tempus: ſecus in vo/luntate noua. Contra obijcit: quia tunc pari ratione tem/pus fieret: ꝛ ita fieret in tempore: cum omne quod fit: in tempore fiat: qua ratione de tempore ipſo erit arguendũ vt de re illa arguebatur.

¶ Et ſi fuerit dictum. Mouet contra ſe queſtioneꝫ: vide/licet quo nam modo poteſt ab antiqua voluntate profici/ſci nouum quicquam. Reſpondet ꝛ imaginatur primuꝫ motorem eſſe omnium rerum que fiunt hic cauſam vni/uerſalem. nam ſol hoc eſt deus: ꝛ homo generant homi/nem. Tunc vult ꝙ a voluntate primi proficiſcũtur euen/tus noui mediante celo: quod perpetuo difformiter mo/uetur. naꝫ a motu ſolis ꝛ ſtellarum in circulo obliquo ꝓ/ficiſcuntur ea que hic ꝛ generantur ꝛ corrumpũtur. vt dĩ/ctum eſt in libro de generatione.

¶ Et etiam. Declarat ſolutionem per rationeꝫ. nam ſi euentus temporarius eueniret a voluntate eterna nõ me/diante celo perpetuo difformiter moto: cum illius motor fuiſſet eternus: effectus quoqꝫ nouus: talis effectus vo/litus fuiſſet poſt tempus infinitum: ꝛ ita deſineret infini/tum eſſentialiter ꝛ non per accidens: quod tanꝙ̃ impoſ/ſibile putat ipſe nunc.

¶ Quoniam qui ponit. Soluit queſtioneꝫ contra hec. So/crates hodie generatur a deo: deus preceſſit ſocratem in/finito antea tempore. igitur Socrates eſt fact᷒ poſt tem/poris infiniti conſumptionem. Reſpondet: ꝛ vt mihi vi/detur: innuit talem diſtinctionem ꝙ ante aliquid preceſ/ſiſſe tempus infinitum eſt dupliciter aut per ſe: aut per ac/cidens: per accidens quidem preceſſiſſe erit quando pro/pter infinitam ſucceſſionem genitoruꝫ infinitum preſuit tempus. accidit enim ſocrati ꝙ nunc fuit pro quanto per accidens preceſſerant infinita indiuidua facta. per ſe ve/ro preceſſiſſe eſt: vbi deus eſſet immediata cauſa Socra/tis: ꝛ non merito ſucceſſionis infinite precedentis produ/ceretur. hoc enim mõ tẽpus non ꝓcedit niſi ꝑ ſe gn̄atione ſocratis: cũ nullã ob aliã cauſaꝫ. Tũc ad formã ꝓcederet

Auerroes non eſſe inconueniens pręceſſiſſe tempus infinitum per accidens. bene autem eſt impoſſibile pręceſſiſſe per ſe: ꝛ addit ꝙ ſi hęc diſtinctio non fieret: hic ſermo eſſet ſophiſticus hoc eſt peccans per fallaciam accidentis ſiue ęquiuocationis.

℄ Et ex hoc. Narrat argumentum loquentium ſuę legis. Arguebant enim ſic. caius fuit a patre: pater ab auo: auus a proauo: proauus ab attauo: ꝛ ſic in infinitum. igitur in materia viciſſim ſucceſſerunt formę infinitę. igitur infinitum eſſet pertranſitum. quare oportet concedere primuʒ hominem. Reſpondet ꝙ hęc pertranſitio eſt per accidēs: ꝛ prima cauſa huius accidentalitatis eſt ex parte agentis. cum enim agens ſit ęternum: oportet vt illius actiones non habuerint initium: ita vt ante quamuis actionem fuerit actio: ꝛ cum ante quāuis actionem ꝓfuit actiones infinitę: iure hoc per accidens eſſe oportet. hęc eſt prima accidentalitatis cauſa.

℄ Non quia quędaʒ. Secunda accidentalitatis cauſa eſt ex parte effectuum: qui pręcedunt. illi enim pręcedunt: et non ſunt cauſę per ſe atqȝ neceſſarię ſequentium. Socrates enim non de neceſſitate eſt ab hoc patre. nam poteſt fuiſſe ortus ex infinitis patribus. qua ratiōe illę quę pręcedunt cauſę appellantur accidentaliter ordinatę. vbi vero pręcedentes eſſent neceſſarię ꝛ per ſe requiſitę ad effectus ſequentes: nihil fieri poſſet niſi poſt deſitionem infinitorum: quod impoſſibile putat. ſic igitur ad formā concedit ante quemlibet effectum datum pręceſſiſſe infinita per accidens ꝛ propter actionem infinitam agentis: ꝛ propter ordinem accidentalem. non autem per ſe. vtrum vero idem filius numero vt Jacobus meus potuiſſet a diuerſis patribus numero procreari: vt theologi tenent noſtri: quęſtio eſt magna: ꝛ de hac diſputaui in libro de generatione diligenter: ꝛ in libro deſtructio deſtructionum: cum enim res hęc hic obiter inciderit: non debet. niſi obiter declarari. Et ad hanc declarationem nūc ſufficiant: quę Auerroes hic raptim tranſiit: ꝛ eius confirmatio per Ariſtotelē in libro huius quinto: ꝛ in libro ſecundo de generatione. vbi aperte protulit idem numero effectū proficiſci poſſe a diuerſis numero efficientibus.

℄ Et verificatio ſermonis. Nunc ea quę dixit vult rurſus alio principio declarare cōtra theologos: ꝛ petit ſibi quattuor. Primo ꝙ mouens eſt principium. vnde motus ꝛ mouere proficiſcitur. ſic eniʒ agens definitur ſecundo huius. Secundo petit ꝙ duplex eſt agens: naturale: videlicet ꝛ voluntarium. agens naturale eſt e quo motus ꝛ actio proficiſcitur nullo pręcedente deſiderio. voluntarium vero quod agit per appetitum ꝛ pręconceptionem rei agendę. Tertio petit ꝙ agens voluntarium non agit niſi motum ab appetibili: aut ſaltem a pręſentia illius: cuius motus. tertio de anima dicit appetere ꝛ velle. Quarto ex dictis concludens petit ꝙ omnis motor per appetitum vno modo agit atqȝ mouet. vt videlicet effectum agit: quē ꝑconceperat. modo alio mouet ab appetibili.

¶ At vero cum ratione accidit circūlationem
vnuz motū eſſe atqꝫ continuū: ⁊ non illam la
tionē que ſuper linea recta fit. lationis quidez
eniz recte: ⁊ principiuz: ⁊ finis: ⁊ mediū dfi-
nituz eſt: ⁊ oīa hec in ipſa habenť. qre vñ mo
ueri incipit. ibi ēt ꝺfinit. In ijs.n. oibus termi
nis quieſcit id oē qꝺ moueť: aut in eo ex quo
incipit: aut in eo ad quez accedit. at in circūfe
rentia hec indefinita ſunt. cur.n. magis qꝺuis
pdictoꝝ terminus eſt? Silr.n. quoduis ⁊ pri
cipium ⁊ mediū eſt. vt ſemp id qꝺ moueť in
principio ſit atqꝫ fine: ⁊ nunqꝫ.

ſyllim.

¶ Ea que hactenus d perpetuitate circulatiõis dixit:nũc ratione:ꝛ quaſi congruẽtia perſuadet.ꝛ iuxta paraphraſẽ. Themiſtij formo ſic ſyllim.omne id qđ ſemper eſt in prĩcipio:medio ꝛ fine:ꝛ nunꝗ̃ eſt in pncipio medio ꝛ fine.ppetuuz eſt.id qđ in orbe rotatur ſemper eſt in principio medio ꝛ fine:ꝛ nũꝗ̃ in pncipio medio ꝛ fine.igitur ẽ perpetuuz.maior eſt omnibus manifeſta: finitur.n. vnũqđqꝫ cũ eſt in fine.ꝛ tunc non in principio.vbi vero ſit in fine:ſimul atqꝫ in principio.non finitur:cuꝫ ſit in pncipio. minor in lr̃a patet.qꝛ in orbe orbicularıqꝫ motu nec eſt punctũ aliquod qđ ſit finis:quin poſſit eſſe.ꝛ ſit pncipiũ: nec aliquod quod ſit medium:quin ſit principium finis ꝛ medium.

¶ Quocirca orbis ipſe mouetur ꝛ aliquo modo quieſcit. Naꝫ ſemper eundeꝫ poſſidet locuꝫ.cauſa autẽ eſt:quoniã illa omnia ipſi accidunt centro. ꝛ.n.principiuꝫ ꝛ mediuꝫ ꝛ finis magnitudinis ẽ. quo fit vt quia hoc extra circũferentiã eſt:non eſt vbi:quod fert̃:quieſcat:quaſi tranſierit:ſemper.n.circa medium fertur:quod quideꝫ cuꝫ ad vltimuꝫ non feratur:propterea in eodẽ manet:ſemperqꝫ quodam modo vniuerſum quieſcit: moueturqꝫ continue.

¶ Ex dictis infert veritateꝫ in parte eius quod Zeno dixit.Zeno.n.dicebat ſphærã atqꝫ orbẽ nõ moueri:qꝛ ſemper eundeꝫ optinet locũ.infert modo Ariſtoteles hoc eẽ in parte verũ.ꝛ ĩ parte fĺſ.Ex ea.n.parte qua ſphæra ẽ ſp in ſuo fine:videtur ſemper quieſcere.ex ea vero parte:ꝗ ipſa eſt ſemper in ſuo principio: videtur ſemper moueri. ſed Ariſto.aliã addit rationẽ ꝙ illa ſemper moueatur: ꝛ ſemper quieſcat.ait.n.orbẽ ſemper quieſcere ꝑpterea ꝙ nunꝗ̃ toto orbe locũ egreditur. Cur autẽ ſimul moueri cęlũ ꝛ ſtare dicatur:cauſaꝫ aſſignat:qꝛ principiuꝫ ꝛ finis rotundoꝝ proprie ſuuꝫ eſt centrũ. ꝑpter qđ.(vt mathematici aiunt.) aliud eſt principiũ orbis:aliud circũferẽtię orbis.alius etiaꝫ finis orbis:alius finis eiuſdeꝫ circũferentię. Principiũ quidẽ orbis centrũ eſt: ideꝫ ꝛ finis ẽ eiuſdeꝫ.principiũ quideꝫ:vt Themiſtius inquit. qꝛ definitio globi:ꝛ rationis eius eſſentia de centro ꝛ cardie naſcitur.nihil.n.aliud eſt globus circulusue ꝗ̃ ęqualis vndiqꝫ ſecus a centro diſtantia. finis vero:qꝛ lineę a ſũmo curuamine in directũ extractę recipiuntur:ꝛ ꝑcumbunt omnes in centꝝ:ſuntqꝫ ibideꝫ conuię. Sic igitur finis ꝛ principium orbis totius centꝝ eſt:quẽ omnia ab ipſo:in ipſoqꝫ redeant.at principiũ ꝛ finis circũferentię: licꝫ nõ ſint naturales:ſunt ab inſtitutiõe quoduis pũctũ in illa conſtitutuꝫ:ad quod linea a centro ducta terminat̃. Ex ijs poteſt ratio fieri hunc in modũ:omne id qđ fertur circa locuꝫ: non ad fineꝫ.nec ad pncipiũ:ſed circa finem:locum:ꝛ pncipiuꝫ perpetuũ eſt ꝛ perpetuo motu mouetur: ſed orbis eſt huiuſmodi: vt ijs modo conſtat.quare ppetuo mouetur. ¶ Auer.in cõmẽ.vtilia quatuor tangit:pᵐ eſt in quo differt hęc ratio:qua nunc probat perpetuitatem motus circularis:ab ea quam antea dedit. ꝛ vult ꝙ prior cauſa fuit magis probans circũlationẽ eſſe perpetuaꝫ de poſſibili ineſſe.hęc de neceſſario in eſſe. Amplꝰ ibi dedit cauſaꝫ remotaꝫ:quoniaꝫ probauit ſyllo ad impoſſibile.hęc eſt cauſa propinqua vt dicetur. Secũdo declarat qualis eſt hęc demſo.Et vlt ꝙ ſit mixta quaſi ex naturali ꝛ mathematica:nec hoc eſt cõtra rationeꝫ.quoniã plura dicta in mathematica poſſunt eſſe cauſę eoꝝ quę

que aucto. comen. 76.

dicuntur in naturali:vt ẽt in medijs ſcientijs id euenire dicit.in geometria.n.dictũ eſt ꝙ termini lineę rectę ſunt maxime diſtantes: ꝛ hęc cauſa quare motus rectus ẽ de loco ꝯtrario in locũ ꝯtrariũ. In geometria dr̃ etiã ꝙ oĩs dimẽſio recta eſt finita:ꝛ hęc eſt cauſa ꝙ motus rectus eſt finitus.in geometria dicit̃ ꝙ in circulo oĩs pũctꝰ põt eſſe finis pncipiuꝫ ꝛ mediũ:ꝛ hęc eſt cauſa quare circularis motꝰ eſt perpetuus.ꝛ addit ꝙ hęc cauſa nõ tantum dat eſſe poſſibile ſed dat eſſe.ꝛ neceſſario ĩeſſe ꝙ motus circularis partes ſit perpetuus. Tertio reprę̃hẽdit ꝗ̃ſdã: qui euitantes cauillũ Zenonis de motu orbis: dicebant orbeꝫ ſm totũ non mutare locũ:ſed bene ſꝫ ptes. Auer. ait orbeꝫ mutare locũ ſm totũ ꝛ̃ partes: cum partes ſint totũ ipſiuꝫ. ſed dicitur ꝙ mutant partes ꝛ totũ locuꝫ ſm formaꝫ.non ſꝫ ſubiectũ. vt.6ᵒ.huius viſum eſt. Vltio qđ Ariſto.per centꝝ intelligat exponit.ꝛ ponit expoſitiõeꝫ Themiſtij.qui per cẽtrũ intellexit punctũ mediũ orbis mathematice ſumptuꝫ.ꝛ hoc vocat principiũ.vt dixitmꝰ in expoſitione lr̃e:ꝛ fineꝫ.principiũ quatenus oĩa orbis a centro proficiſcuntur.finẽ vero quatenus oĩa in ipſo diſinunt.poteſt aũt intelligi ꝛ centruꝫ naturale.ꝛ ſic ẽ corpus contentũ circa qđ mouetur.naꝫ oĩs orbis in h̃ duo diuiditur.in centꝝ.vꝫ.ſic ſumptũ:ꝛ circũferentiã.ꝛ tunc finis ꝛ pncipiũ erit tale centꝝ ſm mãm: non autem ſm rationẽ.ſed de his in lr̃a ſatis.hęc in cõmento.

¶ Accidit auteꝫ hoc conuerſiꝫ: ꝛ eniꝫ:qꝛ menſura motuũ circũlatio eſt:ipſaꝫ primaꝫ eẽ neceſſe eſt eſſe.ipſo enim primo omnia menſurantur: ꝛ rurſus:quia prima eſt:menſura eſt caeterorum.

¶ Secundo pncipaliter ideꝫ probat per rationẽ conuertibileꝫ.vꝫ.circulatio eſt prima:quia omniũ aliorum motuum menſura eſt:omne.n.quod menſuratur:aliquo ſui generis primo menſuratur. Cõtra etiaꝫ:quia eſt pᵃ mutationuꝫ omniuꝫ.ideo cęterorum eſt menſura. Hęc eſt ratio conuerſiue.

¶ Praeterea etiaꝫ ſola circũlatio eſſe vniformis.Naꝫ que recto mouentur motu:a principio ad finẽ difformiter feruntur.omnia nãqꝫ quo magis ab eo recedunt in quo quieuerũt: velocius feruntur.at ſola in circũlatione neqꝫ principiuꝫ eſt neqꝫ finis ſuapte natura in ipſa eſt:ſed extra.

¶ Tertio latio vniformis difformi prior eſt.circũlatio eſt vniformis:cuꝫ ſemper quod circũfertur ęqualiter ſe habet ad centrũ quod eſt finis principiũ ꝛ mediũ ad extra. Latio recta difformis eſt.quia vel eſt violenta vel naturalis.ſi nãl:in fine augetur. ſi violenta in fine remittit̃.

¶ Qꝛ auteꝫ latio ſit prima motuum:teſtantur omnes qui motus mentionem fecerunt.principia eniꝫ ipſius ĳs tribuunt:que motu iſtiuſmodi mouent. Diſgregatio namqꝫ ꝛ cõgregatio motus in loco ſunt.hoc autẽ modo cõcordia ꝛ diſcordia mouẽt:quatenꝰ altera ipſarum ſegregat:altera cõgregat.

¶ Nunc ꝙ opioni ſuę conueniant omnes poſitiões antiquoꝝ:qui de motu mentionẽ fecerũt: probare enititur. omnes.n. principia reꝝ ꝛ omnis motionis ea faciunt:ꝗ motus in loco cauſę ſunt.ꝛ primo ab Empedo.probari pt hoc.hic.n.reꝝ pncipia facit concordiaꝫ ꝛ diſcordiã. has

auteꝫ eſſe reꝝ cauſas ait: quatenus congregatiōe ⁊ ſegregatione mouent: modo omnes ſciunt congregationem ⁊ ſegregationem eſſe motum in loco.

¶ Anaxagoras quoqꝫ mentē quae prius mouit ſegregare contendit.

¶ Secundo idem auctoritate Anaxagorę patet. ipſe enīꝫ mentem rerum principium facit: hanc vero reꝫ motu: ꝗ ſegregatio: efficere ait.

¶ Eadem ⁊ ij ſentiunt qui nullaꝫ cauſam dicunt: ſed propter vacuuꝫ moueri aiunt. hi ⁊ enim motu locali naturaꝫ moueri inquiunt. Modo motus qui per vacuum fit: latio eſt atqꝫ vt in loco motus. caeteroꝝ auteꝫ motuū nullaꝫ primis corporibus in eſſe: ſed ijs qui ex illis conſtare putant. augeri nāqꝫ ⁊ minui: atqꝫ alterari congregatione indiuiduoꝝ corporuꝫ: ſegregationeqꝫ illa aſſerunt.

¶ Tertio idem auctoritate Democriti ⁊ Leucipi confirmat. Nam hi dicunt duo. primum ꝙ vniuerſa natura ⁊ omne quod mouetur: in vacuo mouetur: ⁊ non niſi latione. Secundo primis corporibus vt indiuiduis nullum prębent motum pręter localem: athoma enim hoc eſt indiuidua continuo moueri in vacuo contendunt. corpora vero ex athomis compoſita aiunt alijs quoqꝫ motibus moueri. ſed congregatione ſegregatiōeqꝫ athomorum: ⁊ ita etiam apud hos latio prima habetur.

¶ Eadem ⁊ hi arbitrantur qui denſitudine raritudineue generationeꝫ ac corruptionem conficiunt. congregatione enim ac ſegregatione haec diſponunt.

¶ Quarto idem probat auctoritate epycuri: qui denſitudine ⁊ raritudine cuncta generant: quatenus congregatione: ſegregatione res ex illis conficiuntur: vbi conſtat motum localem eos primum efficere.

¶ Praeterea vltra hos accedunt ijs qui animaꝫ motus cauſaꝫ faciunt. id enim quod ſeipſum mouet earum rerum quae mouentur principiuꝫ in quiūt. animal auteꝫ omneqꝫ animans motu in loco ſeipſuꝫ mouet.

¶ Quinto auctoritate Platonis idem approbat: hic enīꝫ omnium rerum principium animam: ſiue menteꝫ ſeipſam mouentem ſm̄ locum faciunt: cum omne aīal: oēqꝫ animans ſolo motu in loco feratur.

¶ Inſuper etiaꝫ id ſoluꝫ proprie moueri dicimus: quod motu in loco fertur. naꝫ ſi quid quieſcat quideꝫ in eodem: augeatur autem aut diminuatur: vel alteretur: id aliqua ex parte moueri dicimus: ſimpliciter auteꝫ non moueri. ꝙ igitur ſemper motus fit eritqꝫ omni in tempore: ⁊ quid eſt principium ſempiterni motus: quis inſuper primus ſit motus: ⁊ quis ſolus perpetuus eſſe poſſit: ⁊ qđ primuꝫ mouens immobile ſit: dictuꝫ eſt.

¶ Vltimo per teſtimoniū plebis ⁊ oīum vulgariū rē ſuā probat. Vulgares enim ſolam rem moueri ⁊ proprie aſſerunt: quotiens loco mouetur: vnde ſi res eodem in loco quieſcat: ⁊ augeatur vel alteretur: proculdubio eam moueri non aſſererent: quia lationem ſolam cognoſcūt: ⁊ eam extimant ſolam. Deinde epylogat: ⁊ omnia tranſlatione perſpicua ſunt. ¶ Auerroes autem ex teſtimonio omnium ſumit motum dici analogice de latione ⁊ ceteris: ⁊ cum illud quod eſt alio prius ſit cauſa alterius: ideo vult motum dici per prius de latione tanꝙ̄ de cauſa ceteroruꝫ. Hęc ſunt quę habenť de motus perpetuitate ⁊ primitate. ¶ Sed hic eſt vna contradictio. nam Auerroes duodecimo meta^{ce}. cōmēto. 41. aſſerit de poſſibilibus non eſſe ſolus ipſe motus localis eſt ęternus. Ex hoc habetur ꝙ motus cęli ſuapte natura eſt poſſibilis non eſſe: ait tamen ꝙ a motore perpetuo efficiť ęternus. hic autem ait ꝙ nullus motus ſua natura eſt aptus eſſe perpetuus niſi localis: ⁊ de locali ipſa circūlatio. igitur ſua natura eſt motus perpetuus. ⁊ ita videtur cōtradictio. ¶ Secundo dubitant. nam ponatur ſphęricum quoddaꝫ corpus infra hunc mūdaꝫ in ſphere. vꝫ. actiuorum ⁊ paſſiuorum. ⁊ incipiat moueri circulariter: cōſtat ꝙ hic ſunt omnia quę ſunt in cęlo. primo hic eſt centrum quod ſemper eſt medium finis ⁊ principium. Secundo. nullus eſt punctus naturalis: qui ſit finis: quin poſſit eſſe principiuꝫ: ⁊ mediuꝫ. ⁊ ita ſequitur talem motuꝫ eſſe perpetuum. ¶ Ad primum dici poteſt ꝙ differentia eſt vt dixit Ariſto. inter circūlationem: ⁊ cęteros motus. Nam circūlatio licet poſſit non eſſe: etiam poteſt perpetuo eſſe: cęteri vero ęqualiter poſſunt eſſe ⁊ non eſſe: ⁊ nullus eorum perpetuo eſſe. ⁊ ſic hęc ſtant ſimul. ſuapte natura namqꝫ eſt poſſibile vtrunqꝫ. ¶ Ad ſecundum quidā dicunt ꝙ motus ille ſua natura etiam poteſt eſſe ꝑpetuus: veluti motus cęli. non autem eſt perpetuus: quia nō habet motorem perpetuum. Vel dici poteſt ꝙ non poteſt eſſe perpetuus: quoniam non eſt pure circularis. componitur enim ex aſcenſu quarundam partium ⁊ deſcenſu aliarum: ⁊ ſic etiam a motore perpetuo non poſſet perpetuari. niſi violentuꝫ poſſet eſſe perpetuum.

Quar. cõ- mento. 72.

Dubitatio.

Secunda dubitatio

Solutio.

¶ Cū autem hoc impers neceſſario ſit: nullamqꝫ magnitudinē habens: nunc dicamus: prius determinatis his: quae rem hanc antecedunt: quoruꝫ quidem vnuꝫ eſt nulluꝫ finituꝫ mouere poſſe quicquaꝫ tempore infinito. tria namqꝫ ſunt: id quod mouetur: id quod mouet: ⁊ tertium ipſum tempus. atqꝫ aut haec omnia infinita ſunt: aut omnia finita: aut hoꝝ aliqua vt duo aut vnuꝫ.

¶ Hactenus concluſit eſſe principium motus perpetuū ſempiternum: ⁊ perpetuum: nunc quale ſit vult diſputare: ⁊ proponit probare ipſum eſſe impers nullam magnitudinem habens. ante tamen ꝙ̄ rem ipſam concludat: proponit nullum finitum poſſe aliquid mouere finitum tempore infinito. vt vero concluſio hęc intelligatur accipit in omni motu eſſe tria: id quod mouetur: id quod mouet: ⁊ tertium tempus. propterea opꝫ dicere aut hęc omnia eſſe paria quo ad infinitudineꝫ vt omnia ſint pariter infinita: aut quo ad finitudinem: vt omnia ſint pariter finita. Aut vt aliqua ſint paria duo vel vnuꝫ diſpar: vult igitur primo probare ꝙ non poſſunt eſſe mouens ⁊ mobile finita: ⁊ tempus infinituꝫ. hęc eſt concluſio: ⁊ concluſionis expō craſſa: donec diſputetur.

¶ Sit igitur a mouens. B. mobile. tempus infinitum. C. pars itaqꝫ ipſius. A. quae quidem ſit. B. moueat parte aliquaꝫ ipſius. B.

quae quidē ſit. E. ⁊ cum non in aequali ipſi C. (in maiori nāq; maius mouet:) ſit vt non infinitum ſit: ſitq; Z. hoc igitur modo addēs ipſi. B. totum. A. conſumam. ⁊ addens ipſi E. conſumam ipſuꝫ. B. tēpus autem nunq̄ꝫ conſumam: etiam ſi ſemper aequalem partē auferam. Cum ſit infinitum. quare totuꝫ. A. mouens totum. B. ipſum finito in tempore C. mouebit. non ergo poteſt a finito aliquid moueri infinito motu. Qꝫ igitur fieri nō poſſit vt finitum tēpore infinito quicq̄ꝫ moueat: perſpicuum eſt.

A mouens ———— D pars ipſius A

B mobile ———— E pars ipſius B

C tēpus infinitum ———— Z pars ipſius C

¶ Concluſionem expoſitaꝫ nunc more mathematico demonſtrat: ⁊ conſtituit terminos dicens. ſit igitur. A. mouens finitum. B. mobile etiam finitum. tempus infinitū ſit. C. vlterius pars ipſius. A. mouentis: quę qdem ſit. D. moueat partem aliquam ipſius. B. quę pars mota ſignetur per. E. ⁊ cuꝫ non in ęquali tempore ⁊ toto. C. moueat D. pars mouētis ⁊ partem rei motę: (in maiori nāq; maius mouet.) tale tempus acceptum: puta. Z. erit finitum: tunc vis rationis eſt fiat reſecatio ab. A. addendo ipſi. D. per ptes ęquales: ⁊ reſecatio ab ipſo. B. addendo ipſi. E. donec fieri poteſt. Et ſimiliter ab ipō. C. tempore proportionabiliter ſecetur ſemper pars tanta quāta erat. Z. tūc facta conſumptione ipſius. A. ⁊ ipſius. B. ⁊ factis tantūdem ipſo. D. ⁊. E. quanta erant. A. B. mouens ⁊ mobile ⁊ tpe remanebūt finita. Et ſic nō opꝫ ponere tpe infinitū.

Cōmē. 71. ¶ In hoc capitulo. Quia nōnulla cōmentā in fine huius ſunt vtilia: ⁊ aliquantulum difficilia: volo exponere ipa. Preſens igitur cōmentuꝫ diuiditur quia primo exponit literam: ſecunda ibi. ſed notandum eſt. digreditur. Primam partem exponemus colligendo quę dicit breuibus: ſunt igitur tria. Primum eſt differentia inter concluſionem hic factam ⁊ eam quam fecerat. Et eſt ꝙ prius Ariſtoteles probauit ſolum primum motorem non eſſe mobilem neq; per ſe neq; per accidens. Hic pbat ipſum non moueri neq; per ſe: neq; per accidens: ⁊ non eſſe corpus: nec potentiam ſiue virtutem in corpore. Secundo differunt etiam: quia illa pbatio non fuit quo ad hoc: hęc autem pbat etiam ipſum eſſe extra materiam: quod non fecerat prima probatio. Secūdum eſt. forma ſyllogiſmi textus: ⁊ eſt hęc proportio. Z. temporis ad. C. tempus eſt compoſita ex proportione. D. ad. A. ⁊ proportione. E. ad. B. hoc eſt tanta eſt pportio. Z. ad. C. quanta eſt proportio omniū partium. A. ad omnes partes. B. ⁊ hoc eſt manifeſtuꝫ: qa tempus vtriuſq; motus ſequitur ſemper proportionem motoris ad mobile quod in illo tempore mouetur. Sed proportio. D. ad. A. eſt finita: qa. D. conſumit. A. ⁊ proportio. E. ad. B. ſimiliter: quia. E. cōſumit. B. igitur ⁊ proportio. Z. ad. C. omnis eniꝫ proportio compoſita ex proportionibus finitis eſt finita: ⁊ ita. C. tēpus non eſt finitum. Tertio accipit eſſe per ſe notum nullum finitum poſſe mouere corpus infinitum: ⁊ hoc etiaꝫ Ariſtoteles ſupponit: eo quia oportet potentiaꝫ motoris ſuperare potentiam ſiue reſiſtentiam mobilis. Hęc ſunt quę ante digreſſionem colligi poſſunt a cōmento.

¶ Sed notādū. Hęc eſt digreſſio: vbi debes ſcire ꝙ Auicēna et ſequaces ꝯdixerunt Ariſtoteli. Ariſtoteles enim ſuppoſuit primum mobile ⁊ primū motorem eſſe diuiſibiles: vt patet per caſum argumenti. hoc autē falſum eſt: cum ſint ęterna. Reſpōdet Auerroes: ⁊ dat duas ſolutiones. Prima eſt ꝙ ratio Ariſtotelis valet cōtra illos qui tenuerent formam cęli ⁊ motorem cęli eſſe formaꝫ in materia: hoc eſt dependens in eſſe ⁊ cōſeruatione a materia. Quo poſito patet ꝙ fieri pōt diuiſio: ⁊ crementuꝫ vnius ab alio: ⁊ augeri actus auctione partium materię: quo in caſu potentia partis eſt minor potentia totius: naꝫ omne corpus materiale eſt finitę actionis: ⁊ per ꝯſequens eius pars eſt minoris potentię. Sic igitur prima reſponſio eſt argumentū valere ad hoiem. vꝫ. ad eum qui ita diceret.

¶ Differunt ſiue accidens. Reſponſio ſecūda eſſe poteſt: ꝙ Ariſtoteles loquitur cōditionaliter: accipit enim mobile ⁊ motorem: ⁊ arguit dato ꝙ hęc diuiderentur: ſequitur tempus eſſe finitum. Modo cōditionalis poteſt eſſe vera: cuius antecedens ⁊ cōſequens eſt impoſſibile: vt in illa. ſi lapis volat lapis habet alas. Ariſtoteles igitur nō ſumit illa diuidi: ſed dit illa ſequi ſi diuiderentur.

¶ Amplius quam omne. Ultra Ariſtotelem addit duas rationes ad pbandum ꝙ ſi motor eſt in materia ſit diuiſibilis. Prima eſt. omne cōpoſitū ex materia ⁊ forma eſt finitum ſm actionē: tūc aut actionis finitas eſt ex parte materię: aut ex pte formę. nō ex parte formę: qr forma vt forma abſtrahit a finitate vel infinitate. igit̄ rōne materię. Ex quo ſeqtur ꝙ ſi ponatur in cęlo actio finita vel infinita: opꝫ ibi extimare mām. ⁊ per cōſequens poſſumus in illo ꝯcipe diuiſionē aliquam. Et breuiter hęc ratio valet ſi ponit̄ motor cęli in mā: ſeqtur enim ſtatim vt eius actio diuidat̄ ad diuiſioneꝫ mąę: ⁊ ſic pñt ibi ptes ꝯcipi.

¶ Itē omni formę. Scḋo ꝙ illę ptes pñt ꝯcipi in illis pbat: naꝫ poſita forma in mā: erit illa diuiſibilis: ⁊ nō poſita nō erit diuiſibilis. igit̄ ſi ponat̄ forma ⁊ pmus motor in mā: recte pñt ibi extimari ptes. Ex quo duabus rōnibus pꝫ rōneꝫ eſſe duobus modis bonā: tuꝫ qr vtit̄ ppoſitionibus ꝯditionalib⁹: tum qr loqtur ad eos qui ponūt motorem in mā: hi enim per has duas rōnes coguntur ponere illum ⁊ mobile diuiſibilia.

¶ Qꝫ. n. denudatuꝫ. Ex quo pbat ſm veritatē quale eſt corpus cęleſte: ⁊ quale forma eius. ⁊ vult ꝙ cęluꝫ ſit corpus ſimplex: ⁊ forma cęli nō ſit ꝯſtituta in mā: ⁊ ſyllō eē pōt. oē carens potētia eſt ſimplex: ⁊ ecōtra. oē ſimplex caret potētia: hęc pꝫ qr potentia eſt cā cōpōnis ex duabus ſubſtātijs. Sꝫ corpus cęleſte caret potētia. igit̄ eſt ſimplex. ⁊ qr nullū ſimplex mouet̄ ex ſe: vt fuit dictum. igit̄ opꝫ cęlo attribui motorē aliquē: ſic igit̄ cęluꝫ eſt cōpoſitū ex motore ⁊ mobili: ⁊ ita mobilia cęleſtia ſunt mąę ſimplices: ⁊ motores formę nō in materijs. Et lꝫ hęc mā ſit diſputata in p̊ huiꝰ: debes ſcire ꝙ Auer. negat in cęlo illā potētiā quę eſt ad vtrūq;: nō eam quę eſt ſm dimidiū ꝯtingētis. Illa. n. facit verā cōpōneꝫ: hęc cōpōnem efficit ęquiuoce. Ulteriꝰ vult ꝙ forma cęli non ſit in mā depēdēter: ſed potiꝰ cęlū eſt in illa depēdēter: eſt tñ in cęlo quatenus eſt illius perfectio prima: conſtituens illud in eſſe.

¶ Dubito ergo. Ex quo ꝯſidet ad cauillū Auicēne breuibꝰ ꝙ Ariſt. nō ſupponit illa diuidi ſed loqtur hypothetice: ⁊ ita errant quia contradicūt illato: ⁊ non illationi. cętera quę dicit ſunt ſuperflua. Et deteſtatiōes. ¶ Sed omnia hęc reducuntur ad duas difficultates. ¶ Primo quo naꝫ modo caſus eſt verꝰ. videlicet ꝙ motor ⁊ mobile ſint diuiſibilia. ¶ Secūdo videtur ꝙ falſum ſit quid Ariſtoti. Dubiū. Prima Scḋa

les ſumit:accipit enim ꝙ in maiori tempore mouet totus motor totum mobile ꝙ̃ pars partem:quod eſt falſuꝫ:quia qualis eſt proportio totius ad totuꝫ:talis eſt partis ad partem:⁊ conſequẽter temporis ad tempus ſexto huius:igitur quanto tempore totum mouet totum:tanto pars mo-
ꝯpa rño. uebit partem. ¶ Sed quoniam tota res conſiſtit in ſecunda difficultate. Ideo quidam ſimpliciter aiunt ꝙ Ariſtotiles loquitur de motu per comparationem ad ſpaciuꝫ:hoc enim modo pars mouetur in minori tempore reſpectu determinati ſigni in ſpacio. Et ſic argumẽtum valere dicunt.
ꝯfutatio. ¶ Hec reſponſio non eſt ad mentem Ariſtotelis. primo, quia Ariſtoteles de ſpacio nihil ait:ait enĩ tria eſſe mouẽs: mobile:⁊ tempus:⁊ nihil de ſpacio inquit:dixiſſet enim eẽ quatuor. Secũdo abſciſa parte a toto:tunc velocitas attẽdetur penes punctum medium partis ⁊ totius:non reſpectu puncti in ſpacio:ſed totius ſpacij:vt dicitur ſexto huiꝰ: quo in caſu non erit fuga ad ſignum in ſpacio. Tertio Ariſtotiles loquitur tam in circulari ꝙ̃ in recto motu.modo in circulari motus non cõſiderantur reſpectu determina-
Rño ꝯpa ti ſigni in ſpacio. ¶ Propter hec videtur mihi aliter eẽ dicendum:vbi debes ſcire ꝙ duplex eſt diuiſibilitas. vna extenſiua:que duratio dicit rei. Alia intenſiua:que perfectio eſt actionis. eſt igitur ſenſus concluſionis Ariſto. ꝙ virtus finita in duratione non poteſt mouere:mobile finitum in duratione tempore infinito in duratione:hac concluſione expoſita patet id quod Ariſtotiles ſumit: Ariſtotiles enim ſumit partem ipſius a.non quidem magnitudinis a. vt male intelligunt expoſitores:⁊ peius auerroes:ſed partem ciꝰ quãtitatis:que ponebatur finita. igiẽ pars ipſius a.quatenus eſt minoris durationis. Et accipit partem b.etiaꝫ que eſt minori duratione apta moueri:ꝙ̃ totum b.erat aptum moueri. Qua acceptione habita patet d.partem ipſius a. mouere e.partem ipſius b.tempore minore:eo quia diuiſio eſt penes quantitatem durationis amboruꝫ. videlicet. mouentis:⁊ mobilis. Et ſic ceſſat omnis cauillus:⁊ primꝰ quidem:quia in duratiua quãtitate mobilis eſt dare partes:in minores ⁊ minores diuiſibiles. Ad ſecundum vero patet ſolutio:quoniam diuidit mouens penes quantitatem duratiuam ſue potentie motiue:⁊ mobile etiaꝫ penes quãtitatem qua poteſt durare moueri. Qua ratione tempꝰ quo pars mouet:erit minus duratione: licet ſit ſimi'e forte intenſione. Et hanc demonſtrationem nemo (vt mihi videtur) percepit. vult igitur habere ꝙ non poteſt tempus eſſe perpetuũ:⁊ mouens ⁊ mobile corruptibilia. ⁊ ita ſi tempꝰ eſt perpetuum:oportet mouens ⁊ mobile etiam perpetua eſſe. Debes ſcire ꝙ ſicut triplex eſt quantum;ita triplices ſunt partes. eſt quantum loco:eſt quantum duratione:⁊ eſt quantum vigore. ita triplex etiam totum:totuꝫ videlicet loco:totum duratione;totũ vigore.pars etiaꝫ triplex:pars totius loco:pars totius duratione:pars totiꝰ vigore. vt igitur pars totius loco minor eſt toto loco.⁊ pars totius vigore minor eſt toto etiam vigore. ſic pars totius duratiõe eſt minor toto duratione:recte igitur Ariſtotiles ſumpſit ipſum d.partez ipſius totius a.duratione:mouere e. ptẽ ipſiꝰ b.q̃ ẽ ps ipſiꝰ.b.ẽt minor duratiõe. Hec ḋ demſatõne Ap.

¶ Or autem finita in magnitudine nulla penitus virtus infinita eſſe poſſit: ex ijs perſpicuũ erit. Sit enim maior virtus ea quae ſemper in minore tempore facit: vt calefacit:aut dulcorat:aut proijcit: ⁊ omnino mouet. Neceſſe igitur eſt ab eo quoqꝫ: qḋ finitũ qdẽ ẽ ĩfinitã: ãt virtutẽ hꝫ: aliquod patiens patiatur: ⁊ magis ꝙ̃ ab alio. Infinit a nãqꝫ virtus maior eſt.

¶ Dynamis grece tum potentia:tum vis:tum virtus:tum vigor:quod intelligi non poteſt niſi reſpectu actionis vt dicemus. Ponit igitur ſm neceſſarium ad probandum primum motorem eſſe impertem atqꝫ indiuiſibilem. Et eſt ꝙ in magnitudine finita eſſe non poteſt virtus ĩfinita mouens illam. De qua vero finitudine vel ĩfinitudine loquatur:dicemus in digreſſione. Pro declaratione huius vnuꝫ ſupponit expreſſe:aliud vult eſſe intelligendum. Id quod ſupponit eſt:ꝙ maior potentia ſiue virtus equaleꝫ effectũ facit minore tempore:ꝙ̃ efficeret eundem minor virtus: vt virtus calefaciens maior equalem efficit calorem in minori tempore ꝙ̃ virtus minor eundem. Similr̃ eſt de virtute dulcorantis:aut proycientis:aut omnino mouentis. Hec ſuppoſitio patet ipſo nunc per ea que dicta ſunt in celo ⁊ mundo. Ibi enim probatum eſt potentias actiuas menſurari per maxima in que poſſunt:quicquid velint ſortiore. Talia autem maxima deſcribuntur comparatione ad tempus:Et ita maior virtus ea erit:que aut in minori efficit equale:aut ĩ equali tempore efficit maius. vt dictuꝫ eſt in ſexto: Ex hac ſuppoſitione ſequitur vnum vtile:ſed non ad rem noſtram. videlicet. ꝙ patiẽs in minori tempore patitur equale ab virtute habente magnitudinem finitam: quando illa eſt infinita:ꝙ̃ a virtute minori. Unde inquit. neceſſe igitur eſt ab eo quoqꝫ quod finituꝫ quidem eſt:infinitam autem virtutem habet aliquod patiens patiatur: ⁊ magis ꝙ̃ ab alio:dico magis:quoniam aut in equali tempore maius:aut in minori equale. Et hoc vt ait:quia infinita virtus eſt abſolute maior quacunqꝫ finita. Sic igitur accipiatur ab his ꝙ patiens patitur a virtute maiori: aut equale in minori:aut maius ĩ equali. Secunda ſuppoſitio quam debemus hic ſumere eſt:ꝙ omnis motus eſt in tempore:per quã habemus ꝙ nõ poteſt patiens mutari ab agẽte virtutis infinite in non tpe:⁊ ita mutabitur oĩo in tpe.

¶ At vero nulluꝫ poteſt omnino eſſe tempus: quo illa mouet:nam ſi a. eſt tempus:in quo infinita virtus calefecit:aut pepulit. a.b. vero ſit tempus in quo finita quaedam mouit: huic ſi maiorem finitaꝫ ſemper accepero:ad eam tandem perueniet:quae mouere in a. tempore poteſt. Finito namqꝫ (ſi ſemper addidero quouis finito illud faciam maius. ⁊ ſi ſubtrahaꝫ: idem ſimiliter faciam. Ergo aequali in tempore finita ac infinita mouebit. Hoc igiẽ cum impoſſibile ſit:etiam fieri non poterit vt finita magnitudo virtutem habeat infinitam.

A tempus.

A ipſ. B

¶ Nunc arguit:⁊ ſyllogiſmus eſſe debet ſic. Si virtus infinita mouet magnitudinem finitaꝫ:⁊ eſt in illa: tũc moueret in non tempore:ꝯ ſcḋaꝫ ſuppoſitionẽ. deducitur conſequentia:quia detur oppoſitum conſequentis. videlicet ꝙ moueat in tempore:ſit illud igitur a. ſic a.b. tempus: quo virtus finita minor moueat aliquod ſiue illud met. hic caſus patet ex ſuppoſitione:dictuꝫ eſt enim ꝙ virtus minor facit equale ĩ maiori tempore:ſit igitur vna virtus finita que moueat illammet magnitudinem in tempore quouis maiori:dummodo ſit illud tempus finitum:quo dicatur a.b. Tunc addendo huic ſemper de potentia illa infinita aliquã partem equalem aliquotam finitam:cõtinuo tempus minorabitur:vt ſi addidero ad duplum: tempus efficietur minus ad duplum:⁊ ita tandem o portet venire

ad talem magnitudinis ⁊ potentię finem ꝑ additionez ad illā: ⁊ ſubtractōez ab alia: vt virt⁹ illa finita moueat ęq̄lē magnitudinē eodem aut ęquali tp̄e: qđ eſt impoſſibile.

com.79. ¶ Cum declarauit. Cōmentum etiam iſtud poteſt diuidi in expoſitionem textus: ⁊ digreſſionē: quę incipit. in propoſitione autem aſſumpta. In prima parte duo ſunt annotatione digna: primum eſt ſolutio cauilli ad primam partez caſus: poſuit enim Ariſtoteles ꝙ poteſt in tantum diminui a maiori ⁊ addere minori: vt virtus ipſa minor ęquali tempore moueat ęquale mobile cum ipſa infinita. Modo dici poteſt ꝙ nūq̄ poteſt perueniri ad illam additionem: vt poſſit ęquali tempore mouere ęquale. ⁊ ſic Ariſt. accepiſſet falſum. Cui auerroes obijcit: ꝙ licet accipere ſemper intra limites finitudinis: quare cum ſemper tempus minoretur ad additionem factam illi: tandem intra terminum finitudinis virtus illa creta ⁊ aucta mouebit ęquale ęquali in tempore. Secundo cauillari poteſt dicēdo ꝙ magnitudo non poteſt creſcere in infinitum ſicut diminui vt diximus tertio huius. ⁊ ſic falſus eſt caſus ꝙ fiat additio ſemper. etiam hoc tollit auerroes ꝙ licet magnitudo non poſſit creſcere in infinitum: poteſt creſcere in tantum intra finitudinis terminum: ꝙ poterit ęquale in ęquali tempore mouere. Tertio auerroes format demonſtrationem finalem huius 8[ui] qua probat Ariſt. primum eſſe indiuiſibilem dupliciter. primo ſic. nullum corpus aut virtus in corpore habet potentiam infinitam. primus motor habet potentiam ⁊ actionez infinitam. igitur nec eſt corpus. nec virtus in corpore. aut hypothetice ſic. ſi primus motor eſt virtutis infinitę primus motor nec ē corpus nec virtus in corpore. Sed primus motor eſt virtutis infinitę. igitur nec corpus nec virtus in corpore. Auerroes igitur vult ꝙ de ſyllogiſmo principali Ariſtoteles in preſenti textu probauerit maiorem. videlicet. ꝙ nullum corpus finitum aut virtus in corpore finito habet infinitam potentiam: hoc mō auerroes ordinat Ari. ꝓceſſū.

¶ In propoſitione autem. Mouet auerroes in hac digreſſione queſtiones duas. Prima eſt circa verbum Ariſtotelis. videlicet. ꝙ nullum corpus habet potentiam infinitam: ſiue: qđ idem eſt cuiuſlibet corporis ſit potentia finita. eſt enim dubitatio. vtrum hęc vniuerſalis contineat corpus cęleſte: ſi enim continet illud: cęlum eſt finitę potētię: ⁊ ita corruptibile. ſi non continet: tunc demonſtratio non eſt ad propoſitum nec eſt vniuerſalis.

¶ Similiter dubitatur. Quia Ariſtoteles in probatione illius probauit hanc hypotheticam ſi alicuius corporis eſſet potentia infinita moueretur in non tempore. modo quęret iunior: quare hoc ſequitur dato ꝙ illa virtus infinita eſſet in corpore. ⁊ non ſequitur ſi eſt extra corpus. Ubi enim eſſet extra corpus poteſt eſſe infinita: ⁊ mouere mobile finitum tempore quodam: vbi autem eſſet in corpore: moueret in nō tempore. Sūt rurſus alie queſtiones: quas dicemus poſtmodum.

¶ Prima quidem: ſoluit primam: aſſerens primo eam eē difficilem propter multas in illa inuentas poſitiones. Ad hanc igitur reſpondet Alexander: ⁊ vult ſub illa vniuerſali contineri cęlum: ⁊ concedit vlterius cęlum eſſe corruptibile: ipſum tamen nūq̄ corrumpendum: q̄ adeptum eſt ęternitatem a ſuo motore: qui eſt extra nām: qua ratione euadit alexander a queſtione.

¶ Sȝ hoc ergo: huic poſitioni obijcit auerroes. primo q2 tunc aliquod eſſet corruptibile in ſubſtantijs: quod nūq̄ corrumpetur: ⁊ dixi in ſubſtantijs: q2 in accidentibus nihil prohibet: vt de motu cęli. 12. metaphiſicę cōmento 41.° dicitur. Secundo tūc poſitio alexandri coincideret cum illa platonis dicentis aliquod corruptibile poſſe eē ęternum a deo vt in timęo dixit. ⁊ de mūdo ⁊ angelis. Modo hanc poſitionem deſtruit Ariſto. primo cęli. igitur nō eſt peripathetica. ⁊ ſic Alex. errauit.

¶ Ioannes autem. Ad hęc argumenta contra Alex. reſpōdet Ioannes gramaticus: ⁊ conceſſit ad primam aliquod eſſe corruptibile nūq̄ corrūpēdū etiam in ſubſtātijs. Ad ſecūdam dicebat hanc opinionem eſſe platonis: ⁊ veriorem illa Ariſtotelis. ⁊ ideo hanc rationem factam de cęlo reputauit efficacem. contra Ariſto.

¶ Et hęc dubitatio: tangit difficultatem queſtionis: q̄ in ſecūdo cęli ſoluens queſtionem difficilem textu cōmenti .71. addit ꝙ ſi orbi adderetur aſtrū aut non moueretur: aut tardius moueretur: ⁊ hoc das intelligere cęlū eſſe finitum ſm potentiam eius.

¶ Audiens autem. Ponit poſitionem auicennę: qui inter hos conſultat: ait enim neceſſarium bifariam eſſe. alterū quod quidem neceſſarium eſt ab alio: ſui natura eſt contingens veluti cęlum: quod ſui natura eſt contingens: ſed a motore ſuo eſt neceſſarium. Alterū quod eſt neceſſarium a ſe: ceu motores orbiū: qui neceſſarij ſunt ſuapte nā.

¶ Nos āt. Rńdet nūc ad qōnē ſm veritatē. ⁊ primo declarat qualis ē potētia cęli. ⁊ quo mō finita: ⁊ quo mō īfinita. ⁊ breuib⁹ vł intuere hāc diſtictionē ꝙ po⁹ dici pōt īfinita ītēſiue. vȝ. ī q̄litate actōis vł paſſiōis: ⁊ extēſiue ī quātitate duratōis. Tūc dicit duo ad hāc p̄mā qōnis ptē: p̄mū ꝙ po⁹ paſſiua cęli ē finita ītēſiue ī q̄litate paſſiōis: ħ ē patitur ab agēte certa reſiſtētia. Scđȝ ē po⁹ paſſiua cęli ē īfinita extēſiue ħ ē icorruptibil: ⁊ eterna: atq̄ȝ apta pati a motore ſēpiterno tp̄e. p̄mū ꝓbat. Tū q2 ita ē de paſſiōe vti de actōe: ſȝ nulla forma magnitudīs finitę pōt eē actōis īfinitę: cū illa ſit diuiſibilis diuiſiōe corpis. igr̄ nec po⁹ paſſiua pōt eē īfinita ī patiēdo. Scđo arguit. ſi aliqđ corp⁹ poſſet eē īfinitę paſſiōis: poſſet eē nulli⁹ reſiſtētię: ⁊ ſic poſſet dari vnū īfinitū maī⁹ altero. qđ deduco: vbi. n. dareī tale nullius reſiſtētię paſſiuū poſſet adhuc dari vnum minus reſiſtēs: ſi ī minori eēt corp̄e: ⁊ ſic vnū īfinitū erit maī⁹ altero.

¶ Ex ħ ergo. Scđȝ ꝓbat: q2 cęlū ē corp⁹ ſimplex: ⁊ illi⁹ forma ē ꝑ ſe ſbſiſtēs: ⁊ ñ depēdēs a mā. cęlū igr̄ q̄ gdē ad q̄litatē patiēdi ē finitę potentię: ⁊ ſic aliquātę reſiſtētię: q̄ vo ad extēſionē ē īfinitę potētię: q2 ſimplex ⁊ abſq̄ȝ materia. hec ē ſolutio quantum ad virtutem paſſiuam.

¶ Dubitabit aliqs. Excuſat ſe a duab⁹ qōib⁹ q̄s ad lib. cęli remittit. p⁹ ē. q̄nā mō cęlū neq̄ȝ ē graue: neq̄ȝ leue: ſed nāę tertię. Secūda ē. quonam modo habet potētiam finitaȝ. has igitur in libro cęli remittit

¶ Dupłr. n. potētię. Nūc q̄lis ē po⁹ mo[tiua] cęli d̄clarat: ⁊ fac illā diſtōnē: ꝙ po⁹ pōt dici īfinita ī q̄litate actōis: illa. vȝ. q̄ mouet ī nō tp̄e vł vltra ꝓportōez oīs po[tentię] finitę: ⁊ ħ mō neq̄ȝ p̄m⁹ motor: nec aliqs motoꝝ cęleſtiū ē īfinit⁹: q2 mouerēt ī nō tp̄e. alio mō dici pt̄ īfinita extēſiue: q2 poteſt ꝑ infinitum tēpus mouere. ⁊ hac rōne quęlibet potentia cuiuſq̄ȝ motoris ē infinita. ⁊ ſic pȝ ſolutio tota.

¶ Motores igr̄. Ex ijs īfert ꝯueniētiā īter motores mālēs aīaliū: ⁊ īmālēs cęloꝝ: ⁊ vult ꝙ ābo ſint mouētes a po⁹ finita ī q̄litate agēdi. Mālēs gdē: q2 finiūī ꝑ mām. Immālēs vō. q2 finiūī a nā reꝝ: q̄ ñ capit īfinitudiēȝ: nec ī corp̄e: nec eī corp⁹. ſignū āt ē: q2 cęli ſūt diuerſaꝝ velocitatū. q̄ .8[ue]. orbis. 36. m. ānis ꝯplet motū ſuū. ſaturnus ī. 30. ⁊ alij in alijs. qđ non eēt ſi potentię eſſent infinitę.

¶ Ergo ſȝ hūc. Colligit totā ſolōnē breuib⁹ ⁊ vult ꝙ cęli po⁹ ſit fi[ni]ta oī ex pte ex pte gdē actōis: cū ſit certę actōis. ex pte paſſiōis cū ſit certę reſiſtētię. h⁹ rei ſignū ē: q2 vt dixit Ari. 2.° cęli. textu ꝯm. 71. ſi cęlo addereī aſtrū aut nō moueret aut tardi⁹ moueret. q̄ rō docet potētiā oī ex pte rē finitam. Sed magna ħ exorit̄ qō. vtrū cęlum hȝ ꝙ motori

reſiſtat: nec valet quod quidam aiunt ꝙ aliter conſideratur ſucceſſio in motu animali: ⁊ aliter in motu naturali: dicentes in naturali attendi penes proportionē geometricam potentię mouentis ad ſuam reſiſtentiam. in animali vero penes aptitudinem ſeu inclinationem ſm eius appetitum ad tantum vel tantū moueri: vbi enim ſic eſſet omnis limitata velocitas eſſet ex parte motoris ſic appetentis motum cum tanta aut tanta velocitate: ⁊ non ex parte mobilis: ⁊ ſic Auerroes quē ſequunt̄: ſomniaſſet: cum dixiſſet potentiam paſſiuā cęli etiam limitatam in qualitate paſſionis: ⁊ limitatę reſiſtētię. hęc itaq; queſtio: nunc hic omittatur: ſꝫ in libro deſtructio deſtructionum diſputaui ipſam ſatis probabiliter pro ea parte: quod ſi aliquando principaliter occurret: dicam forte melius ⁊ magis ad Ariſtotelis aures. hęc de prima queſtione Auerrois.

¶ Ad ſecundam autē. Soluit ad queſtionem ſecundā: ⁊ primo ad eam abſolute. ſecundo ad cauillum tacitum. ſolutio abſolute eſt: ꝙ vbi ponitur virtus infinita ⁊ in corpore: illa non poteſt eſſe niſi infinita in qualitate agendi. vbi autem ponitur extra corpus: illa proprie non debet dici finita: nec infinita. primum (licet ipſe non declaret:) poteſt declarari per dicta in duodecimo meta. commento. 41. quoniā vbi virtus infinita extenſiue hoc eſt ęterna eſſet in corpore: hoc eſt conſtituta in eſſe per corpus: vt nunc Auerroes intelligit: eſſet virtus corruptibilis. igitur haberet contrarium corruptiuū: ⁊ cum ſit ęterna: opꝫ vt ęterno tempore reſiſtat cauſis corruptiuis: non poteſt infinito tempore reſiſtere contrario: niſi excedat illa exceſſu infinito: quare oportet eam eſſe infinitam non modo in extenſione: ſed qualitate agendi: ⁊ ſic mouebit in non tempore. vt ratio Ariſto. docet. Secūdū declaratur: quia vbi illa ponitur extenſiue infinita: ⁊ extra corpus: non oportet vt reſiſtat cauſis corruptiuis: ⁊ ita non opꝫ vt ſit infinita in qualitate actionis: ⁊ per cōſequens non opꝫ vt moueat in non tēpore.

¶ Non ergo ſequitur. Sed accidit vnus cauillus: ⁊ quidem difficillimus: nā ſi motor primus eſt extra corpus: ⁊ finitę qualitatis agendi: tunc vtar eadem demonſtratione Ariſto. ⁊ deducam poſſe eſſe vel intelligi eſſe: aliquam virtutem finitam in tempore mouere ęquale mobile ęquali velocitate. vꝫ. ſpatio. 24^{or}. horarū ⁊. minori. probo: ⁊ vtar ratione Ariſto. virtus illa eſt finita in qualitate actionis. per te. igitur mouet certo tempore cęlū. ſit tempus illud. c. 24. horarū. vꝫ. accipio vnam virtutē in materia: quę ad imaginationem moueat cęlum tardiori motu: nec opꝫ fugere ꝙ non poteſt dari: quia ſic fugiā ab Ariſto. ratione. ⁊ volo ꝙ illa fiat ad imaginationē dupla ⁊ tripla. donec mouebit cęlum vel ęquale in. 24. horis. ⁊ ſic virtus finita poteſt ęquali tempore mouere ęquale cum virtute infinita. hunc igitur cauillū euadit Auerroes: quoniam talis virtus: quę aſſumeretur materialis: cum ſit in corpore non poteſt illi comparari. quoniā hęc eſt diuiſibilis in maiori maior: ⁊ in minori minor: at illa cęli eſſet ſine corpore: ⁊ indiuiſibilis: quare pꝫ ꝙ Ariſt. ratio eſſet efficax: vbi virtus illa infinita ponitur in materia: quia tunc eſſet huic comparabilis ſm magis: ⁊ minus. ⁊ recte ſubtiliter euadit Auerroes. ¶ Ex his omnibus poteſt accipi expoſitio concluſionis: ⁊ rationis apud Auerroem: intendit enim ꝙ nulla virtus infinita in extenſione ⁊ duratione poteſt eſſe in corpore conſtituta in eſſe per illud: quia tunc eſſet infinita in vigore: ⁊ per cōſequens moueret in non tempore: quia ſi non moueret in non tempore aliqua finita poſſet ęquale in ęquali tempore mouere. ⁊ ratio hęc valet quia ſunt comparabiles ambę. vbi vero eſt extra corpus mouet in tempore: nec propter hoc ſequitur vt aliqua finita in tempore poſſet ęquali velocitate mouere: quoniam nulla poteſt illi accipi cōparabilis.

Expoſi. Auer pulchra

¶ Sed contra hanc expoſitionem obijcit expoſitor: tum primo: quia contradixit Ariſtoteli: qui paulo ante dixit ⁊ etiam dicet in fine: virtutem infinitam mouere mobile finitum tempore infinito: vbi patꝫ virtutē dicere infinitam extra corpus. tum ſecūdo: quia eo modo conuenit formę finitudo ⁊ infinitudo: quo etiā vliter ſibi magnitudo: modo formę cōpetit magnitudo per ſe quidem ſaltem gradualis: ſiue perfectionalis: ⁊ per accidēs ratione magnitudinis ſubiecti: ⁊ ſic licet motor ille non eſſet finitus vel infinitus rōne ſubiecti: eſſet talis vel talis ratione formę ⁊ perfectionis.

Replice expoſitoris


Ioannes euadit ꝙ Auerroes loquitur de primo motore: modo hic non eſt in magnitudine nec ſubiectiue: nec attributiue: ⁊ propterea nullatenus eſt finitus aut infinitus. Ad ſecundū euadit ꝙ Ariſto. infra vtetur potentia pro cauſalitate. modo cū ſit infinitę cauſalitatis: ideo non eſt in corpore.

Defenſio Ioannis

¶ Sed hęc Ioannis reſponſio eſt fuga. primo quia tunc demōſtratio Ariſtotelis eſſet particularis ſolum de primo motore vt fine. ⁊ ſic non valeret de cęteris. Secundo. quia fruſtra Ariſto. ſuppoſuit primū motorē mouere perpetuo motu: ſi ſolum vt finem mouere vellet. Tertio: quia abutitur omnibus verbis Ariſto. qui vbiq; per mouens ⁊ principium. vnde motus intelligit effectricem cauſā. propterea dico ꝙ Auerroes vult motorē cęli non eſſe finitum vel infinitū finitudine vel infinitudine quę ſibi competit ratione ſubiecti ⁊ materię vt in toto cōmento exponit. de alia nō negaſſet. ⁊ vlterius opꝫ dicere ꝙ alię virtutes mālēs nō ſunt comparabiles ei: quia ſunt finitę vel īfinitę rōne ſubiecti. Ratiōes igitur expoſitoris probant motores eſſe finitos alia ratione: quā dependenter a ſubiecto, vt quia formę attributę corporibus mobilibus: ⁊ quia actiones ſunt finitę: quod Auerroes non negat. imo ſcđo cęli. cōmento. 38. expreſſe concedit: non tamen propter hoc alię mālēs ſunt illis comparabiles. quo nā modo intelligat alia reſponſio. 12. meta. cōmento. 41. ⁊ an deus ſit infiniti vigoris in codicillo noſtro de amplitudine ſiue īfinitudine dei nuper ędito perquire.

Confutatio Ioannis

¶ Neq; igitur infinita in magnitudine finita virtus eſſe poteſt. atq; tā ⁊ ſi minore in magnitudine plus virtutis ineſſe poſſit: multo tamen magis in maiore eſt. ſic igitur magnitudo infinita. a. b. ſed. b. c. eius pars virtutem quandā habeat: quę mouit. d. quodā tempore: quod ſit. e. z. Si igitur ipſius. b. c. duplū accepero: illa in dimidio. e. z. temporis mouebit. ſit enim hęc proportio. Quare in. z. ⁊. t. mouebit. Ergo ſi ſic accepero ſemper: nunq̄ ipſum. a. b. tranſibo: tempus enim dato ſemper accipiā minus. poteſtas igitur infinita eſt. omnē enim finitā vim ſuperat. cuiuſlibet autē finitę virtutis. finitū etiā eſſe tempus neceſſe eſt. nā ſi aliquo in tempore mouet tanta: maior minore in tempore quidē: finito tamen conuerſione proportionis mouebit. Infinita autē omnis virtus quemadmodū magnitudo atq; multitudo: omnē finitam exuperat.



Tertium neceſſarium ad concluſionem principalem
eſt ꝙ in magnitudine infinita non eſt virtus finita: ⁊ pro-
bat hoc dupliciter: ⁊ prima ratio poteſt reſolui ad duos
ſyllogiſmos: primus ⁊ principalis eſt. omnis virtus que
omneꝫ finitam exuperat neceſſario eſt infinita: vt cui-
libet patet. Poteſtas magnitudinis infinite omnē exu-
perat finitam. igitur eſt infinita. Minor proſyllogiſatur
hoc modo: omnis virtus que in mouendo mouet mino-
ri tempore quocunqꝫ dato: exuperat omnē finitaꝫ. vir-
tus magnitudinis infinite in mouendo mouet minori in
tempore quolꝫ dato. igitur exuperat omneꝫ finitaꝫ. Mi-
nor patet in textu: quia data parte virtutis alicuius ma-
gnitudinis accepte a tota illa infinita: illa mouet certo da-
to tempore: data adhuc dupla virtute in dupla magni-
tudine etiam ab illa tota accepta: adhuc mouet in duplo
minore tempore: ⁊ data quanta vis cum illa ſit pars to-
tius: ſemper mouebit maiore in tempore ꝙ̄ tota mouet:
⁊ ſic minor perſyllogiſmi patet. De ratiōe principali pri-
mo proponit concluſioneꝫ: ⁊ inquit. neqꝫ igitur infinita
in magnitudine finita virtus eſſe poteſt: hec eſt conclu-
ſio: ſed quia pars poſſet cauillare: addit atqꝫ tamē ſi mi-
nore in magnitudine plus virtutis ineſſe poſſit: vt par-
uo in igne pluſꝙ̄ in magno aere: multo tamē magis erit
in multo magis maiore: tantuꝫ eniꝫ accipi poteſt de aere
quod ſuperabit ignem. ⁊ ita probat concluſioneꝫ ſimpli-
citer in terminis ⁊ conſtituit caſuꝫ. ⁊ inquit. ſit igitur ma-
gnitudo infinita a.b. ſed. b.c. eius pars virtutem quādaꝫ
habeat: que mouit. d. quodam tempore: quod ſit. e.ſ. ſi
igitur ipſius. b.c. partis duplum accepero: illa in dimi-
dio. e.ſ. temporis mouebit: ⁊ ſiue in dimidio preciſe. ſiue
non: dummodo in minore moueat tempore: ſit hec p-
portio. videlꝫ. dimidij temporis ad dupluꝫ. quare in. ſ.t.
dimidio temporis illo dato mouebit. ergo ſi ſic accepe-
ro ſemper: nunꝙ̄ ipſuꝫ. a.b. tranſibo: nam ſemper quo-
cunqꝫ dato tempore tempus accipiaꝫ minus quo tota
magnitudo. a.b. mouebit. igitur illius poteſtas infinita ē.
hec eſt probatio minoris proſyllogiſmi ⁊ concluſio prin-
cipalis. deinde quaſi tangit minoreꝫ principalis ſyllogiſ-
mi dicens. omnē eniꝫ finitaꝫ vim ſuperat. fortaſſe cauil-
labit aliquis: ꝙ non cuiuſlibet virtutis finite tempus ſit
finituꝫ: ſed infinite paruuꝫ vel non tēpus: ⁊ ſic falſum
eſt: ꝙ ſemper quelibet pars moueat tempore finito: hu-
ic obijcit quaſi dicens: cuiuſlibet autēꝫ finite virtutis
finitaꝫ eſſe tempus neceſſe eſt: cuius ſignuꝫ affert dicēs.
naꝫ ſi in aliquo tempore mouet tanta: ſiue virtus ſiue
poteſtas: maior minore in tempore quideꝫ: finito tamē
conuerſione proportionis mouebit: dico conuerſione
proportionis: magnitudinis videlꝫ ad tempus. ⁊ tempo-
ris ad tempus: ⁊ magnitudinis ad magnitudinem. at vt
dictuꝫ eſt: infinita omneꝫ finitam exuperat: quemadmo-
duꝫ de multitudine dicitur. Fortaſſe ꝙ in textu eſt vnus
ſyllogiſmus: ⁊ eſt. omnis virtus que proportione tempo-
ris in mouendo excellit omneꝫ aliam finitaꝫ: eſt infini-
ta. Virtus magnitudinis infinite proportiōis temporis
in mouendo excellit omneꝫ finitaꝫ: vt in littera patꝫ. igi-
tur eſt infinita.

Inſuper hoc idem hac ratione demonſtra-
ri poteſt. accipiemus enim cuiuſdam finite
magnitudinis virtutem aliquaꝫ generis eius
virtutis: quae infinita in magnitudine eſt: q̄
virtutem finitam metietur magnitudinis infi-
nite. Quod igitur finita in magnitudine eſſe
non poſſit virtus infinita: neqꝫ finita in infini-
ta: ex ijs perſpicuum eſt.

Secundo ideꝫ probat enthymematice ſic. ſi infinita in
magnitudine eſſet virtus finita: accipi poſſet cuiuſdaꝫ fi-
nite magnitudinis virtus aliqua generis eius virtutis que
infinita in magnitudine eſt: que metiri poſſet omnē vir-
tutem magnitudinis infinite: naꝫ finita poteſt menſura-
ri ab aliqua parte ſui generis. hoc autem habet pro im-
poſſibili: naꝫ vt magnitudo non eſt a magnitudine mē-
ſurabilis. ſic nec virtus a virtute. deinū epylogat: ⁊ verba
tranſlatione patent. Debes ſcire vt innuit expoſitor: ꝙ
hec rō non multuꝫ differt a prima: niſi ꝙ prima loquitur
in magnitudinibus ſiue eiuſdem ſiue alterius gnīs: hec
vero in magnitudinibus eiuſdeꝫ generis.

At de his quae feruntur bene ſe habet ali-
quam primo dubitationeꝫ in medio adduce-
re. naꝫ ſi id omne quod mouetur: ab aliquo
moueatur: quonaꝫ modo eoruꝫ quae non ſe
ipſa mouent: nonnulla continuo mouentur:
illo quod mouit ipſa non tagente: vt piecta.

Anteꝙ̄ ad reꝫ veniat mouet queſtioneꝫ de proiectis a
quonaꝫ mouentur. tangit autē queſtionis cauſaꝫ: quoni-
aꝫ omne quod mouetur ab aliquo mouetur. cuꝫ igit̄ p-
iecta moueantur a proiectore: quonaꝫ modo ſeperata ⁊
non tacta ab illo moueri poſſunt. hec queſtio eſt ſoluen-
da primo ante principaleꝫ concluſioneꝫ.

Quod ſi is qui mouit ſimul etiaꝫ aliquid ali-
ud mouit vt aerem: qui quideꝫ motus mo-
uet: ſimili ratione fieri non poteſt prio quod
mouit non tangente nec mouente: vt ipſe mo-
ueatur. Sed ſimul omnia mouent̄ ceſſantqꝫ
moueri: cum id quod primo mouet moue-
re deſinit: quamuis perinde vt lapis moueat
quod mouit.

Anteꝙ̄ ſoluat ſꝫ veritatem: reſpondet ſꝫ alios: ⁊ qui-
daꝫ putant ſꝫ Platoneꝫ. Plato eniꝫ dicit ꝙ impulſor im-
pellit aereꝫ: qui aer motus ipſuꝫ proiectuꝫ mouet: quod
proiectuꝫ rurſus mouet aerem: qui mouet rurſus proie-
ctuꝫ: ⁊ non explicat quo modo. Debes tamen ſcirē
ꝙ hec poſitio ſolet exponi ꝙ aer ille qui inter manum ⁊
piectū mediat mouetur a manu: ⁊ ille mouet piectuꝫ a
principio vſqꝫ ad finē: nunꝙ̄ piectū derelinquens niſi in
fine motꝰ. Ideo obijcit illi reſpōſioni ſic. omne quod mo-
uet motū ab aliquo motore primo ceſſat mouere ad ceſ-
ſationeꝫ illius. igitur ceſſante prio ceſſat aer mouere. vn-
de dicit. ſed ſimul omnia mouentur ceſſantqꝫ moueri:
cuꝫ id quod primo mouet: mouere deſinit: quāuis talis
aer motus pinde moueat vt lapis: q mouet aliud vt mo-
tus a manu. conſtat. n. ꝙ ceſſante manu ceſſat lapis mouerē.

¶ Sed hoc quidem dicere neceſſe eſt primū mouens facere vt moueat hoc aut aer: aut aqua: aut tale aliquid quod mouere ⁊ moueri aptum eſt: non tamen ſimul ceſſet mouere ⁊ moueri: ſed deſinit quidem ſimul moueri cum mouens mouere deſinit: mouens autem vlterius eſt. quocircā mouet aliud quid ſibi coherens: de quo quidē erit eadem ratio.

¶ Soluit nunc ſm veritatem: ⁊ videtur hęc reſponſio q̄ſi expoſitio primę ſolutionis: vbi debes ſcire ꝙ Ariſtoteles imaginatur aerem: qui eſt inter proiectum ⁊ proijciens impelli: in tali tamen impulſione eſt duo conſiderare moueri: quod ille aer recipit a manu: ⁊ mouere: qđ facit in aerē ſibi proximū: tūc vult ꝙ ceſſante primo motore mouere ceſſat aer ille moueri mox: nō tamen ceſſat mouere: ⁊ ita mouet vlteriũ partē aeris ſibi proximā: ⁊ ſimilis ratio eſt de ſecunda. vnde quidam aiunt proiectionem hanc in modum fieri: cum enim aer intercep tus ſeperatur a manu mouet lapidem: qui lapis diuidit aerem violenter in parte anteriori: quo diuiſo clauditur aer in parte poſteriori: aer ſic clauſus pellit proiectū. Simul fit diuiſio vnius partis aeris: ⁊ clauſio violēta. ſed de hac re poſtmodū dicetur.

Expoſ. ariſt. non placuit.

¶ Ceſſat autem cum mouendi potentia fit minor in illo quod ſibi coheret. penitus autē deſinit: cum non vlterius id facit: quod prius fecit mouens: ſed mouetur ſolum. haec autem ſimul ceſſare hoc quidem mouere: illud autem moueri: atq; vniuerſum motum: neceſſe eſt.

¶ Sed dices. cum ſemper ſecunda pars mouet ⁊ mouetur: ⁊ ſemper mouet cum mouetur: tunc nūq̄ ceſſabit motus proiectionis. Reſpondet. ⁊ imaginatur virtutē remitti continue proportionaliter vſq; quo aliqua particula aeris ſit mota tantū ⁊ non mouens. Prima enim particula mouet ſecundā: ſecunda vero imbecillius mouet quartam: quarta rurſus imbecillius quintam: adeo proportionaliter: vt ſit deuenire ad vltimā: quę moueatur tantum: ⁊ non moueat. qua ratione ſimul penultima ceſſat mouere: ⁊ vltima moueri: ⁊ vniuerſus ceſſabit motus.

¶ Is igitur motus in his fit: quae interdum moueri: interdum quieſcere poſſunt. atq; non continuus eſt: ſed apparet. nam aut eorum eſt: quae deincepicia ſunt: aut attigua: quorū quidē non eſt vnū mouens.

¶ Ex his infert ꝙ talis motus non eſt continuus: licet fiat in ipſis: quę apta ſunt quieſcere ⁊ moueri: quod hac ratione probat: quia non eſt vnus motor e principio ad finem.

¶ Quocirca ⁊ ſi in aere ⁊ aqua talis motus fiat: quem quidem nonnulli antiperiſtaſim dicunt: impoſſibile tamen eſt ea quae dubitata ſunt aliter ſoluere: q̄ȝ modo dicto. ipſa namq; antiperiſtaſis ſimul cuncta mouere atq; moueri faceret: ſimul atq; deſinere. q̄re vnū videtur nunc quod continue mouetur ab aliquo: non tamen ab eodē mouetur.

¶ Debes ſcire ꝙ quidam dixerunt motū proiectorum eſſe per antiperiſtaſim hoc eſt reuerſiuam actionē hoc modo ꝙ aer ipſe moueret lapidem lapis moueret aerē. ⁊ non volebant ꝙ vna aeris portio moueret aliam: ⁊ illa aliam donec quieſceret: ſed ꝙ aer ipſe mouet lapidē: qui lapis mouet rurſus aerem: ⁊ ſeſe mutuo per antiperiſtaſim procedant mouendo. Sed contra obijcit: quoniam in ipſa antiperiſtaſi ſimul ambo mouent ⁊ mouentur: incipiunt quoq; ſimul atq; deſinunt. Modo non eſt ſic in motu proiecti: nam vt dictum eſt aer prius deſinit moueri q̄ȝ mouere. igitur non fit per antiperiſtaſī. propterea concluſit ꝙ videtur vnus motus ⁊ non eſt cū non ſit ab eodem proficiſcens: vt patet. ¶ Debes ſcire ꝙ hęc opinio de antiperiſtaſi ab aliquibus exponitꝰ ſic: ꝙ proiectum cum ſeperatur a manu: exit velocius q̄ȝ a ſuo toto: ⁊ tunc quia natura abhorret vacuū: aer exiſtens retro ad impellendum vacuum inſequitur ipſum proiectum: ⁊ cum inſequitur velociter attingendo ipſū mouet vltra. dicitur autem hęc antiperiſtaſis: quia aer exiens mouet lapidem: ⁊ mouetur ab aere inſequente.

Poſitio de antiperiſtaſi

¶ Contra obijcit Ariſtoteles: quia talis antiperiſtaſis faceret cuncta moueri atq; mouere retro vſq; ad cęlū: nam aerem primo inſequentem alius inſequeretur: ⁊ illum iterum alius: ⁊ ſic vſq; ad cęlum. ¶ Nec valet dicere ꝙ aer ſequens rareſit: tum quia mox ſtaret graue. Tum ſecundo quia aer ante proiectionem condenſaretꝰ. Tum tertio: quia proiectio ęque bene fieret in aere raro vt in denſo. ¶ Opinio Ariſtotelis igitur eſt: ꝙ aer mouet proiectum vt motus: imaginatur enim ꝙ proijciēs pellit proiectum: ſimulq; mouet aerem circunſtantem cum eo: quoniā aer primo motus mouet pellendo proiectum in aerem ſecundo loco ſubſequentem: ſimulq; ⁊ illum aerem: deinceps ille ſecundus aer motus pellit proiectum in tertio aere mouendo rurſus illum tertium ⁊ ſic deinceps: cum autem aer motus tardius ac tardius moueatur: tandem eſt deuenire ad aerem ita tarde motum: ꝙ non ſufficit alium mouere: neq; proiectum: ⁊ tunc ceſſet prorſus motus: huius autem exemplū eſt de circulationibus aquę proiecto lapide in illa: quę ſe multiplicant continue in longiori diſtantia vſq; ad ripas mouendo interdum lignum a loco primę circulationis vſq; in vltimam. hęc eſt poſitio Ariſtotelis. ¶ Huic poſitioni cauillatores obijciunt per experientias. prima: q2 poſſemus tunc remotius proijcere plumam q̄ȝ lapidē: cum pluma, minus aeri reſiſtat. ſecunda. ſequeretur ꝙ cum ego repellerem aduerſus te aerem: facerem magnū impetum: ⁊ alia multa quę proficiſcuntur ex malo intellectu verborum Ariſtotelis. ¶ Sed pro poſitione Ariſtotelis debes ſcire ꝙ Ariſtote. non poteſt negare ad motum lapidis non concurrere impetum: cuius rei ſignum eſt: quia celerius ⁊ magis pellit fortioris brachiū: q̄ȝ debilis. ⁊ vnus q̄ȝ alius. nec poteſt negare: quin concurrat rarefactio aeris ⁊ condenſatio: ⁊ rurſus natura medij: quę cum leuibus eſt leuis: cum grauibus grauis. Quare apud ipſum dicendum eſt quędam ſe tenere ex parte rei motę: ⁊ alia ex parte mouentis. ex parte quidem rei motę ſe tenent impetus rarefactio ſiue condenſatio: hę enim augent facilitatem motus: ex parte agentis ſe tenet natura medij. Ariſtoteles igitur vult ꝙ aer non vnus numero ſit motor: ⁊ huius cauſa eſt: quia oē mouens eſſe ſeperatum ⁊ aliud a re mota quantū fieri poteſt: cauſa adiuuās eſt medij natura. ex parte paſ

Confutatio

Ariſt. poſitio

Contra ariſt. experientie

Expoſi poſitionis ariſto.

ſi eſt virtus impreſſa rei motę dicta leuitas vel grauitas accidentalis: quę non concurrit vt agens: cuꝫ ſit ſimul in re mota: ſed potius vt diſpoſitio paſſi. Recentiores autem neſcierunt diſtinguere inter diſpoſitiones: ⁊ principalia mouentia: ⁊ ideo in hos errores delabunt. Rationes eoꝝ ⁊ experientię ex ijs ſoluuntur. ℂ Auerroes autem in hoc commento annotatione digna dicit quattuor. primum cauſam huius queſtionis de proiectis: ⁊ vult eſſe dictam: quia poteſt inſtari propoſitioni dictę. videlꝫ. omne motuꝫ habet motorem: ⁊ illi. videlꝫ. ipſum non mouere niſi cum moueatur cum ſit corpus: ideo queſtionem mouet de proiectis: a quo nã mouent. Scdo declarat primã ſolutionẽ: prima igit ſolo erat ꝙ lapis ꝓiectus mouet ab aere: q motꝰ mouet lapidẽ. imagiat eniꝫ ꝙ cũ manus nõ mouet lapidẽ: ſtatiꝫ ſuccedit ei vice ſua aer qui mouet lapidem: ⁊ ſimul alium aerem: q ſuccedit in vice illius: ⁊ ſic vſqꝫ ad finem. Hoc mõ Auerroes ⁊ Themiſtius exponunt primam reſponſionem. ⁊ replica Ariſtotelis exponitur ab eis hoc modo ꝙ hęc reſponſio non ſoluit: ſed transfert difficultateꝫ. rurſus eniꝫ queſtioni locus eſt: quam ob rem aer ille proximus mouetur nullo tangente. ⁊ ita queſtio vt dicit Auerroes eſt mutanda de lapide ad aerem. videtur enim eadem ratio quę prius. nam ceſſante primo propulſore vident ⁊ ceſſare omnia. hęc eſt expoſitio reſpõſionis ⁊ replicę. alij vt diximus intelligebant reſponſionem primã hunc in modum: ꝙ aer interiacens inter manus ⁊ lapidem mouetur a manu: ⁊ ille condurans vſqꝫ ad fineꝫ idem numero mouet lapidem: ⁊ contra hoc videtur replica Ariſtotelis ꝙ hęc reſponſio nihil aliud eſt ꝙ̃ mutare queſtionem de lapide ad aerem: aut aquam. Mouent autem iſti hoc argumento ad hanc expoſitionem: quia tunc non differret hęc reſponſio ab illa Ariſtotelis. nam Ariſto. etiam vult aerem mouere ipſum proiectum: ſed non vnum numero: ſed alium atqꝫ alium vt diximus. ℂ Tertio Auerroes ponit exemplum quo nam modo manus mediante aere moto mouet lapidem: ⁊ ait manus enim non mouet illud proiectum: niſi mouendo prius aereꝫ: vt dicamus ꝙ lapis magnetis attrahit ferrũ quod ponitur vltra primum ferrum mediante attractione eius ad primum ferrum. eſt igitur exemplum ꝙ vt magnes prius natura trahit ferrum vicinius ꝙ̃ remotius: licet ſimul tempore trahere incipiat ambo: ſic manus ſimul tpe mouet lapidẽ ⁊ aerẽ: lapidẽ tamẽ mediãte aere. ℂ Quarto. Auer. ⁊ Themiſtius dant reſponſionem Ariſto. qui vult ꝙ proiectio fit ab aere hoc modo ꝙ aer circundans lapidem ſimul cum lapide mouetur: ⁊ mouet aerem ſibi attiguum ſimulqꝫ cum illo proiectum: rurſus tertius motus mouet quartum ſimul cum proiecto. vnde vt primus aer ſe habet ad pulſorem ſic ſecundus aer ſe habet ad primum. ℂ Et vt dicebatur ad talem motum concurrunt virtus impreſſa proiecto: ſciſſio anterioris aeris: ⁊ clauſio poſterioris: rarefactio prioris ⁊ aliquis occurſus poſterioris non vltra modum ſed parua: quę non facit omnia mouere. demum concurrit natura medij: quę cum leuibus leuitat: cum grauibus grauitat. Sed principale mouens eſt aer: qui motus mouet: cętera vero concurrunt vt diſpoſitiones: leuitas accidentalis vel grauitas vel tale aliud ex parte paſſi: cum nullum accidens agat in ſubiecto in quo eſt. clauſio ⁊ ſciſſio concurrunt etiam vt diſpoſitiones: clauſio ex parte agentis: ſciſſio ex parte rei motę: rarefactio ⁊ condenſatio etiam vt diſpoſitiones: condenſatio quidem ex parte agentis: rarefactio ex parte patientis. demuꝫ concurrit ipſius medij natura: ⁊ ex parte mouentis. Qꝫ omnia hęc concurrant: declaratur: primo concurrit virtus impreſſa: naꝫ proijciens melius mouet lapidem: ꝙ̃ plumam ſiue ſtuppam: qꝛ in illo virtutem cauſat maiorem: quia melius applicatur. Secundo concurrit clauſio ⁊ diuiſio medij: quia triremis celerius mouetur per aquam a mouente: quia diuiſio. ⁊ clauſio celerior fit ab illa: ꝙ̃ a naui. Tertio concurrit condenſatio ⁊ rarefactio: vt videtur ad ſenſuꝫ in circulationibus aquę in quibus mouetur lignum. demum concurrit natura medij: cuius argumentum eſt: quia dura non poſſunt eſſe media motus proiectionis: cuꝫ non ſint apta leuitare: aut grauitare. Quod vero hęc vt diſpoſitiones ſint: pꝫ: quia motor debet eſſe ſeperatus a re mota: ⁊ continuus: modo hęc duo non videntur competere niſi aeri moto ab ipſo propulſore: nec iuniores igitur nec Egidius potuerũt intelligere poſitionem Ariſtotelis. non eniꝫ diſtinguũt inter diſpoſitionem ⁊ principale. addit demum Auerroes ꝙ ſua expoſitio differt ab expoſitione Themiſtij: ⁊ ꝙ fuit locus iſte ſibi difficilis: tu vero ſcias ꝙ quicquid dicit ⁊ hic ⁊ alibi Auerroes eſt Themiſtij: non enim inuenio differentiam inter expoſitionem ſuam ⁊ illam Themiſtij: bene tamen dicit ꝙ locus eſt difficilis. nam a recentioribus nullatenus itelligitur. Cuius rei difficultas cauſa fuit vt albertilla contradiceret temerarię Ariſtoteli: ignorans profecto propriam vocem: ad quem erroreꝫ labuntur omnes ſorticolę ſuoꝝ temporum: reliqua dicta commenti hic facillima ſunt.

ℂ Cum autem in his quae ſunt: cõtinuus ſemper ſit motus: neceſſe ſit: hic vero vnus eſt: vnum quoqꝫ motum magnitudinis cuiuſdã eſſe neceſſe eſt. non eniꝫ mouetur id quod magnitudinis expers eſt. ⁊ vnius eſſe ac ab vno. alioquin continuus non erit: ſed attiguus alius alij atqꝫ interceptus.

ℂ Hactenus de proiectis queſtionem perſoluit: voluitqꝫ habere ex ſolutione queſtionis hanc maiorem. videlicet. omnis motus vnus ⁊ continuus eſt ab vno motore vniuſqꝫ magnitudinis quę mouetur: nunc addit quaſi minorem. ⁊ inquit cum autem in his quę ſunt hoc eſt in vniuerſo reruꝫ orbe continuus ſemper ſit motus: neceſſe ſit: hic vero vnus eſt: hęc videtur minor: addit concluſionem. ⁊ inquit vnum quoqꝫ motum. ſubaudi in vniuerſo rerum orbe magnitudinis cuiuſdaꝫ: ⁊ vnius atqꝫ ab vno motore neceſſe eſt. hęc eſt concluſio. Magnitudinis quidem: quia id quod magnitudinis expers eſt: non mouetur. ſexto huius. vnius vero magnitudinis ⁊ ab vno motore: alioquin continuus non erit: ſed attiguus alius alij atqꝫ interceptus: vt per declarata in huius libri quinto patet. Motus itaqꝫ vniuerſi cuiuſdam eſt magnitudinis: vniuſqꝫ mobilis: ab vnoquoqꝫ motore. ℂ Sed dubitant hic. nam duodecimo metaphyſice. cõmento. 41. Auerroes vult ꝙ motus cęli compõitur a duplici motore. igitur falſum ⁊ dubium eſt: quod Ariſtoteles concluſit: aut ſaltem eſt contradictio inter Auerroem ⁊ Ariſtotelem. ℂ Soluit Auerroes ibidem ꝙ non eſt inconueniens motum cęli dependere a duobus motoribus alterius rationis. ab vno enim dependet quatenus eſt infinitę motiõis. ab alio vero quatenus finitę eſt motiõis. ℂ Sꝫ huic obijcit expoſitor in lectione precedente: primo ꝙ mouere tempore infinito videtur conſequi vtrũqꝫ: tam enim primus motor: quam proximus motor mouet tempore infinito: ⁊ ſic videntur eiuſdem rationis in mouen-

Quer. auer. cõmento. 62.

Rñſio Ariſ.

Declaratio rationis

Dubiũ.

Solutio.

Obiectio expoſitoris

do. Secundo cum vter motor ſit forma extra materiam: quare magis vnus mouet finita motione ꝙ alter.

Deſenſio. ¶ Sed Auerroes defendi poteſt vt diximus in codicillo de infinitate primi. Ubi debes ſcire ꝙ motus vniuerſi celi cõgregati ex omnibus orbibus eſt compoſitus ex diurno: proprio. diurnus enim eſt: qui .24.ª agitur horis. proprius vero non vna ratione eſt: nam octaui orbis ſm Ptolemeum eſt in centum annis gradu vno. ſaturni vero in .30. annis totus: alij alijs temporibus. quare cum motus celi ſit compoſitus: etiam motor eſt duplex. cõmunis quidem ꝙ vniuerſuꝫ mouet vnico ſimplici motu. proprius vero vnicuiꝗ orbi ꝙ propria reuolutione mouet. ſunt autem alterius rationis: quia cõmunis eſt infinite motionis: quia mouet independenter: a ſe ob nullum alium ſuperiorem: propter ſe: quia non alterius gratia. Alij vero mouent dependẽter ab alio: propter alium ſuperiorem: qui enim ſic mouet: motione mouet finita: quia ſuapte natura finituꝫ eſſet: quia vo ab infinito dependet in duratione: ideo perpetuum eſt: ex hoc reſponſione nõ habetur ꝙ deus ſiue primus motor ſit infiniti vigoris: ſed ꝙ ſit tempore īfinitus et a ſe. ceteri vero eterni: ſed ab alio. Tũc patet ſolutio ad obiectiones expoſitoris.

¶ Mouens quoqꝫ ſi vnum ſit: aut motũ mouet: aut immobile eſt. Siquidem mouetur: conſequi oportet ipſum moueri: ſimul moueri ab aliquo. Quare ſtabit ad id perueniet quod mouetur ab eo quod eſt immobile. Hoc enim non cõmutari neceſſe eſt: ſed mouere quicquam poterit ſemper. Naꝫ hoc profecto modo ſine labore mouẽ eſt.

¶ Secundo probat tale mouens mouere ſine labore: et vtitur tali ſyllogiſmo. qđ mouet penitus immobile: mouet quicquid mouet ſine labore. Primum mouens mouet penitus immobile. igitur mouet ſine labore. minor declaratur per ea que dicta ſunt: tum in ſeptimo: tum in hoc octauo: ꝙ videlꝫ oportet deueniri ad aliquod quod mouet penitus immobile: qđ quidem eſt primuꝫ. In ordine eorum que mouent mouentur.

Dubita. ¶ Sed dubitant

responſio Auer. cõmẽto. 83. de cauſa fatigationis atꝗ laboris. ¶ Reſpondet Auerroes in hoc cõmẽto ꝙ fatigatio prouenit ex eo quia mouens in mouendo mouetur. mouẽs hac ratione in mouendo mouetur: quia eſt in materia. ita videtur ꝙ prima cauſa mouendi abſꝗ labore ſit eſſe abſꝗ materia: et prima cauſa mouendi cum labore ſit eſſe cum materia. Qua ratione euenit vt motores celeſtes et maxime primus motor moueant ſine labore: cum ſint virtutes ſine materia.

Replica. ¶ Sed hec reſponſio videtur dubia. primo. quia intellectus voluntas in homine ſunt virtutes ſine materia: tamen mouent hominẽ cum labore. Secundo. forma elementi eſt forma in materia: tamẽ mouet corpus naturaliter ſine labore.

Defenſio noui expoſitoris. ¶ Nouus expoſitor quaſi defendendo Auerroem vult ꝙ illa virtus mouet cum labore que cum ſit in materia: eſt illa per organa: mouet immediate. defectu prime conditionis forma grauis nõ mouet cuꝫ labore: quia eſt in materia ſine organis. defectu ſecũde intellectus a regula excluditur: quia mouet mediate: vtpote mediante ſenſu imaginatione ſiue mediante dianoetica parte. Modo ad propoſitum primus motor mouet immediate vniuerſum non eſt in materia nec organica: nec quauis alia.

Replica. ¶ Sed adhuc reſtat queſtio primo propter quid virtus mouens per organa ſiue exiſtẽs in materia organica mouet cum labore. Ubi enim primus motor moueret per organa: non videtur cauſa quare labore moueret. Secundo quia videtur etiam ſine organis mouere cum labore. nam ſecundo celi dicitur ꝙ ſi orbi adderetur aſtrum aut non moueretur: aut tardius moueretur. hoc autem non eſſet: niſi celum moueretur cum labore.

Defenſio. ¶ Dici poteſt ad primum ꝙ quicquid mouet per organa mouet per tranſmiſſionem ſpirituum ad illa: vt docet Ariſtoteles in libro de cauſa motuum animalium. tangere videtur Auerroes ſecundo celi cõmento tertio: in libro de ſubſtãtia orbis. ſic nõ poteſt mouere motor membra: niſi ſpiritus reſoluantur: et hec eſt cauſa laboris. recte igitur dixit nouus expoſitor ꝙ quicquid per organa mouet: videtur mouere cum labore. Ad ſcõm dici poteſt ꝙ celum bene mouet cuꝫ reſiſtentia: propterea ſi orbi adderetur aſtrum: moueretur tardius. non quidem ob laborem: ſed ob reſiſtentiã. hec de laboris cauſa: licet alij aliter ſentiant: que res trãſmittatur ad tempus.

¶ Inſuper etiaꝫ hic motus aut ſolus: aut potiſſimum vniformis eſt. nam neqꝫ id quod mouet vllam ſubit mutationẽ: neqꝫ id quod ab illo mouetur mutationẽ habere oportet: quatenus eius motus ſimilis ſit.

¶ Tertio probat ꝙ primus motor mouet motu ſemper vniformi: ex parte ſuimet. ex parte mobilis. ſui quidem met: quia ipſe motor nullam ſubit mutationẽ. Mobilis vero: quoniam celum ipſum quod mouetur ad hoc vt moueatur motu ſimili vniformi: etiam mutationeꝫ nõ habet: quia aut varietur: aut deſinat: aut tale quid patiatur.

Nota auerroes cõ. 94. ¶ Auerroes vero in calce huius cõmẽti videtur pbare celum ipm nullã ſubire mutationẽ aliã a latione ab equalitate motus eius. Nam ſi ipi celo accideret aliqua tranſmutatio vt alteratio: vel auctio: vel generatio: tunc celo accideret inequalitas in ſui motu: vt patet in motu animalis. Qr autem celo non accidat tranſmutatio: probat Auerroes auctoritate Ariſtotelis dicentis celum non recipere tranſmutationem aliquam. ratione hac: quia nõ componitur ex materia forma. quia eſt neceſſarium a ſe: non ex alio: vt voluit Auicẽna qui tenet celum eſſe poſſibile ex ſe: ſed neceſſariuꝫ ab alio. Addit tamen ꝙ celum ſit neceſſarium a ſe: non quidem in agendo: ſed in recipiendo motum. Sic igitur patet celuꝫ moueri vniformi motu: quia eſt abſꝗ tranſmutatione: neceſſarium eſſe.

Dubitatio. ¶ Dubitant quia motus celi videtur irregularis: difformis pmo ex parte mobilis: nam partes propinquiores polis tardius mouentur. Secũdo ex parte temporis: quoniam planete ſunt nunc retrogradi: nunc ſtationarij: nunc veloces: nunc tardi: vt teſtantur aſtronomi: experientia docet.

Reſſio. ¶ Reſpondent cõmuniter omnes ꝙ licet partes celi alique velocius alique tardius moueãtur: non propter hoc celum dicitur aut difformiter aut irregulariter moueri. nam totum celuꝫ: quelibet pars equales arcus circa centrum in equalibus temporibus deſcribũt. Sed reſtat videre an pnc tẽpus motus celi dicaẽ difformis ac irregularis.

R ñ. egidij. ¶ Nouus expoſitor ait dictum Ariſtotelis eſſe verum ſolum in motu primo: diurno. ceteros autem aſſerit eſſe difformes irregulares.

Confutatio. ¶ Sed hec reſponſio non eſt ad Ariſtotelis mentem: Ariſtoteles enim pbat motum ce-

li eſſe regularem:ꝛ vniformem:ex parte motoris: quia
mouet nullam ſubiens tranſmutationez.ex parte vero
mobilis:per idem argumentum. Modo ceteri motus
ſimili ratione ſe habent.ſunt enim a motore ꝛ a mobili
in tranſmutabilibus.igit̃ pari ratione erunt vniformes.
R. Maggnie ¶ Poteſt igitur dici ꝙ planeta per ſe mouetur regula-
riter:per accidẽs irregulariter: vt docet Ptolemęus in
quinto libro magnę conſtructionis. Mouetur quidem
regulariter circa centrum circelli.circa alia vero irregu
lariter.ꝛ adhuc aliq motus ſunt regulares reſpectu vni-
us centri:ꝛ ſuorum polorum:irregulares vero reſpectu
centri alterius orbis:ꝛ aliorũ poloꝝ.hęc in libro aſtro-
nomicorum perquirantur.

¶ At vero aut in medio aut in circũferentia il
lud ſit:neceſſe eſt.ſunt enim haec principia.
At ea quae propinquiſſima ſunt mouenti:ce
lerius mouentur.Talis aũt eſt vniuerſi mo-
tus. Illic igitur eſt ipſum mouens.

¶ Cũ quidem vnus ſit primus motor: et moueat abſq
labore:ꝛ regulariter:ex iis perſpicuum. In quo vero ſit:
vel in loco:nunc docet:ꝛ ſumit ꝙ primus motor eſſe nõ
poteſt niſi aut in medio totius vniuerſi hoc eſt in cẽtro:
vt Plato ait in tymęo.aut in cyclo hoc eſt circũferentia
totius vniuerſi.huius cauſam affert:quia hęc ſunt prin-
cipia magnitudinis.centrum quidem eſt principium ex
quo.Circũferentia vero eſt finis ad quem:ꝛ ita oportet
vt primus motor ſit in altero horum neceſſario.perſua-
det tamen ꝙ debeat eſſe potius in circũferentia hoc ſyl
logiſmo.in eo cui propinquiora celerius mouentur: eſt
motor primus.circũferentia eſt id cui propinquiora ce-
lerius mouentur.igitur in circũferentia eſt primus mo
tor.de ſyllogiſmo tangit vim minoris dicens.at ea quę
propinquiſſima ſunt mouenti:celerius mouentur: tale
autez mouens:eſt motus vniuerſi:qui diurnus dicitur.
Addit concluſionem dicens.illic igitur eſt primus mo-
tor:ſiue ipſum mouens:quod per excellentiam dicitur.
¶ Auerroes autem in pręſenti cõmento declarat tria:
Aue Auer. comẽ. 64. primum eſt ꝙ p̃mus motor eſt in circũferentia per tres
rationes. Prima eſt quia actio eius vtpote motus ma-
gis apparet in circũferẽtia:modo agẽs ibi eſt: vbi actio
magis apparet. Secundo vbi actio videtur eſſe magis
ęqualis:ibi actio magis eſt ꝛ agens ipſum. In circunfe-
rẽtia totius videtur actio magis ęqualis ac vniformis:
vt docent aſtronomi. Tertio arguit auctoritate oium le
gum:vt arguebat Ariſtoteles primo cęli.nam omnes le
ges dicunt deum habitare in cęlo. Secundũ eſt ꝙ ſunt
duo principia vniuerſi quod mouetur:virtus videlicet
quieſcendi:qua videlicet centrum et vniuerſum ipſum
quieſcit ſaltez ſm ſubiectũ.ꝛ virtus mouendi: qua vni-
uerſum mouetur ſm partes circa centrum.ꝛ propterea
recte inquit Ariſtoteles ꝙ duo ſunt principia in ipſo vi-
delicet medio quieſcendi ſcilicet. In circũferentia vero
mouendi. Alij vͦ medium ꝛ circũferentiam dicunt eſſe
principia circuli: quia per illa definitur circulus. Addit
tamen Auerroes ꝙ virtus faciens quietez eſt fortior ꝙ̃
virtus faciens motum.ꝛ aſſerit cauſam:quia vbi virtus
quietem faciens eſſet minus fortis:eſſet facilius vniuer
ſum remouere a quiete ſm ſubiectum: ꝛ ipſum ponere
in motu: ꝙ̃ ipſum ponere quiete. Modo videmus to-
tum quieſcere ſm ſubiectũ:ꝛ non poſſe moueri ſm ſub-
iectum. Ipſum vero tolli a motu ſm ſubiectuz eſt de fa

cto. Propterea inquit.ſi aliter eſſet hoc eſt ꝙ poſſet to-
tum tolli a quiete ꝛ poni in motu:totum expelleretur et
moueretur ſm ſubiectum a centro. ¶ Sed dices: vtrũ Dubitatio in pñ.
vna ꝛ eadem ſit virtus quę facit vniuerſum quieſcere ꝛ
ipſum moueri:ꝛ quare ſi vna ſit:dicitur potior in facien-
do ipſum quieſcere: ꝙ̃ ipſum moueri. ¶ Dici poteſt ꝙ Solo
primus motor eſt idem qui facit vniuerſum quieſcere:ꝛ
vniuerſumq̃ moueri: ſed alia atq̃ alia ratione. facit qui-
dem ipſum quieſcere per priuationem cauſarum facien
tium ipſum moueri motu recto.facit autem ipſum mo-
ueri vt forma eſt attributa circũferentię cęli.et ſic vna
eſt res quę facit vtrũq̃.dicitur autem ipſum vniuerſuz
a fortiori virtute quieſcere:ꝓpterea quia minus poteſt
impediri. Moueri vͦ dicitur a minori virtute eo quia
de facto poteſt ꝛ quieſcit ſaltez ſm totum.ꝛ ita ſunt duę
virtutes ſm definitionem.vna vero ſm ſubiectuz.Sed
circa dicta ſunt tres dubitationes:quas ſoluere videtur
Auerroes in cõmento:ꝛ hoc eſt tertium quod in cõmen
to colligitur. ¶ Prima dubitatio eſt:quoniam vniuer- Prima dubitatio commẽti.
ſus orbis qui eſt proximus primo motui tardiſſime mo
uetur vt in.xxxvi.milibus annorũ vt Ptolemęus per
obſeruationem ab hiparcho tradit:hoc eſt ſingulis cen
tenis annis partem vnaz peragrando.Saturnius vero
orbis ſingulis trigenis annis complet reuolutionem.
mars tribus:ſol:venus: ꝛ mercurius fere vno anno:lu-
na menſe fere. ¶ Huic reſpondit dicens.ꝛ ſic eſt de mo
to totius:ſcilicet ꝙ quanto magis appropinquatur mo- reſponſio Auerro.
tori:tanto erit velocior.motor igitur eſt in partibus ve-
locioribus totius:ſcilicet in circulo maximo orbis ma-
ximi: qui facit diurnum motum.eſt igitur ſolutio ꝙ di-
ctum Ariſtotelis eſt intelligendum de motu diario:hoc
enim motu vniuerſus orbis velocius mouetur quia in
ęquali tempore videlz.xxiiij.horis maius.ſpatium per-
agrat:ꝛ ſic conſequenter. ¶ Sed dices contra.quia tũc Replica.
eſſent duo motores.Alter primus qui mouet vniuerſuz
in die.Alter primus qui mouet ſphęras in contrariũ ab
occaſu in ortum.ꝛ tunc qua ratione primus motor eſt in
circunferentia primi mobilis per hoc quia ibi ille appa-
ret velocior: ſic alius primus motor deberet eſſe in cir-
cũferentia interna orbis lunę: in qua motus illi contra-
rius apparet magis. Huic reſpondet Auerroes ſecundo
cęli:cõmento.58.circa finem.cuius reſponſionez quęre:
quia als diſputabitur. nunc vero ſat ſit monſtraſſe lo-
cum. Propter hanc forte replicam Alpetragius dixit in
libro de ſphęra mota.cęlorum motus fieri per incurta-
tionez a primo motore.Alij iuniores vim faciunt in ver
bis:quia aliud eſt velocius moueri:ꝛ aliud velocius cir
cuire. vniuerſum igitur orbem dicunt velocius moueri
cęteris:circuire tardius:ꝛ in alijs id genus idez. ¶ Se- Seda dubitatio.
cunda dubitatio eſt contra Ariſtotelez.ait enim ea mo-
ueri celerius quę propinquiora ſunt primo motori.mo-
do primus motor cum ſit incorporeus:nec eſſe poteſt in
loco:nec aliquid ſibi propinquius. ¶ Reſpondet Auer- rñ auerꝛ.
roes ꝛ inquit.hanc autem appropinquationẽ debemus
intelligere ſm eſſe:non autem ſm locum:quia quod nõ
eſt corpus:non eſt in loco.ꝛ poteſt Auerroes intelligere
per eſſe tam operationem ſiue actum ſecundũ: ꝙ̃ actuz
primum ſiue eſſentiam. Operationem quidem vt di-
ctum eſt.nam motor ꝛ motus propior primo eſt nobi-
lior: ꝛ celerior.ſm eſſentiam vero: quia cuius operatio
eſt pręſtabilior:ipſum eſt pręſtabilius.ꝛ ita per eſſe in lo
co Auerroes intelligit actionem:ꝛ locuz ęquiuoce:vt di
ximus in quarto huius. ¶ Tertia dubitatio eſſe ſolet Tertia du.

rñ. auerr.

quia exiſtens in medio alicuius rotę vel circa mediuꝫ tardius mouetur ꝙ̄ quod eſt in circũferentia: ⁊ tamē magis eſt prope principium mouens. ¶ Reſpondet Auerroes ꝙ dictum Ariſtotelis eſt verum de motu maximi circuli: ⁊ vltimo: qui eſt nobilior ⁊ pręſtabilior: quia magis recedit a medio. Modo obiectio de rota non eſt ad propoſitum: quia partes rotę ſunt continuę: partes vniuerſi ſunt contiguę: ⁊ ſic in illis non eſt aliqua velocior: aliqua tardior propter continuitateꝫ. at in vniuerſo ſic: propter diſcõtinuitatem. Hęc ex cõmento ⁊ textu colligi poſſunt. ¶ Debes ſcire ꝙ ſi plato vult animam mundi eſſe deum vt Themiſtius credit: ⁊ multi platonici: tunc probabiliter ſaluari poteſt deum eſſe in medio. ⁊ poſſunt ambo concordari. deus enim eſt in circũferentia vt motor: quia ibi motus apparet velocior: vniformior: ⁊ magis. Eſt in medio vt quietator: q̄a ibi quies eſt maior: fortior: atq̄ʒ diuturnior: qua ratione ambo poſſunt recte ſentire. de re hac diximus in libro de intellectu: ⁊ dicemus in libro ſecundo cęli cõmento. 8.

Concordia platonis ⁊ Ariſtotelis.

¶ Habet autem dubitationē vtruꝫ aliquod quod mouetur: cõtinue mouere poſſit. Sʒ non quēadmodum id quod iteruꝫ atq̄ʒ iterum pellit: eo cõtinue mouet: quia motus deinceps ij ſunt.

¶ Mouet circa dicta dubitationem: vbi debes ſcire ꝙ continuitas eſt (vt Themiſtius innuit) multifariam dicta: in propoſito tamen Ariſtoteles per continuitatem intelligit eam que ⁊ motus eſt vnus: ⁊ non interciſus: ⁊ ęquabilis ſiue vniformis. Propterea mouet queſtionem: ⁊ inquit: habet auteꝫ dubitationem vtrũ aliquod quod mouetur: continue mouere poſſit: ⁊ exponit continuitatem illam queꝫ intelligit: ⁊ inquit: ſed non quemadmodum id quod iterum atq̄ʒ iterum pellit: eo cõtinuo mouet: q̄ motus deincepsij ſunt. quaſi dicat. intelligo per motum continuũ: non illum: cuius partes ſunt deincepsię: quia ſic non eſt dubium aliq̄d quod mouetur poſſe mouere continue: ſed ſupple intelligo per motum continuum: vnum: ⁊ ęquabilem. eſt igitur dubitatio vtrum aliquod quod mouetur poſſit mouere motu vno ⁊ ęquabili aliquod mobile:

¶ An quia ipſuꝫ impellere: aut trahere: aut vtrũq̄ʒ facere oportet: aut aliquid aliud iuxta aliud ſuccedere: vt in proiectis antea diximus. nam ſi aere aut aqua vti facile diuiſibili exiſtente: aliquid aliud quod mouetur: ſemper moueat: neutro modo fieri poteſt vt motus vnus ſit: ſed deincepſitius. igitur is motus dumtaxat continuus eſt: quo id quod eſt immobile mouet. Naꝫ cum ſimiliter ſeſe habet: etiaꝫ ⁊ ad id q̄d mouetur ſimiliter ⁊ continue ſeſe habebit.

¶ Soluit: vbi debes ſcire ꝙ mouēs poteſt mouere mobile aliquod aut motu naturali: aut violento. ⁊ ſi violento: vt dicebatur in ſeptimo: hoc fieri poteſt aut impulſione: aut tractione: aut mixtim: aut ꝓiectione. Impulſione quidem: id violenter mouetur: quando mouens a re ipſa mota non ſeparatur: ⁊ ſe habet mouens vt terminus e quo. ceu impellitur rota manib⁹ ab ea non ſeparatis. Tractione vero: cum mouens ipſum ſe habet: vt terminus ad quem. vt in tractione nauis fit. Mixtim mouetur rota circũcirca: nam partes aliquę ſurſum trahuntur: alię deorſuꝫ impelluntur. proiectione autem id mouetur: quod ſeparatur vi ab ipſo motore. Reſpõdet igitur Ariſtoteles ⁊ inquit. an quia ipſuꝫ impellere aut trahere: aut mixtim vtrũq̄ʒ facere: vt in verſione ſiue vertigine: oportet: aut q̄rto aliquid aliud iuxta aliud oportet ſuccedere vt in proiectis antea diximus. Vult igitur in motu violento nihil continue ęquabiliter moueri. ſubdit cauſam dicens: naꝫ ſi aere aut aqua vti facile diuiſibili exiſtēte aliquid aliud q̄d mouetur ſemper moueat. neutro modo fieri poteſt vt motus aliquis illorum violentorum vnus ſit: ſed deincepſitius. Vult igitur ꝙ motus violentus fiat in medio rarefactibili ⁊ condenſabili non ſe habente vniformiter quo ad omnes ſuas partes: neceſſe eſt ꝓpter variationeꝫ medij: ⁊ ſpatij: ⁊ propter diuerſam diſpoſitionem motoris ad medium atq̄ʒ ad mobile: talem motum non eſſe vnum ⁊ ęquabilem: ⁊ ſic nec continuuꝫ. Requiritur enim vnitas motoris: et medij ac ſpatij: ⁊ mobilis ad motus continuitatē atq̄ʒ ęquabilitatem. Ex his patet ſolutio de motu violento: de motu do naturali: vt inquit Themiſtius nihil dixit: quia illum nõ eſſe ęquabileꝫ patet: nam in fine velocior eſt. ⁊ ita nulluꝫ mouens quod mouetur hac continuitatis ratione mouet: quia ſiue moueat naturali motu: ſiue violento: nunq̄ʒ hac ↄtinuitatis ratione continue mouet. Naturali quidem motu non: quoniaꝫ mouet inęquabiliter. Violenter vero minime: propter differentiam medij. Tunc quaſi dans vtilitatem huius queſtionis: infert. primum motorem qui mouet primum mobile mouere ęquabiliter ⁊ cõtinue: ex hoc ſolo: quia mouet: ⁊ non mouetur: nam ſic ſe habet eodeꝫ modo ſemper ad mobile: etiam quia mouet ſine medio. ¶ Auerroes auteꝫ pręſenti cõmento fructum queſtionis vult eſſe ꝙ per hanc habeatur primum motorem eſſe incorporeum. nam omne mouens corporeuꝫ aut mouet naturaliter aut violenter: ſi quidem naturaliter: non ęquabiliter mouet. Si vero violenter: non vno motu propter differentiam medij. cum itaq̄ʒ primus moueat ęquabiliter ⁊ vno motu perpetuo: ipſe erit oĩno incorporeus.

Quae auerroes cõ. 85.

¶ His vero definitis: primũ mouens quod quidem immobile eſt: nullam prorſus magnitudinem habere poſſe perſpicuum eſt. Nam ſi magnitudinem habet: aut finitam aut infinitam eſſe neceſſe eſt. Infinitaꝫ quidem non: quia nullam magnitudinem poſſe eſſe talem in naturalibus prius oſtenſuꝫ eſt. Finitam vero minime: tum quia habere non poteſt illa potentiam infinitam: tum etiam ꝙ infinito in tempore aliquid moueri ab eo quod eſt finita in magnitudine impoſſibile eſſe oſtenſum eſt nunc. Primuꝫ itaq̄ʒ mouēs (cum ſempiterno moueat motu infinitoq̄ʒ in tempore) ipſum indiuiduũ eſſe atq̄ʒ impers nullaq̄ʒ prorſus magnitudinem habere perſpicuum eſt.

¶ Nunc qualis ſit primus motor ↄcludit ex omnibus
his que dixit. Concludit eniȝ dupliciter vt mihi videtur:
via ipſum eſſe omnino magnitudinis expertem. Pri
ma quidez. quia immobilis eſt vt paulo ante deductū
eſt. Omne enim quod in magnitudine eſt: corpus exi
ſtit: omne vero tale in mouendo mouetur. Secunda vero
quia magnitudinem habere non poteſt: vt per omnes
magnitudines deduci poteſt. Infinitam quidem non:
quia illa non datur. tertio huius. Finitam vero mini
me: tum quia non haberet potētiam perdurandi tem
pore infinito: vt diſputatum fuit cōmento. 79. Tum
quia nihil perpetuo mouetur ab eo quod finitaȝ in tē
pore habet magnitudinem. reſtat igitur ꝙ cum ſempi
terno ꝛ continuo moueat motu: ſit omnis magnitudi
dubi. mitela. nis expers. ¶ Sed circa hanc deductionem non par
ua eſt queſtio. Primo quia ex ea nō habetur plus niſi
ꝙ magnitudinem non habeat modo quo forma mate
rialis educta de potentia materie. Sed ipſum eſſe in
magnitudine per independentiam nihil videtur ratio
probare. Secundo. quia vniuerſum ſiue primum mo
bile quod diurno mouet motu reliquos omnes mouet
raptu quodam vt ita dixerim: ꝛ tamen tale primū mo
bile eſt magnitudo finita: ꝛ ita falſuȝ videtur quod ait
nihil poſſe perpetuo moueri a magnitudine finita vel
ab eo quod in magnitudine eſt finita. Tertio dici po
teſt ꝙ primus motor magnitudineȝ habet finitam di
menſiue: infinitam in tempore. Quarto dici poteſt eam
quam habet ipſe magnitudineȝ eſſe alterius rationis:
ab his magnitudinibus: quas habent virtutes corpo
ree. quibus omnibus Ariſtotelis ratio videtur peni
Scda dubi. tus friuola. ¶ Secunda dubitatio eſt qꝛ Ariſtoteles
(vt diximus) ſuppoſuit primuȝ motorem mouere pri
mum mobile ppetuo ac ſempiterno motu: quod theo
logicū non eſt: ꝛ rationes quibus hoc perſuaſit (vt vi
ſum eſt) nulle ſunt: ideo emergit queſtio nō parua qua
nam ratione haberi poſſit primum motorem: quem
greci theon ſiue deum vocant: eſſe impartibilem: om
nis magnitudinis expertez. Ambe enim dubitationes
Poſitio ioā nis gandauē. he ſunt non leues. ¶ Joannes gandauenſis qui tenet
primum motorem mouere non quidem effectiue: ſed
vt finis: ſoluere non poteſt primam dubitationem. ſi
enim (vt ait vbiꝙ) eius intentio eſt concludere ꝙ pri
mus motor ſit omnino ſeparatus a magnitudine: tam
quia non eſt illius forma: ꝙ quia non eſt illius motor
aſſiſtens: eius ratio ſine dubio friuola eſt. non enim con
cludit plus niſi ꝙ non eſt in magnitudine modo quo
virtutes materiales ſunt in illa. ſed ꝙ ſit in illa equiuo
ce: ꝛ modo alterius rationis nihil prohibet. rem hanc
in primis noſtris editionibus libri de ſubſtantia orbis
poſitio ppria declarauimus. Propterea debes ſcire ꝙ aliquam for
mam ſiue potentiam eſſe in magnitudine intelligi po
teſt apud peripateticos dupliciter. Uno modo depen
denter: quo quidem modo dicimus animas ceteroruȝ
animantiuȝ eſſe in magnitudinibus. ſunt enim in illis
dependenter: quia dependent in illis ꝛ ab illis in eſſe: ꝛ
conſeruatione. Alio vero modo independenter: quia
ſunt in illis: non quia depēdent ab illis: ſed potius ecō
tra magnitudines ille quibus inſunt depēdent in eſſe
ꝛ conſeruatione: atꝙ perfectione: ꝛ operatione ab eis.
Tunc dicerēt peripatetici duo: primum eſt ꝙ primus
motor non eſt omnino e magnitudine abiunctus pri
mo: ꝛ ſecūdo modo. Secūduȝ eſt ꝙ primus motor eſt
e magnitudine abiūctus: hoc eſt e magnitudine inde
pendens ſm eſſe ꝛ conſeruationē: cum quo tamen ſtat
ꝙ ſit in magnitudine equiuoca vnione: ꝛ copulatiōe.
Siquidem agat in illa: ꝛ per eſſentiam ſit in illa. pro
bat autem Ariſtoteles ꝙ primus motor non ſit in ma
gnitūdine depēdenter. Primo quia eſt penitus immo
bilis. vbi enim eſſet in magnitudine dependenter: mo
ueretur ſaltem per accidens ad motum illius. Secun
do quia fuiſſet in magnitudine dependenter: aut eſſet
in magnitudine infinita dependenter: aut finita. nō in
magnitudine infinita: quia illa non eſt. nec eſt in ma
gnitudine finita dependēter: primo quia nulla virtus
infinita tempore poteſt eſſe in magnitudine finita de
pendenter: eſſet enim corruptibilis: tum ſecundo quia
non moueret ſempiterno ꝛ infinito tempore: cum eſſet
virtus finita tēpore ꝛ genita: ꝛ corruptibilis. Sic igit
perſpicuum primum motoreȝ eſſe non poſſe in magni
tudine aliqua dependēter: niſi modo equiuoco ꝛ inde
pendenter: quatenus magnitudo ab eo depēdet: ꝛ ipſe
per illaȝ agit ꝛ operatur. ¶ Per hec ad rōnes facile pa
tet ſolutio. Prima enim concludit quod volumus: vt
per modo determinata patet. Secunda vero non eſt ad
rem. Primuȝ enim mobile non mouet omnia alia: ſed
primus motor mouet omnes orbes: cuȝ ſit attributus
vniuerſo congregato. Hoc enim aſtronomicum dictū
debet intelligi cum ſale. Peripatetici enim non dicūt
vnum orbem mouere aliū: ſed motorem vnius orbis
mouere per ſe vnum: per accidens alium. Due alie ra
tiones concludunt propoſitum. Hec de prima dubita
tione. ¶ Ad ſecūdam quidā quoꝙ ſtudioſi in me ſolō ſcde dubitationis. pma.
taphyſicis potius ↄfuſores ꝙ inuentores: aiunt ꝙ deū
eſſe extra magnitudinem patet per hoc quia mouet et
a ſe hoc eſt independēter. ꝛ ita ſiue moueat finito ſiue
infinito motu: dūmodo moueat a ſe ꝛ independenter:
omnino eſt extra magnitudinē. ¶ Sed hec probatio Confutatio
eſt penitus credita: illa enim propoſitio. omne mouēs
a ſe ꝛ independenter eſt extra corpus. eſt per ſe nota et
phyſica. Sed ꝙ primus motor ſic moueat a ſe ꝛ inde
pendenter: eſt creditum. Eſſe enim primum indepen
dens eſt queſitum in naturali philoſophia: ꝛ non mi
nus dubium ꝙ ſit cōcluſio. ¶ Alij dicunt ꝙ idem cō ſcda ſolō.
cludit poſſe agere: ꝛ agere. erit igitur primus motor ex
magnitudinem: quia poteſt agere motum infinitum.
¶ Nec hec ſolutio placet peripateticis: naȝ quicquid Confutatio
non agit ſemper apud peripateticos: non poteſt agere:
omne enim quod nō agit ꝛ poteſt agere apud eos edu
citur de poſſe ad eſſe a motore priore: ꝛ ſic tolletur ra
tio primi. Propter hec mihi videtur ꝙ ſi ratio Ariſto
telis hic non ſit demōſtratiua: deum eſſe extra magni
tudinē penitus eſſe creditum tm̄. Omnes enim ratio
nes preter eternitateȝ motus ſunt probabiles: vt dixit
in hoc libro Auerroes nō ſemel. verum de his in libro
deſtructio deſtructionum: ꝛ in codicillo noſtro de infi
nitate primi diligentius diximus. Hic enim ꝛ ſi multa
diximus: ea ſatis breuibus aggreſſi ſumus. Cū enim hūc
librum in vno anno ſolum legerimus: laborioſuȝ fuiſ
ſet omnia aggredi que dici ſolent. De phyſicis igit au
ſcultationibus hec mihi videntur ad dei omnipoten
tis laudeȝ ꝛ eius virginis matris. Cōpletum in auiano
rure noſtro. xv. May. M.D.VI. felicibus aſtris.

Finis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

¶ Ariſtotelis ſtragiritae perhypateticoꝝ princ-
cipis Acroaſum (hoc eſt) naẗaliũ auſcultationũ
liber: iterp̄te expoſitoreq; Eutyco Auguſtino
Nypho Phyloſopho Sueſſano: ad Marcuꝫ
Antoniũ Colũnā ſereniſſimũ Duceꝫ foelici-
auſpicio finem ſortitus eſt.
¶ Venetijs Mandato atq; impenſis haeredũ
Nobilis viri olim Dñi Octauiani ſcoti ciuis
ac patritij Modoetienſis. Per p̄ſbruꝫ Bo-
netũ Locatellũ Bergomēſeꝫ. Anno Natalis
dñici ex virgine octāuo ſupra milleſimum qu-
quieſq; centeſimũ. Sexto Kalēdas ſeptēbres.
Praeſtāte eodē dño Jeſu xp̄o: Cui ſit honor
virt⁹ & gloria in ſaecula ſaeculoꝝ Amen.

¶ Aduerte lector: impreſſor: ſeu Bibliopola:
ꝙ lege ſereniſſimi atq; excelſi Dominij ex ſpe
ciali priuilegio cautũ eſt ac definitũ: ne cuiꝗ̃ li-
ceat hũc codicē imprimere: nec imprimi facere
nec alibi impſſum vendere in hac vrbe: nec in
aliqb⁹ terris vel locis eiuſdeꝫ ſereniſſimi Do-
minij. Sub poena vt in gr̄a ꝯtinet. Annotata
in officio Dominoꝝ Aduocatorum.

TECA NAZ. V. A ... MANUELL.

Regiſtrum.

a
Ariſtotelis
¶ Prohemiũ
eē diſiũctuꝫ h
ſtate caducas.

b
uendarnaꝫ ſi
tinet ſciētiam:
cuncta eſſe
petit ſubſtātię

c
Tum quia
Quare ſi quideꝫ
recentiorum
ctionem & illius

d
vno genere: igit̄
quicqd ꝯtingenter
vel in potentia:
idē eſſe ſubiectũ

e
Dicit ſecũdo. ꝙ
la. ¶ Dubitatur
dam animal
ex nihilo. Uno

f
eſt vniuſcuiuſq;
phyſica ſumitur
tior aut ęque
ait Themiſtius.

g
ſcriptiuus: eēt
mathematicus
ſm pręꝺicata
debes ſcire ꝙ

h
fecit exēplar
¶ Modi
in ſeptimo &
¶ Primum

i
coꝝ: quoꝝ aut
teria. d. & ſi
nō ſolum natura:
ſolone declarat

k
vt in potētia
reagit glaties:
vero ad verba
vnum motum:

l
¶ Ex hoc igitur
ex ea parte: qua
niam infinituꝫ
ri neq; ſurſum

m
¶ In ſuba aũt
poſitione: &
cum nunꝗ̃
habens naturam.

n
vt ad locũ
cum leue qdem
ptes illę mouent̄
uerſuꝫ non eſt

o
ſit ſeperata ſm
vero declarat
motus violentus
nullā rōnē hꝫ:

p
nunc ĩpoſſibile qđ
ſcere vel decreſcere
tum eſt quādo
muſq; mutationē:

q
motus diuiditur
aut cũ locus eſt.
quatenus alibi
do cępit. Altero

r
eſt: gn̄at̄. Ecce
¶ Tertio ambigunt.
poſſibile: niſi
atq; expoſitores

s
& tñ aggregatũ
& quid attiguũ:
tatē ꝯtiguitatis
enim ũ: g digne

t
¶ Pręterea
¶ Propter
no ad quē ſunt
corruptio. & quo

u
¶ Ariſtotelis
ſecũdum concedo
it: vt totus motus
mouetur: nam

x
Cur aũt nō
ꝑcurrit̄ adęquate
quatenus ipſum:
pus: quare &

y
oēm motũ
ſibilitas & id
¶ Adhuc auteꝫ
duo corrũpi &

z
Tũc ad rōnes.
dit: Ariſt. facit
velox: ſeu infinite
partes penes

Aa
te quantitatiua: q2
per accñs eſt
eoq; creſcente
batur: ſed non

Bb
dũ formę nō eſſet
orbiculare alicui
derem vnum
q2 id qđ nunc

Cc
autumat. non
Auerroes ex
cum quies ipſa
ita hęc propoſitio

Dd
intrinſecam: q1. n.
Primum probat
cōtradicendi his
ueantur a ſeipſis. &

Ee
¶ Secũdo contra
ſi nō neceſſario
moueat: cuius
¶ His confutatis

Ff
¶ Propter hęc
infrigidare: pꝫ. n.
in chorda nō
¶ Reſpōdet

Gg
auteꝫ eſſe rep
les ſumit accipit
reſiſtat: nec valet
¶ Sed hoc

Finis.

In pr[illegible]

Utrum rerum naturalium et earum affecciones sint eedem cause · car. 2 · col. 1

Utrum res sensibiles sint adequatum subiectum sci[enci]e naturalis · car. 2 · col. 3

Utrum res sint sensus [illegible] communis · car. 5 · col. 2

Utrum mathematica abstrahant a [illegible] gradus earum 2 [illegible] formam [illegible] · car. 6 · col. 2

Utrum met[aphysica] [illegible] omnia 4 [illegible] earum genera [illegible] · car. 6 · col. 2

Utrum ad 1 [illegible] naturalia sequatur [illegible] omnium earum · car. 6 · col. 3

Utrum eadem sint nota nobis et nature · car. 6 · col. 4

Utrum in naturalibus sit [illegible] processus · car. 7 · col. 4

Tabula dubitationum in 3 phisicorum

Utrum quilibet motus habeat subiectum diversum a subiecto alterius motus · 126

S.N.I.